6
20-b
14

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
8 G
36

liotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-20-b-14

21-f-23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FLORES
ILLVSTRIVM
EPITAPHIORVM
EX
PRÆCLARISSIMARVM
TOTIVS EVROPÆ
CIVITATVM
Et præſtantiſſimorum poëtarum
monumentis excerpti
PER
PETRVM ANDREAM
CANONHERIVM.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

AD CLARISSIMVM
LEONARDVM BONTEMPVM
PATRICIVM FLORENTINVM.



ANTVERPIÆ
APVD IOACH. TROGNÆSIVM.
M. DC XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

FLORES
ILLVSTRIVM
EPITAPHIORVM
EX
PRÆCLARISSIMARVM
TOTIVS EVROPÆ
CIVITATVM
Et præſtantiſſimorum poëtarum
monumentis excerpti
PER
PETRVM ANDREAM
CANONHERIVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD CLARISSIMVM
LEONARDVM BONTEMPVM
PATRICIVM FLORENTINVM.



ANTVERPIÆ
APVD IOACH. TROGNÆSIVM.
M. DC XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

FLORES
ILLVSTRIVM EPITAPHIORVM
EX
PRÆCLARISSIMARVM
TOTIVS EVROPÆ
CIVITATVM
Et præſtantiſſimorum poëtarum
monumentis excerpti
PER
PETRVM ANDREAM
CANONHERIVM.
AD CLARISSIMVM
LEONARDVM BONTEMPVM
PATRICIVM FLORENTINVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE



notus
omine
da iu-

ANTVERPIÆ
APVD IOACH. TROGNÆSIVM.
M. DC XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

FLORES

ILLVSTRIVM EPITAPHIORVM

EX

PRÆCLARISSIMARVM

TOTIVS EVROPÆ

CIVITATVM

Et præſtantiſſimorum poëtarum monumentis excerpti

PER

PETRVM ANDREAM CANONHERIVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD CLARISSIMVM

LEONARDVM BONTEMPVM

PATRICIVM FLORENTINVM.



ANTVERPIÆ

APVD IOACH. TROGNÆSIVM.

M. DC XIII.

Digitized by Google

6
20-b
14

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
8 G
36

liotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-20-b-14

21-f-23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FLORES ILLVSTRIVM EPITAPHIORVM

EX

PRÆCLARISSIMARVM

TOTIVS EVROPÆ

CIVITATVM

Et præſtantiſſimorum poëtarum

monumentis excerpti

PER

PETRVM ANDREAM CANONHERIVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

AD CLARISSIMVM

LEONARDVM BONTEMPVM

PATRICIVM FLORENTINVM.



ANTVERPIÆ

APVD IOACH. TROGNÆSIVM.

M. DC XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLARISSIMO

PRÆSTANTISSIMOQVE VIRO

LEONARDO

BONTEMPO

PATRICIO FLORENTINO

PETRVS ANDREAS

CANONHERIVS

S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Hæc Epitaphia, quæ rerum argumento perſuaſus, & pietatis ſtudio permotus collegi ac ſelegi, tuo nomine inſignita luci committenda iudicaui; non vt tibi famam quæ-

Digitized by Google

rerē, neque quòd nobiliſſimam familiam tuam præconij mei buccina indigere exiſtimarem; ſed vt grati memoriſque animi teſtimonium declararem, ac vt ea ſempiternum erga te meæ debitæ obſeruantiæ pignus extarent. Nam progeniem tuam fortiſſimis ac excellentiſſimis viris fuiſſe affluentem, maioresque tuos homines celeberrimos, ac animi dotibus præclariſſimos extitiſſe, antiquitatisque memoriam virtute ſuperaſſe, & præſertim ANDREAM BONTEMPVM, ſacroſanctæ Romanę Eccleſię Cardinalem, ampliſſimum Patruum tuum, olim ſacri Senatus ornamentum, fortitudinis, Conſilij,

libe-

Digitized by Google

liberalitatis, prudentiæ, gratæ poſteritati impreſſa veſtigia reliquiſſe, omnibus ſatis ſuperq́ue innoteſcit. Te verò vt virum plenum officij, morum grauitate, animi magnitudine multa humanitate temperata, fructuoſiſſima liberalitatis profeſſione, vitæ integritate, ac ſplendore præſtantiſſimum, & verum litterarum litteratorumq́; Mæcenatem non tacita opinione, ſed perſpicua declaratione vniuerſi venerantur. Ego autem à te peto, hoc munuſculum, quod maximam erga te meam deuotionem præſefert, ne aſperneris, ſed ſerena fronte accipias ac foueas, particulamq́ue illius humanita-

Digitized by Google

manitatis, qua omnes proſe-
queris, mihi impartiri non gra-
ueris. *Vale. Antuerpiæ Ka-
lendis Septembris.*

Digitized by Google

PETRI ANDREÆ CANONHERII IN EPITAPHIA PRÆFATIO.

HÆC Epitaphia ex peramœnis pręſtantiſſimorum Poëtarum floribus inter tot pauca, ex multis optima, ex Illuſtribus nobiliora, collecta atque ſelecta benigne lector ad te affero; ijs conſultò prætermiſſis, quæ malignis ſcõmatibus alienam famam perſtringunt, quæ portẽtoſas ac prodigioſas blaſphemias euomunt, quæque homines integros à ratione, reſpectuque honeſti abalienãt; cùm eiuſmodi Epitaphia vt labes virtutis, & bonorum morum corruptela, citra conſcientiæ periculum legi neutiquam poſſint; ipſis etiam obſcenis poëtis prorſus reiectis, qui libidini ac voluptati frena laxantes, profana nequitia pectus legen-

Digitized by Google

tium polluere, & maculare; humanoque generi illecebrarum inſidias prætendere non erubeſcunt; quique dulcedine amorum ſuorum reſoluti in ipſis quoque Epitaphijs ſpurciſſimè laſciuiunt. Non ſum dubius quin hæc Epitaphiorum congeries, quæ ex omni parte mortalitatem repræſentat, mirabilis vtilitatis fructum tibi ſit allatura. Lectio enim tot puerorum, puellarum, mulierum, vxorum, fœminarum, hominum, virorum, Philoſophorum, Principum, Regum, Pontificum, ac Imperatorum altiùs Philoſophari quemcunque coget, & futura ſollicita mente cogitare: quicunque enim in theatrum horum Epitaphiorum introductus fuerit, mortis meditatione rapietur, & in altitudinem tam ſerię contemplationis deinde abſtractus, ad illam ſeſe componet, venientem hilaris excipiet, metum cum delicijs & voluptatibus abijciet, opportunè omnes conſcientiæ næuos ante deceſſum meditabitur, ac ſententiam ſui interitus intrepidè exſpectabit. Neque illum formidabilis lethi horrorem, quem ægroti cùm à corpore

anima

Digitized by Google

anima reſcinditur experiuntur, pertimeſcet; ſed omnem timorem ex animo excutiet, vel imaginationem longè tolerabiliorem reddet, feliciter hinc animo obfirmato emigrando, etiam ſi prædura ac lenta morte cõtabeſcat. Neque etiam ſpectra illa furentia, minaces viſiones, laruæ in totum cubile pererrantes, ac in varias formas ſeſe vertentes, infelicia ſimulacra, vmbræ nunc accedentes, nunc recedentes, figuræ, quas ægroti miras intuentur, ſomnia horribilia mentem agitantia ac cõſternentia, aliaque nocturna terriculamẽta metu pectora ægrorum turbabunt; etenim nullo ſcelere imbuti, nullo timore perterrebũtur, nulla conſcientia exanimabuntur; ſed præſidijs ſalutaribus & neceſſarijs ſepti, vt Cygni, qui in morte multa bona ineſſe præuidentes, ſibi exequialia cantant, cum voluptate morientur. Denique ſi Filium Pater ad Paradiſi portas migrare, ſi aliquis immatura morte iuuenem obire, ſi funus ſenis conſpexerit, non mirabitur, cùm eadem quoque nobis imminere videamus; neque dolebit, quia mortem non

Digitized by Google

eſſe naturæ pœnam, ſed tributum viuendi iudicabit; imò pectore firmo erit mortis ſpectator, exequijs alacriter intererit, ac pompam funebrem ſine vllo horrore celebrabit.

At præter hanc fructuoſiſſimam mortis contemplationem ex tot ſapientiſſimorum virorum exemplo, qui ſibi Epitaphia in monumẽtis incidi iuſſerunt, quiſque de ſepulcris, ac Epitaphijs, (quod à plurimis maxima cum temeritate, ac poſteritatis iniuria negligitur) cogitare didicerit. Nam ſicut maximè laudandi ij, qui viuentes ſepulcra extruunt, & carmina ſepulcro incidenda componunt, vel ab illis, qui nobiles poëtæ audiunt, componenda curant; è contrà acriter reprehendendi, qui de ſepulcris ſibi non cauent; vel ſi cauent, nullo carmine, vel pedeſtri oratione cohoneſtata conſpiciuntur. Neque profectò filij ac hæredes ingrati animi vitium ac fœdiſſimas turpitudinis notas fugere poſſunt, qui parentum defunctorum monimenta publica inſcriptione nolunt cõdecorare, & iuſtum extremumque funeris honorem, qui in præclaro

aliquo

Digitized by Google

aliquo Epitaphio nomen, ætatem, ſtatum, dignitates, integritatem, egregia facinora, res geſtas, ſapientiam, ingenij acumen, & merita narrante conſiſtit, non perſoluunt; non enim ſunt abijciendi mortui tamquam cadauera beſtiarum, ſed debent condi ſepulcra, & Epitaphia inſcribi, vt glorioſa pietate auorum defunctorũ honorifica memoria queat conſeruari. Poſſet equidẽ hæc tam pij officij cura prætermitti, ſi in monimẽtis cuilibet filios, patres, matres, vxores, affines, propinquos oſtendere liceret: at cùm in eis vermes, puluis, oſſa, cineres tantummodo ſpectentur, liberali pietate nobilia ſepulcra extruere filij deberent, & eximiorum Poëtarum carmine tumulos nobilitare; ne antiquitatis teſtes poſteritati deſint; ne vlla dies defuncti nomen ſcabra tangat rubigine; ne poſtquàm corpora verſa in cineres iacent, hæredes cæca mentis caligine conditi, & obliti humanitatis, ius mortuorum, quod in publica inſcriptione eſt poſitum, labefactare videantur, ſed vt eorum memoriam, quæ alioquin ſtatim deponitur, refricare poſſint; nam

nam in Eccleſiam vbi maiores tumulati ſunt ingredientes, vrnamque inſpiciētes, pro animabus defunctorum fundere preces humiliter recordabuntur.

Neque ſufficit lacrymis, lamentis, ſuſpirijs, querelis mortuos proſequi: nam illud dilacerare crines, ſoluere capillos, fletum vlulatibus implere, manibus ora inſequi, genas vngue petere, palmis pectora tundere, præterquam quod ſunt viliſſimarum fœminarum geſtus prorſus homine indigni; videntur etiam ferè cum maxima diuinitatis iniuria corporum reſurrectionem velle negare, cùm lacrymas fundant quaſi corpora amplius reſurrectura non eſſent. Verumtamen ſi ex mortua ſilice ignis viuus excutitur; ſi metalla & alia eiuſmodi in ignem proiecta, quamuis ignea appareant, propriā tamen ſubſtantiam retinent; ſi lux amiſſa integrè vt antea reuiuiſcit; ſi dies à nocte interficitur & ſepelitur, denuoque exoritur; ſi triticum cadens moritur, & denuo ſurgit; ſi herbæ euulſæ, & rami repullulant; ſi ex phœnice, quæ eſt præclariſſimum reſurrectionis teſtimonium, putrefacta vermis

mis generatur, qui deinceps in auem efformatur; corpora quoque humana, cùm Deo placuerit, pulchriora reſurgent. ad quid ergo vita defunctos lacrymis proſequi? ad quid veſtem à pectore diripere? ad quid vultum digitis liuidum facere? præſertim cùm non ignoremus corpus, quod fuit animæ in omnibus actionibus ſocium, & quod multis delectationibus ſe abſtinuit, prҿmiorum conſors nos eſſe habituros, & mortis neceſſitatem cum reſurrectione eſſe coniunctam. Hæc quò ad Epitaphiorum vtilitatem te non ignorare volui lector.

Quod verò ad alia attinet, ab Epitaphijs cœnotaphia non diſtinxi, quia id cognitu facile mihi eſſe perſuaſi. Præſtantia perſonarũ, antiquitas, tempus, ordo, locorũ locationes à me neglectҿ fuerunt; nam neq; ad mortuorum, neque ad viuentiũ vtilitatẽ, vel curioſitatem ſpectare ſum arbitratus; non ad mortuos, cùm nihil eorum interſit, quo ordine ponantur; non ad viuos, cùm nihil referat quod ipſi vnum ante aliud horum monumentorum oculis luſtrando percurrant.

Plura collegiſſem, niſi occupationes, quibus neceſſe eſt me vacare, obſtitiſſent: quæ etiã cauſa fuere, quòd nonnulla vitia in opus irrepſerunt; verùm ſi diu mihi vita manebit, ope amicorum, & præſertim Frãciſci Svveertij F., viri ſuauiſſimi ac doctiſſimi, qui excultam bibliothecam habet, & præſtantiſſimorum poëtarum refertam, alia me tibi oblaturum ſpero.

Cæterum hoc opus cauſa pietatis à me collectum, & honori Camillę Canonheriæ matris meę, grauiſſimæ ac optimæ fœminę, Genuę Ligurię metropolis in ędeBeatæ Mariæ de Vineis tumulatę, & propinquorum meorũ, dicatũ: quibus ipſę cœnotaphia non compoſui, ne aliquis arrogantiã potius, quàm fiduciam arbitraretur, & ne ſupra æquum in laudes meorũ, qui doctiſſimi extiterunt, prorumpere viderer, ſed ab alieni ingenij pietatę petij, donec vnum vrnę marmoreę, ſi datum erit deſuper patriam reuiſere, incidatur, ſi non laudatum, ſaltem erit excuſatum. Nam à recti Iudicij cenſoribus, qui hoc ſtudiũ pietatis iuſtum & æquum eſſe interpretabuntur, me defenſum iri

exiſti-

Digitized by Google

existimo: reliqui verò qui ab omni genere religionis ſunt remoti, quique omnia vellicare ſunt aſſueti, caueant, ne dum viuos & mortuos carpunt, & mortem iniuria afficiunt, ipſa eos capiat incautos.

Digitized by Google

APPROBATIO.

Ego iudicio ſtans Patrum Societatis, qui hunc librum legerunt, & correxerunt, cenſeo typis poſſe mandari ad multorum hominum ingenia recreanda. 26. Maij. anno 1613.

EGBERTVS SPITHOLDIVS, S. T. L. Canonicus & Plebanus Antuerpienſis, librorum Cenſor.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTVS & ISABELLA *Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, &c. Diplomate ſuo ſanxerunt, ne quis citra Petri Andreæ Canonherij voluntatem librum cui titulus eſt,* Flores Illuſtrium Epitaphiorum, &c. *vllo modo imprimat, aut alibi impreſſum in has regiones importet, venalémve habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum & graui pœna multabitur, vt latius patet in litteris datis Bruxellæ, in priuato Principum Concilio, 19. Iunij 1613.*

Signatum

S. de Foy.

A*Vctoritate huius Priuilegij, Petrus Andreas Canonherius elegit Ioachimum Trognæſium, Typographum & Bibliopolam iuratum, atque in eundem vnum & ſolum contulit idem Priuilegium.*

Petrus Andreas Canonherius.

Digitized by Google

FLORES ILLVSTRIVM EPITAPHIORVM EX PRÆCLARISSIMARVM TOTIVS EVROPÆ CIVITATVM ET PRÆSTANTISSIMORVM POETARVM MONVMENTIS EXCERPTI.

Ex quodam qui Italica collegit.

TRIDENTVM.

ROBERTI DVCIS SEVERINATIS.

*I*TALIÆ *victor, Seuerina*
ſtirpe Robertus
Sigsmundi Auſtralem ſenſit
in arma Ducem.
Ter proceres Veneti bello petiere
Tridentum;
Ter victi: hic vincens ecce Robertus adeſt.

Digitized by Google

DOROTHEÆ TONNÆ.

Quid gemis heu tanto felicia funera luctu!
Turbantur lacrymis gaudia noſtra tuis.
Parce, precor, triſtes queſtus effundere: vixi;
Non erat in fatis longior hora meis.
Immatura peri. Sed tu diuturnior annos
Viue meos, coniux optime, viue tuos.

LEONARDI LANG.

Forma, iuuenta, animus, vegetoq́ in corpore virtus,
Spem dederant longas viuere poſſe dies.
At nimis infauſti rapior dum ſidere fati,
Heu periere ſimul forma, iuuenta, animus!
Sic ſolet exiguam ſpes vana eludere vitam.
Eſt aliquid viuos ſic meminiſſe mori.

PATAVIVM.

BOVETINI MANTVANI.

Mantua me genuit Patauis Bouetinus, & orbi,
A boue nomen habens, patiens, ſine fraude doliſue,
Quàm ſibi plus aliis vigilans, pietatis alumnus;
Largus erat ſtudio, largus clero, ſibi parcus.
Canonicum illuſtris docuit Ius: ter tribus annis
Deme duos, obit Auguſto iam mille trecentis
Elapſis, iacet hîc: coluit te ſancta, tuumq́
Virgo patrocinium: precibus iam aſſiſte vocantis.
Vrnam hanc ac cineres, ſanctiſſima Virgo, tuis vt
Supplice conſerues precibus te voce precatur.

IOAN.

IOAN. CACII EPISCOPI.

Qui cum prole ſua cinctura fulſit equeſtri;
Et qui ſacrorum Doctor erat canonum;
Hîc iacet Antiſtes Cacij de ſtirpe Ioannes,
Cuius nomen humi, mens ſuper aſtra viget.

NICOLAI SANCTÆ SOPHIÆ.

Qui pietate nitens virtutéque præditus omni,
Et medica magnus Doctor in arte fuit,
Hac tenet à ſancta Nicolai petra Sophia
Corpus, mens obijt carne ſoluta polum,
Tertia fine dies Maij cùm volueret annum
Poſt decies ſeptem luſtra ducenta Dei.

VINCENTII LIGVRIS.

Aurea ſpes Ligurum iacet hac Vincentius vrna,
Dic vbi nunc poſſis ſpem poſuiſſe, Ligur?
Spes perit, humana velut intermortua ſorte
Vixit, vt hîc ſpem vis figere? fige Deo.

ANONYMI.

Vermibus hîc donor, & ſic deſcendere conor,
Qualiter hîc ponor, & honos ſic ponitur omnis.
Quiſquis ades, tu morte cades, ſta, reſpice, plora:
Sum quod eris, quod es ipſe fui, pro me, precor, ora.

VXORIS BONIFACII LVPI.

Hac de Franciſcis tegitur Catharina ſub vrna,
Cui natale ſolum natio Tuſca dedit.
Strenuus inſigni coniux Bonifacius illi
Marchio Soranea, ſtirpe ſatusq; Lupa.

GATTÆ MELATÆ.

Dux bello inſignis, Dux & victricibus armis
Inclytus, atque animis Gatta Melata fui.
Narnia me genuit media de gente, meoq́;
Imperio Venetum ſceptra ſuperba tuli.
Munere me digno, & ſtatua decorauit equeſtri
Ordo Senatorum, noſtráque pura fides.

FRANCISCI ALVAROTTI.

Hic vices Aquileia tui qui patris obibat,
Qui cleri, ac gemini gloria Iuris erat.
Hac Aluarottus tegitur Franciſcus in arca:
Heu quantum Pataui fata tulere decus!

GASPARIS PENTHELINGI.

Quæ modo ſplendenti fulgebat lampade flamma;
Aſpice vt exiguo tempore fumus abit.
Id timeant flammæ, ſit vis ſine fine futura;
Creſcentem extinguunt inuida fata focum.

HENRICI A CRAM.

O ſpes fallaces, curæ, vaniq́; labores,
Omnia mors aboles, anxia vita nihil.
Diſce mori, nec te ludat ſpes vana iuuentæ:
Nam neſcis ſtatuent quem tibi fata diem.

IOAN. BAPTISTÆ AMICI.

Præmia quæ referunt alijs vitamq́; perennem,
Virtutes vni huic cauſa fuere necis.

VINCENTII CRVCII.

Quis tumulo hoc tegitur? iuuenis qui corpore pollens,
Inclytus ingenio, moribus ingenuus:

Crux

Crux cognomen, erat nomen Vincentius, illi
Taruiſium patria, & Pallas erat ſtudium.

ANTONIÆ FABRICIÆ.

Siſte gradum, iacet hic Antonia ſanguine creta
Fabricio, terræ mortua, viua polo.
Hanc gemit ablatam mundo probitasq́, decorq́,
Atq; fides paſſis immaculata comis.

GVIDONIS MALTRAVERSI LVCII COMITIS.

Hîc ſitus eſt Guido Lucenſi notus ab arce,
Cuius erat patriæ dedita vita ſuæ:
Illum nuda fides, & recti conſcia virtus,
Et genus, & morum nobilitabat apex.
Omnia mors ſoluit, ſpirantis terminus auræ
Obſtitit Octobris bis duodena die.
Complebat retinens a fœta virgine fœdus
Poſt decies quintum luſtra ducenta nouem.

LAVRENTII CANOTII PICTORIS.

Canotius iacet hîc Laurentius ecce ſepultus,
Qui decus Euganeis vnicus hoſpes erat.
Vmbris Parrhaſium, pictura æquauit Apellem,
Formis Lyſippum, marmore Praxitelem.
Nam chorus æterni narrat monumenta laboris,
Qui miris templo fulget imaginibus.

VBERTINI.

Solue genis lacrymas tumulum qui conſpicis iſtum,
Flensq́; ſuus dicas ſpiritus aſtra colat.
Nam fuit hic patriæ dux, pax, ius, ſpesq́, ſalusq́,
Hoſtibus hoſtis atrox, fidus amicus erat.

 Quem

Quem generoſa domus plauſtro ſignata rubente
Edidit inſignem ſtrenuitate virum.
Vbertine, tuis Patauis ſpes quanta ſalusq́;
Decidit, heu cùm te merſit acerba dies!

IACOBI PADVÆ DOMINI.

Hæc magno domus arcta viro, ſub marmore paruo
Heu pater hic patriæ ſpesq́; ſalusq́; iacent!
Quiſquis ad hoc ſaxum conuertis lumina lector,
Publica damna legens, iunge preces lacrymis.
Illum flere nefas, ſua quem ſuper æthera virtus
Suſtulit, humano ſi qua fides merito.
Flere grauem patriæ caſum, fractamq́; bonorum
Spem licet, & ſubitis ingemuiſſe malis.
Quem populo patribusq́; Ducem Carraria nuper
Alma dedit Patauo, mors inimica tulit.
Nullus amicitias coluit dulcedine tanta,
Cum foret horrendus hoſtibus ille ſuis.
Optimus, inq́; bonis ſemper ſtudioſus amandis,
Neſcius inuidiæ, conſpicuusq́; fide.
Ergo memor Iacobi ſpecioſum credula nomen
Nominibus raris inſere poſteritas.

IOAN. MARCHANONÆ.

Vt videas antiqua virûm monumenta priorum
Quid maris & terræ multa pericla ſubis?
Ecce quod ut videas totus peragrabitur orbis,
Pagina nunc oculis ſubijcit vna tuis.
Quæ ſi ſorte tuæ ferat oblectamina menti,
Auctori grates dicere ne pigeat.

PAVLI

PAVLI TITVLI.

De Titulo iudex iacet hîc ſub marmore Paulus,
Iuris apex, vrbis conſiliumq́; ſuæ.
Quem virtute virum noſtro Deus extulit orbe,
Præbuit at cælo nunc meliore frui.

NICOLAI PLEBII.

Vt tibi viuenti Dominus tua crimina parcat;
Pro de Plebe roga Nicolao Iudice quondam.

EPIPHANII COLVMBI.

Huc pulcras pueri violas, fuſcosq́; hyacinthos,
Pulcraq́; purpurei ſpargite fila croci;
Nec lacrymas cohibete, puer formoſus, & idem
Hic veſtri fuerat gloria magna chori.
Quin & multa auſus plus quam puer, ille animantum,
Ille hominum tenera membra ſecare manu.
At vos ô nimium crudelia fata, nimisq́;
Impia mors, & quæ nil niſi ſæuitia es.
Vix cælo oſtenſus fuerat, cùm protinus illum
Lanificæ nobis ſurripuere Deæ.
Dic, hoſpes, bona verba, bonumq́; precatus abito,
Vt lubet, atque tibi Dij meliora ferant.

LVDOVICI PASINI.

Philoſophus iacet hîc Ludouicus maximus ille
Paſino celebri ſanguine progenitus,
Egregiè doctus, medicaq́; peritus in arte,
Creditus à cunctis æmulus Hippocratis.
Filius hunc tumulum pariterq́; piiſſima coniux
Erexêre, viro hæc, natus at ille patri.

Huc qui te confers lymphas inſperge ſacratas,
Ac pro defuncto, quæſo, precare Deum.

ALEXANDRI DOTTORII.

Per varias rerum cauſas medicosq; labores
Sollicitans Phœbum carmine, voce, lyra,
Doctor Alexander naturæ cedere fatis
Cogitur: huic vitam fata dediſſe puta.

IOAN. ANTONII RVBEI.

Ioannes Rubeus Iuris Conſultus & æqui,
Si quis erat tota clarus in Auſonia,
Hîc habet oſſa, ſuos mœſtos omnesq; reliquit;
Qui norant, nimis huic Parca ſeuera fuit.
Nam natos octo, vxoremq;, domumq; peremit,
Cùm talem terris abſtulit illa virum.

IOAN. CALPHVRNII BRIXINEN.

Calphurni cineres ſunt hîc; poſſeſſor Olympi
Eſt animus, volitat fama per ora virûm.

PETRI ROCABONELLÆ.

STANISLAVS DZIERGONISCI SCHOLAris Patauien. Polonus ad lectorem.

Hîc poſui corpus, ſed ſpiritus aſtra petiuit
Creditus in Domini ſcilicet ille manus.
Quis fuerim, quæris? procul iſta natus ab vrbe,
Natus eques proauis quippe Polonus eram.
Vix ſtudium moresq; tuos Saturnia vidi,
Finiuit vitam febris acerba meam.
Tu memor ipſe tui, qui me mirare cubantem:
Sit mihi propicius, quæſo precare, Deus.

Si

Si tabulam neſcis mihi quis curauerit iſtam:
Curauit, dicam, vir, mihi crede, pius.
Hic eadem monumenta gerit, Laſcienſcius illis
Dicitur, in quorum eſt editus ille ſolo.

RAYMVNDI SOLYMANNI.

Antra quid hæc, cinerumq; locũ. ſtudioſe viator,
Inſpicis? vt videas dira trophæa necis?
Raymundus Solymannus, erat cui nomen auorum
Inſigne, hæc humili buſta reliquit humo.
Verus Arimundi Solymannus amicus, amicis
Hic promptum auxilium conſiliumq; fuit.
Pauperiem miſerans ſpecialiter aſtra petiuit
Mente, ſed hac tegitur carne ſepultus humo.

DVORVM FRATRVM LEONVM.

Qui patris, & patriæ decus, & ſpes vnica; grande
Aonidum ſpecimen, ſi ſupereſſet, erat.
Nomina habens iacet hîc Antonius alta Leonum.
Heu nimis heu nerunt ſtamina manca Deæ!

DVORVM IVVENVM GALLI ET POLONI.

Siſte, legas iuuenum crudelia fata duorum;
Alter aqua perijt, turpiter alter equo.

IOANNIS PASSARÆ.

Artibus egregijs veris medicatibus ingens,
Famoſus doctor, notus in vrbe fui.
Ianua me genuit, ſtirps Paſſara clara, Ioannes
Nomen erat, fragilem quem breuis vrna tenet.

IROLDI ZARMELLINI.

Hoc ſitus eſt tumulo ſubita nece raptus Iroldus,
Qui Zarmellina gloria gentis erat.

Digitized by Google

Ante ſuos annos præcox prudentia venit,
Et nullius egens laudis inopsq́ fuit.
Si tamen ille ſuis qui dulcem linquit amorem
Non moritur, non eſt mortuus ille ſuis.

ANDREÆ CHMALCZOVOSKII.

Ceruicem mihi fregit equus dum ludo; ſodales
Hunc cineri tumulum compoſuere meo.
At vobis vel ob hoc meritum dent fata reuerti
Omnibus in patriam, quod vetuere mihi.
Curauit tabulam nobis Laſcienſcius iſtam,
Quem meritis faciant creſcere fata ſuis.

PAVLI VENETI.

Vir Pataui perit hîc, Vtinum tulit, iuit ad vrbem
Adriacam puer, hinc nomina Paulus habet.
Doctus Ariſtotelis dubios exponere ſenſus
Audet, & Ægidium carpit vbiq́ potens.

ANTONII LVDRI.

Muſicus, artiſta, Doctorq́ Pariſius iſte
Sub caſo Antonius marmore carne iacet.
De Lydo genitus mens cuius gaudet in aſtris,
Famoſo laudes nomine mundus habet.

NALDI.

Naldus ego hîc iaceo, monumentum & gloria belli
Non leuis Auſonios inter habenda Duces;
Aſſuetus bis centum equites in omne periclum,
Bis ternas peditum ducere centurias.
Flaminiam medio furibundi ardore Gradiui
Ingenio rexi, ſeruoq́ ab hoſte manu.

An-

Digitized by Google

Anglum dum premerem, ac intus premerentur Iberi,
Transfixit pectus plumbea maſſa meum.
Vixi luſtra nouem, genuitq́ Fauentia mater;
Vrbs Pataui ſepelit, me gemit Italia.

PETRI HENRICI II. ET IACOBI SEROVINIORVM.

Inclyta progenies iacet hîc Serouinia Petrus
Armis, atque animis, integritate, fide.
Dignaq́ iuncta viro eſt Antonia coniuge tanto,
Clara quidem facie, clarior ingenio.
Duxit amor parilis longo concorditer æuo
Coniunctos, & nunc hæc habet vrna duos.
Hoc pateris, quiſq huc ſi lumina flexeris, ora
Numen, vt amborum molliter oſſa cubent.

T. LVPATI.

Id quod es, ante fui, quid ſim poſt funera, quæris?
Quod ſum (quidquid id eſt) tu quoq, lector, eris.
Ignea pars cælo, cæſæ pars oſſea rupi,
Lectori ceſſit nomen inane Lupi.

ALBERTI SAVANAROLÆ.

Hîc ſunt Alberti cineres, mens errat in vmbris
Elyſijs, ſuperis aſſociata choris.
Eloquio clarus, medica clariſſimus arte
Vixit, honos Pataui Sauanarola fuit.

ISABELLÆ RAVIGNANÆ PVELLÆ AGRESTIS.

Euganeas inter præſtans virtute puellas
Hîc iaceo, indigno condita virgo loco.

Nam

Nam cùm me peteret laſciuum miles ad vſum,
Munera poſſe mori magna fuere mihi.
Diſce age ſit quanti, Virgo, ſeruare pudorem,
Pro quo nihil timui perdere corpus aquis.

FERRARIA.

IOANNIS HERCVLANI.

Herculeo Arnolphus genitus, ſacra ſaxa Ioannes
Hæc ſtatuit memori pro pietate patri.
Ille vir Hippocratē medicans, & Apollona vincit,
Atque fuit noſtro tempore verus Apis.
Doctrinæ præclara ſuæ monumenta reliquit,
Multaq́; per doctos ſcripta Ioannis eunt.
Codicibus febres, peſtes, cunctosq́; nocentes
Corporibus morbos ſcripſit in orbe tribus.
Pulcra ſalutifero Verona exultat alumno:
Totus enim medicam mundus adorat opem.
Sub duce quem Borſo clarum Ferraria vidit,
Fataq́; corpus habent, cetera cuncta Deus.

THADEÆ BONLEÆ.

Hic ego quæ fueram Federico nupta Ladrono,
Bonleæ iaceo fama Thadea domus.
Forma ego Cypris eram, manuum virtute Minerua;
Cæſaris arcanis conſcius ille fuit.

IOAN. MANARDI.

Hac breuis exuuias magni capit vrna Manardi:
Nam virtus latè docta per ora volat.

Mens

Mens pia cum ſuperis cæli colit aurea templa:
Hinc, hoſpes, vitæ ſint documenta tuæ.

BAPTISTÆ STABILINI.

Hîc Baptiſta iacet Stabilinus marmore, viuus
Numquam quieuit, at quieſcit mortuus.

IOAN. MVZZARELLI.

Grandia fortè videns mirabere marmora, quiſue
Struxerit hoc cupies ſcire, viator, opus.
Hac moriens natis mandauit mole Ioannes
Et ſua, & Hippolitæ coniugis oſſa tegi.
Muzzarella illum, gens Sanuitalis at illam
Progenuit, multis quæ fuit vna parens.
Vt qui concordes vixere fideliter annos,
Nunc quoque & vna ſimul contegat vrna duos.

RVBERTI TROILI.

Ille ego qui numquam, Mauors, tua ſigna reliqui,
Pro patria promptus fata ſubire mea.
Poſt varios tandem caſus vitæq; labores
Rubertus tegor hoc Troilus tumulo.

FRATRIS AVGVSTINI RICHINI.

Flens veni in terras, & flens diſcedo, fuitq;,
Dum vixi, fletus, vita, dolor, gemitus.

CISTARELLORVM.

Viximus vniti, paruo diſcrimine vitæ
Ceſſimus, vnitos ſic tenet arca duos.
Sic cælum colimus nunc Ciſtarellus vterque,
Filius Alphonſus Horatiusq; parens.

Digitized by Google

SIGISMVND. BARISANI.

Hîc oriunda Rubis Melphita nata Chioq;
Ducta ſub Eſtenſem gens Bariſana iacet.

BONONIA.

BASIANI, PRÆCEPTORIS AZONIS.

Inuidus è medio Baſianum finis ademit,
Cuius membra breuis hîc ſita petra premit:
Summus in alterutro Doctoris iure peregit
Hactenus officium, quem lapis iſte tegit.
Iura duo potuit naturæ ius ſuperare;
Hæc duo de proprio mors fugat vna lare.
Iſtius meruere ſinu duo iura locari,
Solus in Italia qui fuit abſque pari.
Non ſibi, ſed vitæ moritur, fons iuris & aret;
Non is ea, ſed eo vita moderna caret.
Quiſquis in iſtius cathedram ſuccedere quærit,
Fontis reſpectu riuus ineptus erit.

GVILIELMI LVCENSIS.

Hîc Guilielmus erat Lucenſis origine dictus,
Cui meritò nomen lucis origo dedit.
Sacra doctrinæ titulis & honore Magiſtri
Lucens, Italicis Lucifer alter erat.
Quod priùs in ſpeculo cernebat, lumine vero
Nunc cernit, Deitas nunc patet ipſa ſibi.
Poſt vitam vita fruitur; mors pocula mortis
Huic dedit, ad vitam ſumpſit, & hauſit ea.

Augu-

Auguſti ſibi prima dies fuit vltima vitæ,
Huius & ad vitam ianua prima fuit.
Anno milleno centeno ſeptuageno
Octauo Domini mors ſibi vita fuit.

ODOFREDI.

Clauditur hîc mundi ſenſus iuriſq; profundi
Lux, fœdus pacis, Doctorum flos Odofredus,
Si ſemel M, C *bis,* LXV *mente tenebis,*
Hinc ſine N. *membris in terna nocte Decembris.*

ANTONII BENTIVOGLII.

Si lacrymis celebres fas eſt ornare ſepultos,
Flete ſuper poſiti, deprecor, oſſa viri.
Vos quoque Pierides heu! tundite pectora palmis;
Aonio latice profluit ora ſui.
Antonij nomen cunctis memorabile ſæclis,
Bentiuolæ gentis fama perennis erit.
Clarus qui titulis heu legibus atque togatus,
Magna gerens clero funera ſæua tulit!

PANDVLFI CONTARENI.

Huic Contareno genus alto à ſtemmate ducens
Pandulfus tumulo mortuus oſſa dedit.
Heu pietas vbi fama vigens? vbi maxima rerum
Gloria? cuncta ſimul perdidit vna dies.

FRANCISCI PHILELPHI.

Abſtulit inſignis corpus fera Parca Philelphi;
Ingenijs graſſans mors nocuiſſe nequit.

IOAN-

IOANNIS LIGNAGI.

Frigida mirifici tenet hic lapis oſſa Ioannis;
Iuit in aſtriferas mens generoſa domos.
Gloria Lignagi titulo decoratus vtroque,
Legibus & ſacro Canone diues erat.
Alter Ariſtoteles, Hipocras erat, & Ptolomæi
Signifer ætherei nouerat aſtra poli.
Abſtulit hunc nobis inopina Syncopa mortis.
Heu dolor hic mundi portus & aura iacet!

PETRI ANCHARANI.

Canonis hîc ſpeculum, ciuilis & anchora iuris,
Heu iacet! æternas mens tenet alma domos.
Nomen erat Petrus: genuit Farneſia proles;
Nunc Ancharanum dat ſibi laudis opes.
Quis ſuperauit eum virtute micante? quis iſto
Conſilijs hominum clarior antè fuit?
Pro meritis nunc aſtra dedit tibi Iupiter almus;
Et voluit gelido membra iacere ſolo.

BARTHOL. VOLTÆ.

Credere quid geminam dubitas nunc viuere vitam,
Quem facit extinctum picta tabella tibi.
Semper inextincto Diuûm flagrauit amore
Conſtans, eximiaq; integritate fuit.
Hinc fata in cælis vitam tribuere perennem;
In terris fama eſt nec moritura viri.

ANDREÆ BARGATII CARDINALIS.

Molliter algenti premor hîc ſub marmore; tãtùm
Oſſa tenet, mens alta poli, quem lactea pauit
Calliope

Digitized by Google

Calliope iuuenem : ſuperi, quàm magnus Apollo.
Liberet ipſe quidem certatim ſomnia rerum.
Edocuere ſimul ſolidiq; volumina mundi,
Quantaq; Stellifero manibus ſtent tela tonanti,
Quin tibi Canonicus meritò Rauerna colebar.
Cardinalis ego ſoboles Bargatia clari
Sanguinis Andreas, fuit en mihi gloria quanta;
Hic tamen occidimus, nitidis ſed reddimur aſtris.

IOANNIS BRANDI.

Cælum animam Brandi, nomen Germania ſeruat;
Quod mortale fuit, clauditur hoc tumulo.

IANI VOLSCI.

Tu quicumq; ſagax veterum monumenta reuoluis,
Te ſi fortè mei nominis ardor habet,
Hæc lege, Ianus eram, dictus cognomine Volſcus,
Arctoóq; meum claruit orbe genus.
Limpergo fueram, Chiron quod iuſtus Achilli,
Et quod Pelleo Stagiritanus erat.
At Romam admiſſæ dum fortè piacula culpæ
Accepturus eo, contegor hoc tumulo.

HIERONYMI BORAGINEI.

Me Lubeca tulit, docuit Germania linguas,
Huc miſſum ad ſtudium mors truculenta rapit.
Non ferrum, non vlla Venus, Bacchúſue peremit,
Sed ſtudij nimius, proh dolor! hauſit amor.
Nam dum Phœbe tuas æſtiuis ſolibus herbas
Perſequor, inuaſit pectora ſæua febris.
Iam ter fortè nouem, ſtudio quæ vita peracta eſt,
Annos attigeram, cùm rapit hora nocens.

Digitized by Google

Ah tua, qui medicus fueras, veſtigia fruſtra
Inſequor, ô genitor, cùm necor ante diem.
O patria, ô Germana vale ſoror, vna relicta
Quæ fueras, hac me mors tumulauit humo.

ALEXANDRI PELLENDORF.

Corpus Alexandri iacet hîc, qui flore iuuentæ,
Ingenio, forma, ſanguine clarus erat.
Extinctum cuncti fleuerunt, Atropos ipſa
Inuita queritur ſtamina rupta manu.

PROCVLI.

Si procul à Proclo Proculi campana fuiſſet,
Tunc procul à Proclo Proculus ipſe foret.

FLORENTIA.

IOTTI PICTORIS, QVI TVRRIM ÆDIFICAVIT.

Ille ego ſum, per quem pictura extincta reuixit,
Cui quàm recta manus, tam fuit & facilis.
Naturæ dederat noſtra quod defuit arti,
Plus licuit nulli pingere, nec melius.
Miraris turrim egregiam ſacro ære ſonantem,
Hæc quoque de modulo creuit ad aſtra meo.
Deniq; ſum Iottus, quid opus fuit illa referre?
Hoc nomen longi carminis inſtar erit.

PAVLI IOVII.

Hîc iacet heu! Iouius Romanæ gloria linguæ,
Par cui non Criſpus, nec Patauinus erat.

IOAN. PICI MIRANDVLÆ.

Ioannes iacet hîc Mirandula, cetera norunt
Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.

AN-

Digitized by Google

ANGELI POLITIANI.

Politianus in hoc tumulo iacet Angelus, vnum
Qui caput & linguas, res noua, tres habuit.

HIERON. MIRANDÆ.

Mercator pietate, fide, cultuq; Deorum,
Nec minus inſignis nobilitate fui.
Humanis igitur ſpolijs Miranda relictis,
Contemplor Superûm numina ſacra Deûm.

IOAN. LONGRONI.

Conduntur tumulo Longroni hoc oſſa Ioannis,
Qui fuit Hiſpanis nobilis ortus auis.
Inſignis probitate, fide, mercator in ære
Contentus pauco, nulli hominum nocuit.
Ciuilis ritus, obſeruantiſſimus æqui,
Vt ciuem ciues hunc coluere boni.
Ex luſtris bis ille nouem quæ firma peregit,
Biſſenus hac grata vixit in vrbe ſenex.

CAROLI POETÆ.

Siſte, vides magnum quem ſeruant marmora vatem,
Ingenio cuius non ſatis orbis erat.
Quæ natura, polus, quæ mors ferat, omnia nouit
Carolus, ætatis gloria magna ſuæ.
Auſoniæ & Graiæ crines nunc ſoluite Muſæ,
Occidit heu veſtri fama decusq; chori!

MONSTRINATI, IN AGRO FLORENTINO.

Hac Petrus Paulusq; ſub vno corpore bini
Fabrica naturæ mira iacemus humo.

Cuiq; ſuum fuit, & manuum fuit, oris, opuſq;
Veſicæ: eſt vnum fluxile ventris opus.
Iunxêre extremæ partes nos corporis ambos,
Quas ſimul & neuter dicat vterq; ſuas.
Neutra ex parte pedes, capita ex vtraq; fuerunt,
Bina ſed è medio corpore planta fuit.
Bina fuit medio quæ corpore planta deorſum
Pendebat, ſurſum quinta erat vna manus.
Non verò nobis vnus ſomnuſq; cibuſq;,
Nec riſus nobis fletus & vnus erat.
Somno membra dabat, ridebat vnus & alter,
Lugebatq; vnus, flens quoq; & alter erat.
In Florentina natos nos fluminis Arni
Valle dedit patria, nos pia cura patris.
Inde alti & ſacro pariter de fonte leuati
Viximus ambo decem bis totidemq; dies.
Quid nunc Neptunum, quid nunc Ianumq; bifrontem
Miraris? Stygij terna quid ora canis?
Et quid Gerionis tria corpora? ſcilicet vnum
Nos corpus, binas nos animaſq; lege.

LVCA.

DVCIS ADALBERTI.

Hîc populi leges ſaxi ſub mole ſepultæ,
Hîc ius paxq; iacent, hîc patriæ auxilium;
Hîc cubat ala, ſcutum, clypeus, lacrymæq; repoſtæ,
Hîc oculus cæci, ac hîc pietas viduæ.
Pes claudi, veſtis nudi, ſolamen egeni,
Noſter Adalbertus, Dux pius atque bonus.

Gen-

Digitized by Google

Gentibus externis timor, ac pauor minitandus,
Militibus proprijs gloria ſumma ſuis.
Quàm fortis fuerit nouerunt vltima Tulé,
Qua bonitate fuit dicere lingua nequit.
In ſexto decimo Septembre notante Calendas
Membra ſua hîc poſuit funereo gemitu.
Quiſq; legis tumulum, culparum facta ſuarum
Ante Deum recita, cum precibuſq; iuua.

AVGVSTINI CHIVIZANEI.

Auguſtinus ego Chiuizaneus hîc requieſco:
Nemo mori neſcit, viuere diſce, vale.

NICOLAI BERTI.

Hîc ſibi conſtituit Nicolaus marmora Bertus,
Vxori, natis, quæ ſua membra tegant.

HIERONYMI VELLVTELLI.

Hic dum vexillum gerit, & te, Luca, gubernat,
A coniuratis vulnera ſaua tulit.
Felix ille nimis, qui dum cadit enſe peritq́;,
Et ſeruat patriam, de nece victor ouat.

PISÆ.

DONORATICORVM COMITVM.

Florida qui miro tenuerunt culmina curſu
Fletibus aſpicitis mente doloris opus.
Vrbis gloria, fulgentis protenſa Piſanæ
Clauditur in tumulo ſtirps generoſa nimis.
Hic genitor genitus Tatius iacet & quoq; Gaddus,
Quos Donoratica protulit alma domus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cairæ ſublimes Comitatus ſede nitebant,
Et Gaddus placidè præfuit ipſe Piſis.
Quo claudente ſua dum ferret lumina curam,
Plorat adhuc tanto plebs viduata viro.

SENÆ.

ANTONII DIÆ LVSITANI.

Quiſquis ab Heſperijs veniſti ſedibus hoſpes,
Accipe quæ referas, ſi rediturus ades.
Perpetuò flendus iacet hîc Antonius, atra
Morte Dias, hoc te nolo latere, Vale.

GERMANI.

Vina dedere neci Germanum, vina ſepulcro
Funde, ſitim nondum finijt atra dies.

MONTANIMÆ LAVRENTII BOMINSIGNII EQVITIS F.

Cur turbata fremit Pallas? vir Delia clamat?
Cur lacerat ſæuo nunc Venus vngue genas?
Occubuit quoniam ſapientia, forma, pudorq́;,
Cuncta puellari corpore iuncta ſimul.
Proh mala ſors hominũ! nam quæ precioſa ſuperſunt,
Continuò properat impia mors rapere.
Nemo me lacrymis ploret, nam mortua non ſum;
Viuo ſed in ſuperis læta beata locis.
Marmore tu cinerem claudis, Hieronyme cõiux,
Ipſa ſed ante Deum ſupplico vt aſtra petas.

HIERON. REGENTIS.

Hieronymus Regens, quem grata Placentia fratrem
Iactat, in vmbroſo conditur hoc tumulo.

LVCÆ.

Digitized by Google

LVCÆ BRVNNER GERMANI.

Quod refero pictis armis, quod nomine fontem,
Non ſine myſterijs, lector, id eſſe putes.
Fons animũ notat, huic propero dum iungere puras
Perpetuò Sophiæ ſcaturientis aquas.
Vitam intercepit duriſſima Parca ſororum,
Plangentis patriæ læta dolore meæ.

ANONYMI.

Hanc vbi ſublimes reuocant ad iuſta parentes
Otia, ne varijs exul eat laribus.
Eripuit Lacheſis: nihil hîc quod credere tutum
Poſſis, in accinctu dum fuit, interijt.

CANIS.

Dum volui domini iuſſu perquirere ſiluas,
Vt ſequerer timidas curſibus ipſe feras;
Fortia me miſerum lethali pectora ſaxo
Ruſtica percuſſit impia ſæua manus.
Me precor vt paruo referas, Franciſce, ſepulcro,
Ne mea ſint rapidis viſcera præda lupis.

POTATORIS.

Vina dabant vitam, mortem mihi vina dedere,
Sobrius auroram cernere non potui.
Oſſa merum ſitiunt, vino conſperge ſepulcrum,
Et calice epoto, care viator, abi.

BERNARDI CRVNII.

Conditus hîc iaceo Bernardus gente vetuſta
Crunius, Herculei quem genuere lares.

Me niſi crudelis laniaſſet dextera ſaltem,
Heu mihi clauſiſſet lumina vterq; parens!
Heu miſeranda tuis inuidit pallida votis,
Theſiphone genitrix abſtulit ante diem!
Parcite nunc lacrymis, triſtes gaudete parentes,
Poſſidet Elyſias nobilis vmbra domos.

BAPTISTÆ CVIVSDAM.

Hic lapis exculos cineres & membra coërcet
Baptiſtæ tumulo qui iacet exiguo.
Dum puer inſudat ſtudijs, iuuenilibus annis
Soluitur, ac votis fallitur ipſe ſuis.
Spargite humum, iuuenes, lacrymis rorate ſepulcrum,
Vt cinis atq; vmbra terra ſit ipſa leuis.

AMERICI.

Hic Americus humor; ſed quis ſim noſce, viator,
Puluis, humus, tellus, putrida terra, cinis.
Expoſita ſemper fuerat mea vita labori
Dum vixi, placida eſt non mihi data quies.
Octuaginta fluens mundus mihi præſtitit annos,
In vita humanus, ſanctus in interitu.
Si quæris quis me hic intruſit, ſiſte, docetur,
Filius ornauit hac monumenta meus.

SYLVII PII II. PONT. MAX.
PATRIS.

Syluius hic iaceo, coniux Victoria mecum eſt,
Filius hoc clauſit marmore Papa Pius.

VI-

VITERBIVM.

HIERONYMÆ ALMADIANÆ.

Grande pudicitiæ exemplum Hieronyma ſacræ,
Hìc Auguſtini conditur vxor amans.
Octo luſtra ſuo manſit cum coniuge viuens,
Athanatos moriens inter at aſtra ſedet.

ROMA.

CIRCI FLAMINII.

Sum cinis, at vobis poteram modo dicere Salue,
Eſt celer & fati neſcius ille dies.
Gloria ſi qua fuit nobis dum viximus, illa
Hìc modò cum noſtro corpore clauſa iacet.

PETRI VARI.

Ille ego Ioannis celſi Canonicus ædis,
Lælia quem genitrix condidit hoc tumulo.
Vix ſeptena miſer compleram luſtra maligno
Sidere, cùm ſecuit ſtamina dira ſoror.

EVANGELISTÆ BONSENORII.

Viue diu, quicumque potes, nos viximus olim,
Fortunamq́; ſuam vita ſecunda tulit.
Vrbs mihi natalem, gens Bonſenoria nomen,
Cinis quidquid habet muneris, illa dedit.
Pignora cara nouem, & rarum, ſanctiſſima coniux,
Frigida preſſerunt lumina, lector aue.

ANTONII.

Sanſeuerina domus, patria eſt Lucania, pulſus
Sedibus è patrijs mortuus hìc iaceo.

Digitized by Google

Bis denos numerans orbes Antonius, expers,
Dum vixi, inuidiæ, ſim licet ipſe nothus.
Hoc mihi pro meritis fratres poſuere ſepulcrum,
Atq; pij exequias contribuere, Vale.

IACOBI MENTEBONÆ.

Luca ortus, Sena lege fuit mihi patria, nomen
Dum vixi Iacobus, Mens bona pro genere.
Papa Pius ſedem Papienſem detulit, idem
Cardineo ornauit munere, gente, domo.
Viuite qui legitis, æterna quærite, non hæc:
In cineres tandem gloria tota redit.

LIDIÆ SANDRÆ.

Lidia dulciſonis iam cantibus æthera mulcens,
Sandra ſub exiguo marmore muta iacet.
Dona dat hæc non tam formæ, quam laudis amori,
Et bona tot fatis tam citò rapta dolet.

NICOLAI ARRAGONII.

Naturam & lethum ſuperauit, adultus in ipſa
Viuit morte, puer cœperat eſſe ſenex.

CAMILLI PVERI.

Præcipiti dum currit equo dans frena Camillus,
Vix annos natus decidit octo puer.
Si caſurus erat, molli cecidiſſet in herba,
Heu tenerum ſcelus eſt rumpere ſaxa caput!

NICOLAI AMICI.

Re cognomen habens tegor hîc Nicolaus Amici,
Sola, nec id merui, mors inimica fuit.

Cùm

Cùm formam & quidquid poterat natura dediſſet,
Inuidit mihi mors, & rapuit iuuenem.
Occubui Romæ, genuit Florentia, luſtra
Quinq;, pares dotes corporis atq; animi.

DAVIDIS VVILLYANIS.

Gallia me genuit ipſis habitata Britannis,
Anglia me nutrijt, Oxoniaq; docent.
Orator Romam luſtris bis quinque peractis
Dum veni, morior; hæc tibi, lector, Abi.

CRESCENTII.

Quiſquis ab occaſu properas huc, quiſquis ab ortu,
Axe vel à gelido, ſiue calente polo,
Flecte, precor, geminos carmen lecturus ocellos,
Sortis & humanæ flebilis eſto memor.
Et quod, amice, fuit tumulo qui clauditur iſto,
Nunc cinis & puluis, quodq; futurus eris.
Hei mihi non vero Creſcentius omine dictus!
Stamina dum neſſet ſors breuiora ſibi.
Ungue ſed à tenero pietatis vomere ſulcos
Excoluit, mentis ſemina grata ſerens.
Hoſpitibus tectum, nudis largitus amictum,
Eſuriem dapibus ſuſtulit, amne ſitim.
Sed cùm ter denis ſubijt ſex quater ariſtis,
Quod terra eſt liquit, ſumere certus idem.
Sic tibi, ſic cunctis poſt mortem talia reddant,
Carmen in hoc tumulo quiſquis, amice, legis.

VIN-

VINCENTII IVDICIS.

Hoc tegitur tumulo Iudex, cui ſplendida Minos
Arbitria, & vacuas fecerat atra colos.
Veri Parca tenax: hanc præceps mouerat ira,
Sæpe quod is medica reppulit Argus ope.
Sparge roſas, Paule, & violis opobalſama miſce,
Sic Latio dictes aura ferenda foro.

PLACIDI FVSCI.

Poſt obitum viuo melius, doleoq́, medendi
Artibus extremum ſæpe fugaſſe diem.

STATII.

Statius hîc ſitus eſt, iuuenem quem Cypris ademit,
Præconem Æneæ carmine quòd premeret.

CATHARINÆ LANGERIN.

Inualidos æger dum vult curare parentes,
Fata recidiuis implicuêre malis.
Tum magno enixam Lucina dolore coëgit
Atram Perſephones dira ſubire domum.
O pietas! ô Dii! crudeli ſorte licebat
Viuere, ſed præſtat cum pietate mori.

HIERON. RASSON.

Vrbem miſſus ad Henricam faceſſere iuſſa,
Vix vrbi notum me breuis vrna premit.
Raſſon Hieronymus curſum fortuna peregit;
Sola, nec id merui, mors inimica fuit.
Hoſpes quiſquis ad hæc pergit delubra Iacobi;
Sacratam in cineres buſtaq́ ſpargat aquam.

DIDA-

Digitized by Google

DIDACI DE VALDEZ.

Certa dies nulli eſt, mors certa, incerta ſequentum
Cura, locet tumulum qui ſapit antè ſibi.

ANONYMI.

Vixi, quod volui, ſemper bene, pauper, honeſtè:
Nullum fraudaui, quod iuuat oſſa mea.

LAVRENTII VALLÆ.

Laurens Valla iacet Romanæ gloria linguæ:
Primus enim docuit qua decet arte loqui.

IOAN. DE ANGVIRE HISPANI.

Da gemitus pia turba viro, lacrymaſq́; ſepulcro,
Cuius ab interitu ſæua ruina manet.
Heu pietas iacet, ipſa fides, probitaſq́;, pudorq́;,
Relligio, grauitas, cum grauitate lepos!
Sed neq; flere licet ſuperos: pulcerrima circum
Pars melior, terris candida fama viget.

HIERONYMI FERRARII.

Fortuna vixi natiſq́; & coniuge felix,
Auctaq́; eras blando læta nepote domus.
Ecce ferox nimiùm Lacheſis mea fila reſcidit,
Flebile, delitijs inſidioſa meis.
Spes tamen vna mihi melior, gaudete, reſurgam,
Et pergam ſpreto viuere ſarcophago.

POETÆ.

Quærite, Pierides, alium qui ploret amores,
Quærite qui Regum fortia facta canat.
Me pater ille ingens hominũ Sator atq; redemptor
Euocat, & ſedes donat adire pias.

ANTONATII.

Eſt Antonatij manibus dum picta tabella,
Quæ ſpreto mortis viueret arbitrio.
Inuida mors dicens nihil eſt hac parte relictum,
O ſcelus! egregium ſuſtulit atra virum.

GVILIELMI KREITFISCH.

Nuſſia me genuit, rapuit Mauortia Roma,
Bis tria cùm fuerant luſtra peracta mihi.
Et genere atq; bonis animi non vltimus: aſt hæc
Contra lanigeras nil potuêre Deas.

GEORGII SAVRMANNI.

Scis remeare datum nulli poſt buſta, daretur
Sed mihi defuncto, ſi remeare velim.
Ætates omnes defunctum ſera vocauit
Mors, reliquum vitæ quid niſi pœna fuit?
Sanctè ſi Muſas colui fortaſſe ſepultus,
Vita inter viuos nunc meliore fruor.

ALEXANDRI IVNII.

Roma peregrino magnos mandarat honores,
Quos immaturo funere mors rapuit.
Diſce meo exemplo virtuti præmia numquam
Deêſſe, ſed & quouis tempore diſce mori.

IOANNIS PAVII.

Dum Romæ moror, hinc totum contẽpler vt orbem,
Exigua, ſperans maxima, condor humo.
Hoc tamen exemplum nolim te terreat, hoſpes,
Eſt aliquid ſtudio vel perijſſe boni.
Nec neſcire nefas, quem diſcere fata volentem
Impediunt, tandem iure ſcientis habet.

CON-

CONRADI LEBENTHER.

Primum clara diem tribuit Germania nobis,
Supremum tribuit Roma ſuperba diem.
Ætas, ingenium, mores, & forma fuêre,
Singula quæ fatis eſt violaſſe pudor.
Verùm hæc tam parui ternæ fecêre ſorores,
Vt ſortis poſſit quemque pigere ſuæ.
Principium vitæ dolor eſt, dolor exitus ingens,
Et medium labor eſt, viuere quis cupiat?
At ſibi ſic facilem Lacheſis ſinat ire ſenectam,
Vt noſtris requiem manibus ore roges.

GREGORII ALBERTONII.

Blandidulus, nitidus, dulciſſimus, vnicus infans,
Matris delitiæ delitiæq; patris.
Hic tegitur raptus teneris Gregorius annis,
Vt roſa quæ ſubitis imbribus icta cadit.

CONIVGIS A MARITO INTERFECTÆ.

Immitis ferro ſecuit mea colla maritus,
Dum propero niuei ſoluere vincla pedis.
Non culpa meruiſſe necem pia numina teſtor,
Sed iaceo fati ſorte perempta mei.
Diſcite ab exemplo Chriſtianæ, diſcite patres
Ne nubat fatuo filia veſtra viro.

ALPHONSI BÆNI.

Flandria mi patria eſt, prolem dedit Anglia coniux,
Roma habeat cineres, ſpiritus aſtra petat.

Digitized by Google

SCELETOS ANTONIÆ AD VIATOREM.

IOAN. PFEIL.

Carnibus orba ſuis cur ſint hæc fortè requiris,
Iuncta tamen iuſto corporis oſſa ſitu.
Sic mandata dedi viuens Antonia quondam,
Et moriens eadem iuſſa ſuprema dedi.
Vt ſceletos fierem, Medici quo diſcere poſſent,
Quanta forent, & quot, qualibet apta loco.
Quod iuſſi fecit Gisbertus; gratia magna
Huic maneat, ſatis eſt lux mihi perpetua.

IOAN. QVADRATI.

Hîc ſua Quadratus reliquit membra Ioannes;
Patria Sulmo fuit, ſtudium diuina poëſis.

MVSICI CVIVSDAM.

Ille ego quem genuit cerealis Agonia felix,
Hic iaceo iuſti funeris ante diem.
Muſica quòd fuerat mihi cum grauitate decori,
Gratus eram populo, principibusq; viris.
Felix antè quidem, nunc verò infauſtus, amicos
Lugentes linquo triſtia fata meos.

BARTHOL. BALIONI I. C.

Parce queri, quicumq; legis poſt fata renaſci,
Sors humana iubet Bartholomæus ait.
Soluitur in cinerem corpus, mens æthera lambit,
Vt queat æterna conditione frui.
Non moritur quiſquis bene vixerit, ille periſſe
Dicitur, obſcœno cui ſtetit ore ſitus.

IOAN.

IOAN. DIDACI.

Si pietas, ſi ſancta fides conſcendit Olympum,
Nos tegimus cineres, ſpiritus aſtra tenet.

FRANCISCI NERI.

Qui numquam in curis conſumpſit inanibus æuum,
Franciſcus Nerus clauditur hoc tumulo.

RAPHAELIS SANCTII.

Hîc ſitus eſt Raphaël, timuit quo ſoſpite vinci
Rerum magna parens, & moriente mori.

LVCRETIÆ MAFFÆÆ.

Si cineres vitæ ſpecimen poſt fata reſeruant;
Hic proprio nulli cedet honore cinis.

MAFFÆORVM GEMELL.

Vna dies animo ſimiles vultuq́; gemellos,
Vna dies fecit funere diſſimiles.
Æmula ſed noſtra fuerint cùm fata iuuenta,
Vna meos cineres condet & vrna tuos.

IVLII.

Patria Roma fuit, gens Portia, nomen Iulus;
Mars puerum inſtituit, Mars iuuenem rapuit.

GABRIELIS TRINISANI.

Luſtrandi ſtudio veterum decora alta Quiritum
Veni, pro hoſpitio Roma dedit tumulum.
Forma, anni, mores, patria, genus, & pater, & res,
Æqua mihi mors hac riſit, & arripuit.

Digitized by Google

IOAN. PICTORIS FLORENT.

Non mihi ſit laudi quòd eram velut alter Apelles,
Sed quòd lucra tuis omnia, Chriſte, dabam.
Altera nam terris opera extant, altera cælo,
Vrbs me Ioannem flos tulit Etruriæ.

ANT. CASTALII.

Quam viuens potui numquam guſtare quietem,
Mortuus in ſolida iam ſtatione fruor.
Paſſio, cura, labor, mors tandem & pugna receſſit
Corporea; & ſolùm mens quod auebat, habet.

CYNI CENVGII.

Clauditur hac Cynus tenui Cenugius vrna,
Qui meruit parco condier in tumulo.
Oſſa dedit terræ, nomen ſuper æthera fixit,
Quòd patriam totis ſenſibus excoluit.

LVCRETIÆ.

Noſcere ſi quæris quæ ſim, Lucretia nomen,
Patria Parthenope, dulcis & illa fui.
Cuncta habui, explicuiq́ animum ſine labe pudoris,
Vita fuit Romæ, mortuaq́ hîc iaceo.

COMITIS DE ROARIO.

Obrutus hîc iaceo ſceleris fex vltima Sexti,
Me rapuit Craſſi pernicioſa lues.
Sanguine turbabam populos, heu ſanguine tandem
Extinguit faſtus lumina terra meos!

EVRIPIDIS.

Siſte, quid ipſe velim rogito, cognoſce, viator,
Euripides tragico carmine clarus humo.

Hæc

Digitized by Google

Hac iaceo, eſt iſtud quod te cognoſſe volebam,
Ergo diu felix, care viator, abi.

FELIS MORSV MORTVI.

Hoſpes diſce nouum mortis genus, improba felis
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

GEORGII CASTANEÆ.

I, bene fac, medius: dum iratis vulnera amicis
Eſſe veto, adſcivi per mea damna necem.

HORTENSIÆ MELINÆ.

Méne fugis, nec cara ſequor te Hortenſia? plus te,
Pecco ego, te cogit fatum, ego lege vetor.
Hoc rumpi non poſſe Dei docuere; ſed illam,
Si qua via eſt, frangi poſſe docebit amor.

ALFONSINÆ.

Pro lactis dono, pro totq; laboribus vrnam,
Alfonſina tibi filia grata dedit.
Filia quæ tecum hoc ſub marmore claudier optat,
Et Lacheſin duram, ſæuaq; fata vocat.
Tu colis Elyſios cum nato & coniuge campos,
Ipſa ego in humanis ſola relicta malis.
Sed non longa mihi dabitur mora; rumpere fatum
Si renuet, rumpet triſtia fila dolor.

DVORVM NOTARIORVM.

Nec claris Ledæ, geminis nec cedet Atridis,
Quod par coniuncti funeris vrna tegit.

CYNTHIÆ SEMPERVIVÆ.

Aſſyrios tumulus non hic ſibi poſcit odores,
Florida non multo preſſa caniſtra croco.

Ipſa etenim raros ſpirant hæc oſſa liquores,
Vrnaq́ perpetuo vere beata nitet.
Fleuit amor, mœſtæ Charites, & Cynthia fleuit,
Pulcrà Venus molles ſubſecuitq́ comas.

SANCTORI RAPHAELIS.

Sanctorus Raphaël, Parcarum ex flore iuuentæ
Raptus ab inſidijs, hoc ſitus eſt tumulo.

ÆNEÆ SYLVII VEL PII PAPÆ.

Pontificum ſplendor iacet hîc ſacriq́ Senatus;
Nam animo Petrus, pectore Cæſar erat.
Hunc genuit Betis, rapuit ſed Roma, tenetq́,
Corpora velat humus, ſpiritus aſtra colit.
Imputat hunc Betis Latio cui fama perennis,
Puniceus ſacro vertice fulſit apex.
Victus honor meritis, contemptæ munera vitæ,
Dum meliore ſui viuere parte cupit.
Ingenio tentaſſe Pius ſeſe omnia cernens,
Nunc repetenda inquit ſidera, terra, vale.

IN TVMVLO IGNOTO.

Diſcite mortales, & fati neſcia turba,
Si vitam æternis voluitis auſpicijs.
Vnà viximus inter nos, nunc viuimus vnà
Inter nos, lacrymas & pia vota date.

MARITI ET VXORIS.

Hîc iaceo, ſanctum dederat cui gratia nomen,
Oſſibus eſt vxor contumulata meis.
Vita duos olim tenuit concorditer vna,
Vna quoq́ extinctos occulit vrna duos.

LA-

Digitized by Google

LACTANTII FVSCI.

Hic vicit ſortem, potuit non vincere mortem;
Dum ſortem vicit, mortuus occubuit.

FRANCISCI PVCCII.

Inueni portum, ſpes & fortuna valete,
Nil mihi vobiſcum, ludite nunc alios.

CRESCENTII MOMENTANI.

Vermis homo, putredo, cinis, laquearia quæris,
His arctandus eris ſed breuibus gyris.
Qui tenuit totam felici tempore Romam,
His latebris tegitur pauper & exiguus.
Pulcer in aſpectu dominus Creſcentius ille,
Inclyta progenies quem peperit ſobolem.
Tempore ſub cuius valuit Tyberinaq; tellus,
Ius ad Apoſtolicum valde quieta ſtetit.
Nunc fortuna ſuos conuertit luſibus annos,
Et dedit extremum finis habere diem.
Sorte ſub hac quiſquis vitæ ſpiramina carpis,
Da vel huic gemitum te recolens ſocium.

NICOLAI GALIGANI.

Heu caueas Sophiæ gemitum renouare, viator!
Sat Sophia eſt gemitu concomitata pio.

NICOLAI V. PONTIF.

Hîc ſita ſunt Quinti Nicolai antiſtitis oſſa,
Aurea qui dederat ſæcula, Roma, tibi.
Conſilio illuſtris, virtute illuſtrior omni,
Excoluit doctos, doctior ipſe, viros.

Abſtulit errorem, quo Schiſma infecerat Vrbem,
Reſtituit mores, mœnia, templa, domus.
Tum Bernardino ſtatuit ſua ſacra Senenſi,
Sancta Iubilæi tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Friderici & coniugis auro,
Res Italas icto fœdere compoſuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit: en tumulo fundite thura ſacro.

PAVLI III. PONTIF. MAX.

Diſcite, mortales, fluxa vt ſit gloria mundi,
Vt terrena breui tempore regna ruant.
Qui Petri nuper ſacrata in ſede ſedebam,
Dum tegeret noſtrum ſacra Tiara caput.
Qui potui dudum populis dare iura ſubactis,
Ante meos Reges procubuere pedes.
Maximus & Cæſar pedibus dedit oſcula noſtris,
Numen vt in terris iam veneratus eram.
Tertius hic gelido condor ſub marmore Paulus,
Continet hæc cineres nunc breuis vrna meos.
Pontificem geſſi ſummum ter quinq; per annos,
Tempeſtiua ſenem me Libitina rapit.
Funera non lacrymis mea ſunt ſpargenda, peregi
Naturæ curſum, mors noua vita fuit.

EVGENII IV.

Eugenius iacet hîc Quartus, cor nobile cuius
Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
Alter ab occaſu Cæſar vterq; pedes:

Alter

Digitized by Google

Alter vt accipiat fidei documenta Latinæ,
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo Duce & Armeni Graiorum exempla ſecuti,
Romanam agnôrunt Æthiopesq́; fidem.
Inde Syri ac Arabes, mundiq́; è finibus Indi;
Magna, ſed hæc animo cuncta minora ſuo.
Nam valida rurſum Teucros iam claſſe petebat;
Dum petit, aſt illum ſuſtulit atra dies.
Qui ſemper vanos mundi contempſit honores,
Atq; hac impreſſa condite, dixit, humo.
Sed non quem rubro decorauerat ille galero,
Non hoc Franciſci ſtirps ſua clara tulit.
Suſceptiq́; memor meriti, tam nobile, quod nunc
Cernis, tam præſtans ſurgere iuſſit opus.

ROBERTI VRSINI.

Robertus iacet hîc Vrſinæ gloria gentis,
Roboris inuicti, militiæq́; decus.
Da lacrymas legis hæc quicumq; viriliter illi,
Non licuit tanto quod cecidiſſe viro.
Nam non pugnando iugulauit Martius ardor
Heroëm, in medijs millibus atq; acie;
Degeneri fraude ſed circumuentus ab hoſte,
Proh facinus! media foſſus in vrbe perit.
Cui tumulum hunc vxor poſuit mœſtiſſima, ſaltem
Leniat vt caſus hac pietate ſuos.

BVRGESII DE BVRGVNDIA.

Cuius in hoc tumulo requieſcant membra, viator,
Scire cupis forſan; vndiq; geſta canunt.

Qui princeps Equitum, qui gloria ſumma Senatus,
Quiq; fuit Canonum conditor, ecce iacet.

PVLCRÆ MVLIERIS ANGLICANÆ.

Quam pulcram alliciam luſtris mihi ter tribus actis,
Dicerem olim equidem pulcra puella fui.
Sed formam ac reliquas mors dotes corporis aufert,
En quæ tot placuit, nunc caro putret humo.
Felix quæ numquam blando oblectamine victa eſt;
Sedula ſed cælum cogitat atq; erebum.
Angla fui, Romæ morior, Deus ô miſerere,
O peccatrici tu, pie, parce mihi.

ELIZABETHÆ.

Elizabeth iacet hic, cur non iacet ipſe maritus
Corpore, ſi ingenio ſpiritus unus erat?
Ipſe iaceret item, ſinerent ſi fata, vel illa
Viueret inuito numine. Hic illa iacet.

PVELLÆ.

Par mortis tenebris vixiſſet clara, ſed atra
Conceſſit morti, quando biennis erat.

SIMONÆ VXORIS PAVLI.

Hic Simona iacet Paulo tam cara marito,
Vt cuperet nuptæ non ſupereſſe ſuæ.
Heu tam dilectam crudelia fata puellam
Flentis ab amplexu diripuêre viri!

DIONYSIÆ PVELLÆ.

Hic iacet exutis Dionyſia flebilis annis,
Extremum tenui quæ pede rupit iter.

Cuius

Cuius in octaua laſciuia ſurgere meſſe
Cœperat, & dulces fingere nequitias.
Et ſi longa tuæ manſiſſent tempora vitæ,
Doctior in terris nulla puella foret.

SVLPITII PVERI.

Si iuuenis, ſi vir peccat, ſi numina temnunt,
Et claudunt fatum ſæpius ante diem.
Arbiter hic aui rectè diſpenſat, & vrna hæc
Sulpitij pueri mœſta tegit cineres.

M. ARCVTII ET TERTVLLÆ.

Vis tibi poſt mortem certas promittere ſedes?
Ante oculos ſemper fulmina mortis habe.

MICHAELIS TVCH.

Parce, hoſpes, cineresq́ pios ne læde profanè,
Si neſcis, caſtis hæc loca ſola patent.
Nec te priuata moueat quod claudor in vrna,
Nec quoq; fortuna non mea cura fuit.
Longè hoſpes longè tamen erras, ſi mea credis
Nomina in exiguo tota repoſta ſolo.
Quæq; tot ob patriam pugnando vulnera paſſus,
In cineres mecum verſa abijſſe leues.
Atq; vtinam ob patriam tantùm, nec diceret hoſpes,
Cum patria & natis oppetijſſe tribus.
Quos ego ſuprema comites hortatus in hora,
Vincere dum nequeo, cum patria perij.

IVLII ARSINII.

Quàm bene pro patria Iuli cadis inclyte, ſi non
Tecum arma, & pietas, & caderet patria.

Digitized by Google

PANTAGATHI.

Pantagathus iacet hîc ingrati ſeruus amoris,
Pantagathus durus quem tumulauit amor.
Sanus in externis vixi regionibus: at me,
Dum volui patriæ viuere, mors rapuit.

CAMILLÆ.

Qui ſunt hi gemitus? Charitũ: quæ pompa? Camillæ:
Unde odor hic? cineri thura miniſtrat amor.
Vnde pyra? ex Pharetra? quídve ardet in igne? lepôres:
Quid ſatis illacrymans, quis legit oſſa? Venus.
Heu fatum infelix! quid formæ gloria prodeſt,
Si faſtus hominum parua fauilla tegit.

ANONYMI.

Hîc iacet arte Plato, Cato moribus, Tullius ore,
Corpus alit vermes, ſpiritus aſtra petit.

ALIVD.

Diſce meo exemplo fragilem contemnere vitam,
Quicumq; hæc tumuli triſtia verba legis.

ALEXAN. CINNVCII.

Moſcus olor cantu, forma Narciſſus, Iacchus
Crinibus, Amphion pectine, Apollo lyra,
Tuſcus Alexander fueram, Cinnucia proles:
Sena ſolum, Lacheſis vix tria luſtra dedit.

HEIDVIGIS PVELLÆ.

Tinctia mî patria eſt, Heiduigis nomen habebam,
Flos erat ætatis virgineumq; decus;
Pieridas poteram forma ſuperare puellas,
Hîc ſita ſum, ad ſuperos heu citò rapta fui!

THRA-

Digitized by Google

THRACIS PVERI.

Thrax puer aſtricta glacie dum luderet, atro
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumq́ imæ partes rapido traherentur ab amne,
Abſcidit tenerum lubrica teſta caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet vrna;
Hoc flammis peperi, cetera, dixit, aquis.

LVCII ET FLAVII GERMANORVM.

Vrna breuis geminum quamuis tenet iſta cadauer;
Attamen in cælo ſpiritus vnus adeſt.
Viximus vnanimes Luciusq́ & Flauius, idem
Senſus, amor, ſtudium, vita duobus erat.

APICII.

Qui primas conſumpſit opes, ventriq́ dicauit,
Hîc ſitus ignauæ gloria prima gulæ.
Quiq́ ſibi iugulum ſoluit in paupere menſa,
Factus inops triſtes duceret vnde dies.
Sparge mero dapibusq́ igitur, non thure, ſepulcrũ,
Hoc capiti redeat priſcus in oſſa calor.

ENNII.

Aſpicite, ô ciues, ſenis Ennij imaginis formam,
Hic veſtrûm panxit maxima facta patrum.
Nemo me lacrymis decoret, neq́ funera fletu;
Faxit, cur? volito viuus per ora virûm.

DEIPHOBES.

Deiphobe iacet hîc prima intercepta iuuenta,
Et ſacli & ſexus gloria rara ſui.
Quæ, dum vita fuit, ſuperos ipſumq́ Tonantem
Torſerat, inferno nunc mouet arma Ioui.

SIXTI.

Non hîc, quem lacrymans quæris, quem viuere malles
Sixtus, ſed tegitur rara ſepulta fides.

TITÆ.

Hîc Tita tecta iacet, cultos quæ maluit hortos
Franciſci, Elyſium quàm coluiſſe nemus.

INFANTIS.

Rapta ſinu matris iacet hîc miſerabilis infans,
Ante nouem plenos Luna quàm vinceret orbes.
Hanc pater & mater mœſti fleuêre iacentem,
Paruaq́ marmoreo clauſerunt membra ſepulcro.

MEIÆ.

Meia fui felix ſeptem circumdata natis,
Dum vixi aſtabat turba tenella mihi.
Vt mihi grata vicem natorum turba referret,
Hoc mihi de Pario marmore ſtruxit opus.
Manibus atq́ meis nati pia vota dedêre,
Perſoluêre meis manibus inferias.
Poſtquam nulla mei, ſuperûm vos cura fatigat,
Natorum memores eſſe precor ſuperos.

TELEPHI.

Nomine quo genitor mihi dicitur, hoc ego vixi,
Telephus eſt genitor, Telephus ipſe fui.
Auguſtina parens quarto me flebilis anno,
Tredecimoq́ die perdidit orba ſatum.
Non igitur ſector lacrymas; decepit vtroſq́
Maxima mendacis fama Mathematici.

LV-

Digitized by Google

LVCRETIÆ VXORIS TARQVINII.

Dum foderet caſtum gladio Lucretia pectus,
Sanguinis & torrens egrederetur, ait:
Teſtes procedant me non fauiſſe Tyranno,
Ante virum corpus, ſpiritus ante Deos.
Quàm bene producti de me poſt fata loquuntur,
Alter apud manes, alter apud ſuperos.

CONIVGVM.

Quid ſibi vult quæris tellus congeſta viator?
Oſſibus hic vxor miſcuit oſſa meis.
Nobilis Euphroſine, facilis, formoſa puella,
Docta, opulenta, pia, caſta, pudica, proba.
Fortunam mirare meam, verùm exitus hic eſt,
Omnia mecum vno hoc compoſui tumulo.
I nunc, & quidquam votis melioribus opta,
Abſumit tecum ſingula ſarcophagus.

NEAPOLIS.

ISABELLÆ DVCISSÆ MEDIOLANENSIS.

Hîc Iſabella iacet centum ſata ſanguine Regum,
Qua cum maieſtas Itala priſca iacet.
Sed quæ luſtrabat radijs regalibus orbem,
Occidit, inq; alio nunc agit orbe diem.

EPISCOPI CVIVSDAM.

Viuit adhuc, quamuis defunctum oſtendat imago:
Diſcat quiſq; ſuum viuere poſt tumulum.

NE-

NEPOTIS MVSCETOLÆ.

Flos tener hîc languet; qui nî cecidiſſet, & vrna, &
Nomine, ſic magna laude niteret aui.

ALPHONSI REGIS HISPAN.

Inclytus Alphonſus, qui Regibus ortus Iberis,
Hîc regnum Auſoniæ primus adeptus adeſt.

MARITVS VXORI.

Quis te cara tuo coniux inuidit amanti?
Et miſeram rapuit te mihi lætitiam.
Heu quantum ille nefas, qui te mihi ſuſtulit, egit!
Delitias omnes ſuſtulit ille meas.
Et cur me melius quàm te mors improba ſeruat?
Nec pariter campos mittit ad Elyſios?
Dij mihi crudeles qui te rapuêre fuerunt,
Et qui te ſine me ſuſtinuêre mori.

RESPONDET VXOR.

Abſtineas, quæſo, coniux dilecte Ioannes,
Me lacrymis functam ſollicitare tuis.
Vixi ego, quæ peritura fui, ſic voluitur vrna;
Sis contentus eo quod tibi ſorte datum eſt.
Hîc tua ſum, tua quæ fueram, depone dolores,
Non fuit ante ſuum mors celerata diem.
Nec cecidi; quoniam regna in meliora receſſi,
Iam ſuper æthereas à Ioue rapta domos.

GVILIELMI BARDICK.

Infelix caro, quàm felix anima: illa ſub atra
Computreſcit humo, tranſuolat iſta polos.

In

In cinerem quandoq; caro conuerſa reſurget,
Ex cinere, atq; anima iuncta, ſequetur eam.

MARCHIONIS DE PESCHARA.

Quis iacet hoc gelido ſub marmore? maximus ille
Piſcator, belli gloria, pacis honos.
Numquid & hic piſces cepit? non. Ergo quid? vrbes,
Magnanimos Reges, oppida, regna, Duces.
Dic, quibus hæc cepit piſcator retibus? alto
Conſilio, intrepido corde, alacriq; manu.
Qui tantum rapuêre Ducem? duo numina, Mars, Mors:
Vt raperent quidnam compulit? Inuidia.
Nil nocuere ſibi; viuit nam fama ſuperſtes,
Quæ Martem & Mortem vincit & Inuidiam.

MARINI.

Qui fuit Alphonſi quondam pars maxima Regis
Marinus, hac modica nunc tumulatur humo.

ALEXANDRI NOVOLARIÆ COMITIS.

Pierides tumulo violas, Venus alma hyacinthos,
Balſama dant Charites, cinnama ſpargit Amor:
Phœbus odoratas laurus, Mars ipſe amaranthos,
Nos lacrymas, raræ munus amicitiæ.

HADRIANÆ SAXONÆ.

Illa thori bene fida comes cuſtoſq; pudici,
Cuiq; & acus placuit, cui placuere coli.

Quæq;

Digitized by Google

Quæq; focum caſtosq; lares ſeruauit, & aræ
Et thura, & lacrymas, & pia vota dedit.
In prolem ſtudioſa parens & amabilis; vni
Quæ ſtuduit caro caſta placere viro.
Hic poſita eſt Adriana, roſæ violæq; niteſcant,
Quo poſita eſt Syrio ſpiret odore locus.
Vrna crocum Dominæ fundat, diſtillet amomum,
Ad tumulum & cineri ſpica ciliſta fluat.

SANAZARII.

Da ſacro cineri flores, hic ille Maroni
Sincerus Muſa proximus vt tumulo.

EIVSDEM.

Actius hîc ſitus eſt, cineres gaudete ſepulti,
Nam vaga poſt obitus vmbra dolore caret.

DIOMEDIS CARAFÆ.

Carafa hîc alibiq; iacet Diomedis imago:
Mortua vbiq; iacet, viuaq; vbique manet.

TRIVM FRATRVM.

Tres tulit vna dies, fuerat tribus vna voluptas,
Tres habet heu tumulus! lector, abi, & lacryma.

CATHARINÆ PVERPERÆ.

Indulgens natura fuit, ſors cruda puellæ,
Quæ iacet hîc primo rapta puerperio.
Et decor, & lepidi mores, & dulcia linguæ
Flumina, & ætatis flos, pietatis amor,
Decretum duri nequierunt vincere fati,
Ante diem bona tot ſuſtulit vna dies.

Talis

Digitized by Google

Talis ad Elyſios abijt Catharina receſſus,
Lucifer vt viſus, nube & opertus abit.
Perpetuas liquit lacrymas vtriq; parenti,
Perpetuò extinctam ſexus vterq; dolet.

IOANNIS AB ALEFELDT.

Vt flos mane viret tepida productus ab aura;
Langueſcit flaccus veſpere, nocte cadit.
Sic nos mortales orimur, morimurq; miſelli.
Certaq; viuendi non datur vlla dies.
Præſentis vitæ eſt curſus Labyrinthus, in illum
Ex vtero intrantes morte vocante ſumus.
Erraui hic quantum Deus & mea ſata volebant,
Luſtraq; transmiſi quinq;, dieſq; decem.
Nobilibus tribui ſtudijs hæc tempora vitæ,
Vt ſic nobilior nobilis ipſe forem.
Horam & Liligeri me viſere regna Monarchæ
Fecit, & in Latium bis pius egit amor.
Nunc iaceo, patriæ longè tumulatus ab oris
Iudicis expectans acta ſuprema Dei.
Cymbrica me genuit tellus Arctoa ſub auſtro,
Parthenope rapuit, Parthenopeq; tenet.

ANDREÆ MORIMINI.

Nunc dolor & lacrymæ eſt, olim ſpes vna ſuorum
Andreas noctem hic qui Moriminus agit.

COMITIS DE MIGNANO.

Dum facio infelix æterno funera fletu,
Creuerunt lacrymis hæc monumenta meis.
Quis niſi molliſſem triſtiſſima corda, rigerem,
Ipſa etiam, hoc toto corpore facta ſilex.

PINI PAGANI.

Hoc Pinus fecit Paganus nomine clarus
Sanguine, quod moriens hac requieuit humo.

RAINALDI CARMINIANI.

Luſtra nouem vita functus Rainaldus agebat,
Protulit hunc celebris Carminiana domus.
Concordisq; memor thalami, tedaq; Beatrix
Roſcia olympiades conditur ante decem.
Iuſſerat hæc moriens viuenti talia nato,
Vt ſua dilecto iungeret oſſa viro.

ANTONELLI MANGONII.

Hoc mihi qui poſui gelido de marmore buſtum,
Maluetum patria eſt, Parthenopen colui.

GERARDI SARDI.

Gerardi Sardi recubant hoc oſſa ſepulcro,
Quod Gabriel Sardus condidit inde nepos.

ANTONIÆ GROLINÆ.

Salue hoſpes, qui noſtra vides nunc marmora ſpargi
Sparge roſas, vatem hac contegit vrna ſacrum.
Compater hic ſitus eſt generalis, compater ille,
Cui numquam ſimilem Parthenopæa dedit.
Paulinus ſecum, ſecumq; Antonius vnà
Accubat, hoc genuit clara Grolina domus.

IOAN. ANTON. BOZZAVOTRA.

Dum ſophia clarus, medicaq; Antonius arte
Imperio mortis eripuiſſe poteſt;

Digitized by Google

Ac penè extinctos cæli reuocare ſub auras,
Inſidias in hunc mors ſua & arma tulit.
Quin potius tulit arma, licet ſi vera fateri,
In Phœbum, Sophiamq́ꝫ & medicæ artis opem.
Ille etenim ſuperos, quæſitaq́ꝫ mente petiuit
Tecta, grauem liquit ſarcinam in hoc tumulo.

ANTONIÆ BOSSÆ.

Nata, eheu miſerum, miſero mihi nata parenti,
Vnicus vt fieres vnica nata dolor.
Nam tibi dumq́ꝫ virum, tædas, thalamumq́ꝫ parabam,
Funera, & inferias anxius ecce paro.
Debuimus tecum poni materq́ꝫ, paterque:
Vt tribus hæc miſeris vrna parata foret.
At nos perpetui gemitus, tu nata ſepulcri
Eſto hæres, vbi ſic impia fata volunt.

IOVIANVS PONTANVS DE VERONILLA PVELLA.

Vrna vt ſit tibi ſalua precor, quæ ad flumina pergis
Tu verò vt mihi ſit cura precare leuis.
Siſte, mora eſt breuis, hac lege Veronilla quieſce,
Manibus & benè ſit, & benè ſit cineri.
Mutua ſed faciam, benè ſit tibi, ſit benè natis,
Sit quoq́ꝫ cum placido lis tibi nulla viro.

ANONYMI.

Hoc ſatis in tumulo, fragilem te noueris eſſe,
Mors certa eſt, tempus perbreue, vita nihil.

ATELLA.

ALPHONSI BAZOLI.

Hîc iacet Alphonſus Bazolus, Cæſaris armis
Clarus, & Hiſpano ſtemmate magnus eques.
Interijt longa confectus febre, reliquit
Exuuias terræ, ſeq; animamq; Deo.

SPOLETVM.

THEONORÆ BVRSINÆ.

Vitam ego te geminam vixi viuente, fuiſti
Supra hanc, qua viuo, tu quoque vita mihi.
Morte tua exanimis viuam, nam conditur vrna,
Maxima tecum animæ pars Theonora mea.

FRANC. VRSINI.

Hîc iacet aurata Franciſcus torque ſuperbus,
Patria cui fuerat Roma, ſed Vrſa domus.
Vix quater Elei numerabat præmia curſus,
Dum cupidum ad patrem parca recluſit iter.
Spoleti cineres, requieſcit ſpiritus aſtris:
Nominis at toto ſpargitur orbe iubar.

PHILIPPI PICTORIS.

Conditus hîc ego ſum picturæ fama Philippus,
Nulli ignota meæ gratia mira manus.
Artificis potui digitis animare colores,
Spirataq; animos fallere voce diu.
Ipſa meis ſtupuit natura expreſſa figuris,
Meq; ſibi faſſa eſt artibus eſſe parem.

Mar-

Marmoreo tumulo Medices Laurentius hoc me
Condidit: antè humili puluere tectus eram.

PERVSIA.

PAVLI VENETI.

Hic Venetus Doctor Paulus celeberrimus olim,
Qui valuit ſolus viribus ingenij.
Plurima qui Logicæ ſpecioſa volumina doctè
Edidit; & rudibus prodidit eius iter.
Cerbeream rabiem procaci & abſtulit ipſe,
Abſtulit, & plures bellica palma canit.
Sed poſtquam ſumpſit ſibi commentaria chartis
Pangere marmoreis, occidit iſte pater.
Candida dehinc totum vulgata eſt fama per orbem,
Doctoris ſplendor, gloria, cultus, honos.

VINCENTII PHRESII.

Qui legis, hîc Phreſius Vincentius occubat, hoc ſat:
Cetera teſtantur ius & vterq; polus.

FOEMINÆ A MARITO ADVLTERII SVSPICIONE INTERFECTÆ.

Si qua ſolet proprio gaudere puella decore,
Quid mea ſors poſſit, nunc ego ſola queror.
Forma dedit multis famam laudemq; puellis,
At mihi de falſa ſuſpicione necem.

BRACCII FORTIBRACCII.

Exciderat Latijs bellandi gloria terris,
Nec pedes ad pugnam, nec fuit aptus eques.
Proh ſcelus! externo populi duce bella gerebant,
Atq; erat externi militis illud opus.
Ereptum Italiæ reddit decus inclytus armis
Braccius, & ciues reſtituit patriæ.
Hoſtili ſcelere Hirpinam procul occupat vrbem
Dum Capuæ princeps regia ſigna gerit.
Triſtia ſic ſemper miſcet fortuna ſecundis,
Hic patriæ pietas oſſa reuecta locat.

ANCONA.

EVPROSYNES TARCHANIOTÆ MAN. MARVLLI VXORIS.

Quænam hoc in tumulo tegitur matrona? venuſtam
Ille pudicitiam dixerat, hæc eadem eſt.
Quod genus? Inachidi generis? fortuna? beata,
Sed cecidit patria deficiente ſua.
Quis thorus? vnus, & hic felix ſine lite: Marulli
An mater? ſeno pignore fecit auum.
Quæ vita? in tenebris. quæ cauſa indigna doloris?
Occaſus patriæ ſeruitiumq; graue.
Ecquem cum patria luxit? fratremq; patremq;:
Sed quas felices diceret eſſe animas.
Felices nimirum animæ, ſed & hæc quoq; felix
Fœmina tam rari pectoris in tenebris.

PAVLI GONDOLI.

Vt neq; mors opibus, nec ab indole temperat vlla,
Ecce docet Paulus mortuus ante diem.
Qui procul heu magnos miſit trans æquora luctus,
Forſitan & flentes audijt inde ſuos.
Matris & immodicus patris dolor aduena palam
Gondolus Raguſio ſanguine progenitus.
Ergo felicem ſi te contingat humari,
Cognatos inter, vel ſupereſſe diu.
Floribus extractum conſperge recentibus hoſpes,
Forſitan hic etiam flos recidiuus erit.

FANVM FORTVNÆ.

M. ANNVLVS PONTICVS SIBI
ET SABINÆ.

Docta lyra, grata & geſtu formoſa puella,
Hac iacet æternùm Sabis humecta domo.
Cuius fatales penſare optauerit horas
Ponticus, huic coniux vltima dona dedit.

PISAVRVM.

PANDVLPHI MALATESTÆ.

Olim ductor eram Latio celeberrimus omni,
Ductor eram ingenio promptus & ipſe manu.
Quin etiam populos ſumma pietáte regebam
Hadriacos gratus militiæ, atq; domi.
Pandulpho mihi nomen erat, Malateſta parenſq;,
Progenieſq; pari nomine clara fuit.
Hic tumulus viuo fuerat de marmore factus
Cæſus imaginibus, & Leo ſubtus erat.

Ipſum autem auxilio ſummi paſtoris & armis
Ingenij pulſis Regibus vrbe ſuis.
Vltima fex hominum ciues, paucíq; malorum,
Deiecere ſuis oſſa remota locis.
Sed ſceleris tanti populus facto agmine vindex
Hunc illum obtruncat, hos capit atq; fugat.
Inq; ſuas reuocant ſedes magniq; Terenti
Lux aderat veteris ſemper in æde Dei.
Pandulphum qui præſul erat Galeaz Carolumq;
Tres proceres quamuis mens erat vna tribus.
Germanosq; ſibi memores qui laudis auitæ
Hanc cineri ſedem reſtituêre meo.

VRBINVM.

MATTHÆI BATTIFERÆ.

E Battifera generoſa ſtirpe creatus
Matthæus, medica clarus in arte fui.
Vrbinum genuit, rapuit me maxima Roma,
Franciſci fratris munère nunc iaceo.

ALEXAND. VETERANI.

Maxima qui fuerat Veteranæ gloria gentis,
Aſpice quàm parua nunc tumulatur humo.
Mille virûm hic ſtygijs cùm frigida corpora ab umbris
Pæonia ad ſuperos ſæpè reduxit ope.
Vnde illi meritò nomen tribuere parentes,
Conueniens meritis finitimumq; ſuis.
Mors, quoniam cæci tot funera traxerat orci
Faucibus, vltrices intulit atra manus.

TOLENTINVM.

IN TVMVLO QVODAM.

Vt viuis, vixi: verùm morieris, & omnes
Qui ſum vos eritis; puluis & vmbra, ſolum.
Qui ſapit, & qui non, qui ſeruit, & imperat, æqua
Et miſer & felix conditione cadunt.

MEDICI.

Cui virtus, cui Muſa dedit, cui ſidera nomen
Et medicina ſimul, non cubat hoc tumulo:
Aſt petijt cælum, manet & comes ipſe Deorum,
Tanta etenim virtus non tulit interitum.

RAVENNA.

GVIDARELLI.

Stemma, domus, patriæ nitor, atq; illuſtribus actis
Clarus & inſignis hic Guidarelle iaces.

PINI NVM. CARDINAL.

Linguam habui Charitum, cor Palladis, ora Diones,
Non perij, mors eſt ſplendida vita bonis.

ALEXAND. SCARIOTTÆ.

Qui vix (heu pietas) bis denos viderat annos,
Paruus Alexander corpore, non animo.
Quem Schariotta domus tulit, & Vicentia mater,
Hoc atro poſuit mœſta Rauenna loco.

PETRI DONATI.

Hac petra Petrus donat Donatus Iberos,
Galloſq; hic caſos Caſius hæc memorans.

VENETIÆ.

BARTHOL. BRADAGENÆ.

Caſtalidum cultor, Bradagenæ gentis alumnus
Qui tegor hoc tumulo, Bartholomæus eram.
Durior opprimeret noſtræ quem ſtirpis egeſtas,
Hæredem ſtatui poſt mea fata mihi.

PETRI MIANI EPISCOPI.

Qui columen patriæ fuerat, ſpes fida Senatus,
Pontificis ſacri præmia promeritus.
Enituit Latio, pariter ſermone Pelaſgo,
Hic decus, & ſanctæ religionis honos.
Occupat hoc tandem Æmilianus marmore Petrus,
Quem Vincentini congemuere patres.

IOANNIS VLDARICI LINCKI.

Clauſit Ioannes Vlaricus Linckius annos,
Vndenos bis agens hîc ſua fata piè.
Auguſtæ ciuis, ter quingenteſimus annus,
Ille fuit Chriſti ſexus & vndecimus.

VENERII DELPHINI.

Venerius Venetæ Delphinus maximus vrbis
Splendor, in hoc paruo marmore tectus agit.
Hic bello atq; mari, belloq;, togaq;, domiq;,
Atq; foris miro cultus honore fuit.

FRANC.

Digitized by Google

FRANC. MARINI.

Hic de patricia Franciſcus prole Marinus
Compoſitus molli membra quiete iacet.
Nec ceſſit fato totus, pars viuit in aſtris,
Diuiſumq; hominem terra, polusq; tenet.

PHILIPPI CORRARII.

Pars fluida ingenij iacet hic humata Philippi
Corrarij, ſed mens indicat vnde fuit.
Virtute & prole patrios complexus honores,
Gregorio Papa fratre leuatus erat.

GEORGII FANTINI.

Fantinus iacet hic generis lux clara Georgi,
Eloquium, probitas, gloria, fama gemit.
Oſſa tegit marmor, famæ lux verberat aſtra,
Stellifero gaudet vmbra beata polo.

FRANC. LANDÆ.

Franciſcum quem Landa pium tulit alta propago,
Functus in hoc tumulo continet oſſa breui.
Quem doctor, quem clarus eques virtute decora,
Duxit vitalis gentis, & orbis honor.

SYLVIÆ MATRONÆ.

Sunt Charitum hi tumuli? Charitum ſunt, non tamen hic eſt
Sola Charis, ſed & hic ipſa ſepulta Venus.
Sunt tumuli hi Veneris? Veneris ſunt, non tamen hic eſt
Sola Venus, ſed & hic ipſa Minerua iacet.

Hic

Digitized by Google

Hic nè Minerua iacet? iacet hîc, ſed non tamen illa hîc,
Sola iacet, ſed & hîc caſta Diana iacet.
Ergo etiam periere Deæ? dubitaſnè periſſe
Ipſe Deas, potuit Syluia ſi ipſa mori?

VINCENTIA.

SEP. DOMINI FERRETI ET SVORVM.

Hic ſitus eſt clara Ferretus origine Vates:
Scaligeros decuit quem ceciniſſe Duces.
Scripſit & annales, Genuenſe & in ordine bellum,
Et noua de priſcis carmina temporibus.
Eſt decus hîc patriæ, Ferreta hîc gloria gentis,
Hic locat æternum nomen & oſſa lapis?

LEONARDI PLVENI.

Quis iacet hoc tumulo? Leonardus nempè Pluenus
Et patriæ & gentis gloria magna ſuæ.
Quos meruit titulos? Iuriſconſultus, Equesq;
Eſt habitus. Qualis? Clarus & eximius.

RILIÆ.

Infauſtum nomen gero Rilia, me quoq; ſæuo
Formoſam partu mors inimica rapit.
Repperit amnicola Phrygio ſata rege maritum,
Concordi moriens auferor ipſa viro.
Fruſtra artes Bardine tuæ, licet omnia tentes,
Cum Lacheſis duro pollice fila metit.

BELDÆ VXOR.

Proh dolor! hîc ingens grauidis formido puellis
Belda iacet partus flebilis vrna ſui.

Quam

Digitized by Google

Quam melioris aui proles Antonius ortus
Bononiæ caſto iunxit amore ſibi.

VERONA.

AVGVSTINI DE IVLPINIS.

Auguſtinus ego fueram, qui munere quondam
Aſpera pro patria multa notanda tuli.
Orator merui Monarcham viſere vtrumq;,
Ars ſtudiumq; mihi Iuſtinianus erat.
Deprecor ex animis, rogo te per numina lector,
Manibus vt tribuas nunc pia vota meis.
Mille trecentenas cum ſex & ſeptuaginta
Verteret aſſiduo Cynthius orbe rotas.
Mars quartum decimumq; diem dabat, inclyta poſtquam,
Cæleſtis partus gloria parta fuit.
Cùm mihi languenti rapuit mors effera lucem,
Membraq; ſarcophago contumulanda dedit.

LEONARD. BARB.

Hic iacet inſigni Venetorum ſanguine natus
Barbo Leonardus, mors cita quem rapuit.
Mille quadringentis decies ſeptem addis, & octo
Septembris nono cœlica regna petit.

IOANNIS SALERNI.

Nobilis hoc ſaxo Salerna ſtirpe Ioannes
Clauditur, in viuis vtilis vrbis honor.
Pronus ad omne bonum fuerat qua parte poteſtas
Ciuibus, & cunctis fundere grata libens.

Octo-

Digitized by Google

Octoginta anni ſeptem dant mille trecenti,
Scorpion, & menſis dena ter orta dies.

CLAVDII BAROCERII.

Dulcis amor, ſolamen, delitiæq́ parentum,
Marmoreo tegitur Claudius hoc tumulo.
Debentur lacrymæ triſtes, debentur honores,
Mors immaturo funere quem rapuit.

GASPARIS PERVSINI.

Siſte gradum quamuis fugiat breuis hora viator,
Sic fati nullus te dolor exanimet.

MANTVA.

CVIVSDAM CAROLI.

Hîc inſperata requieſcit Carolus vrna,
Crudeli rapuit quem modò Parca manu.
Hac quicunq́ via tranſis, mihi crede Viator,
Heu nota eſt nulli mortis acerba dies.

CHRISTOPHORI SCARAMVZÆ.

Gloria Martigenũ iacet hoc Scaramuza ſepulcro,
Chriſtophorus genuit quam Ranuſina domus.
Maria Franciſcus quorum pars prima Ioannes
Nominis eſt, fratres hoc poſuere patri.

PANDVLPHI FREGOSII.

Cuius maiores Genuam rexêre potentem,
Magnifici terra, magnificiq́ mari.
Pandulphus iacet hîc Fregoſi gloria campi,
Speſq́ ſuæ auxilium, conſiliumq́ domus.
Tempore cui paruo Fliſcorum ſanguine nata
Fida thori conſors iuncta Maria fuit.

Digitized by Google

ANTONII CORNICII.

Tam nimis humanum celeri genus interit hora,
Turgida quàm pluuiæ bulla liqueſcit aquæ.
Nec quiſquam hanc potuit fatorum auertere legem,
Tam rata ſunt ſtabili vellera tracta colo.
Ecce iacet dignus longis Antonius annis,
Heu quanta Ocneæ gloria gentis obit.

HIPPOLYTI FOGGIÆ.

Hippolyti claro genuit quem ſanguine proles
Foggia, conſulti Iuris hîc oſſa iacent.
Flectere non potuit lacrymis fata aſpera ſoror,
Sternere Veronica at marmora digna poteſt.

BONACVRSORVM.

Struxit Alexander patriis pius oſſibus vrnam,
Hacq; ſuos cineres claudet acerba dies.
Nec minus hæc capiet fratres, caroſq; nepotes,
Vt Bonacurſorum nota perennè domus.

NAIMI GONZAGÆ.

Hîc pius, hîc prudens Naimus Gonzaga quieſcit,
Cui probitas omnis ſemper amica fuit.
Se ſibi, ſe patriæ genitum patefecit amicis,
Creditur hinc vita iam meliore frui.

ALEXANDRI MVSICI.

Hoſpes Alexander triplici clariſſimus arte
Hîc cubat, hîc ſacer eſt manibus iſte locus.
Siue ſonum malles, ſiue inſtrumenta ſonora,
Nec melior pſaltes, nec faber vllus erat.

Digitized by Google

Regia nemo pari tornabat vaſa decore,
Siue æs, ſeu gemmas, ſiue terebat ebur.
Maiori ſuperos nemo pietate colebat:
Qui legis ergò, piæ dic pia verba animæ.

PETRI GOVASETI.

Nunc quoq; vos homines moneo, velut antè monebam,
Ante oculos ſummum ſemper habete diem.
Hæc animi morbis cura eſt medicina, facitq;
Corda ſalutari religioſa metu.
Sunt Deus & virtus duo, quæ ſuper omnia vobis
Sunt quærenda, via hæc, terminus ille viæ.

LVCRETIÆ.

Accolit Angelicas quæ nunc Lucretia ſedes,
Frigida ſub paruo marmore clauſa iacet.
Ne ſtupeas, confeſſa Deo, ſua crimina planxit,
Senſerat extremum cùm ſibi adeſſe diem.
Atq; comas neglecta, crucem complectitur ipſa;
Cui lacrymas fundens baſia mille dabat.
O mirum, ô ſummi pietas immenſa Tonantis!
Quæ peccans vixit, facta beata nece eſt.

GEORGII STRATEN.

Vrna hæc quam cernis Strati tegit oſſa Georgi,
Ciuibus exemplum qui probitatis erat.
Hanc poſuit coniux ſancti quo pignus amoris,
Et monumenta ſui cernat ab vsq; polo.

VXORIS HECTORIS DE CABALLIS.

Nobilis ex ſecto latitat Fabricia ſaxo.
Quam ſubito raptam turba Triaca gemit.

Duxe-

Digitized by Google

Duxerat hanc Hector c'ara de ſtirpe Caballus,
Quam miſerè triſtem fata miſella manent.

MAXIMIANI BROILI.

Regibus hîc Broilus gratus quos morte ſecutus,
Concilijs Diuûm Maximianus adeſt.

OCTAVIANI SCALDAMAZZI.

Scaldamazza cubat tumulo Octauianus in iſto,
Heu tantum ſuperi cur rapuêre decus?
Venit vt ante diem puero ſapientia, & acre
Ingenium, ſic eſt mortuus antè diem.

BRIXIA.

THOMÆ MADIÆ.

Hunc ſibi delegit tumulum tituloq́; notauit
Thomas, quem Madia ſtirps veneranda dedit.
Bernardus miles pater eſt, quo præſide multæ
Exultant vrbes, Imola corpus habet.

LEONIS DOVDÆ.

Hîc iacet inſignis Venetæ patricius vrbis,
Quem genuit Douda ſtirps generoſa Leo.

ANTONII BOTTANI.

Antonij hîc puluis clara de ſtirpe quieſcit,
Clamoſi viguit gloria vera fori.
Bottanæ hunc fati rapuit ſors inuida genti,
Conſilio fidum, vel probitate virum.

SOMVICÆ PEREGRINÆ.

Quo prius imbuerat dulci me munere tellus,
Hoc penitus totum contegitur tumulo.

Digitized by Google

Quem ſuperi dederant omni compage ſoluta,
Fertur ad aſtra animus redditus ille Deo.
Non me ſolliciti torquebunt ſæpè dolores,
Inſidiæ, curæ, iurgia, damna, pudor.
Quid mihi diuitiæ? quid clari à ſtirpe parentes?
Quid? quò plùs potui, profuit ingenium.

BERGOMVM.

BARTHOLOM. COLEONI.

Alcides vnum, geminos gerit ille Leones,
Vnde hoc? ille feras vicit, at iſte Duces.

LAVS POMPEIA.

RIPÆ.

Ortum ſumma dedit claro mihi ſtemmate Ripa,
Dominicus mores, Lauda ſed exitium.

TICINVM.

SEVERINI BOETII EPISCOPI.

Mæonia & Latia lingua clariſſimus, & qui
Conſul eram, hîc perij miſſus in exilium.
Sed quid mors rapuit? probitas me vexit ad auras,
Et nunc fama viget maxima, viuit opus.

MATTHÆI IC.

Vrna tegit cineres Matthæi induſtria cauſa
Concelebrant claro nomina digna viro.
Dicite vos Pauli, dic Scæuola, dicq́; forenſis
Curia, quàm fuerit relligione pius.

Cura.

Digitized by Google

Cura, labor, doctrina, fides colit æthera, virtus
Scandere ad excelſos hunc iubet ipſa Deos.

BALTHASARIS TORQVATI.

Balthaſar hìc iaceo Torquatæ gloria gentis,
Oſſa hìc, aſt animam clarus Olympus habet.
Pace, (agè quis neſcit?) clarus, celeberrimus armis
Illuſtres miſi ſub mea iuga Duces.
Debuit æternos igitur quos terra triumphos
Hos parat ecce mihi regia tuta poli.

FRANCISCI CVRTII SENIORIS.

Sacrarum interpres legum ſanctiſſimus olim
Franciſcus, patriæ gloria magna ſuæ.
Quem probitas, quem cana fides, pietasq́ decorum,
Fecerat, hoc poſitum marmore corpus habet.

IASONIS MAYNI.

Quis iacet hoc hoſpes tumulo? quis? ſummus Iaſon:
Ille ne Phryzeæ vellere diues ouis?
Clarior hic illo longè eſt. Quis nam oro? Maynus
Excellens Iuris gloria Cæſarei.
Non fuit hoc quiſquam iuris conſultior alter,
Qui extinctum poſſet reddere ius melius.
Sed tamen hoc ſummi vetuit mens dia Parentis,
Cæſaribus cupiens vſq; fauere ſuis.
Te audijt ô nimium felix qui iura legentem
Damnantemq́ acri plurima iudicio.
Nec tamen infelix, tua qui monumenta reuoluit
Et memori condit lecta, tenetq́ ſinu.

Et quamquàm obloqueris plebs inuida, ſolus Iaſon
Hic legum nodos difficiles ſoluit.
Amborum ſic fama omnem vulgata per orbem,
Ille nitens belli laude, ſed ille togæ.

MEDIOLANVM.

POLYDORI SFORZIÆ.

Sforzia auus, pater eſt Franciſcus maximus ille,
Cui virtusq́; parens, ſors bona amica fuit.
Eſt Mediolanum patria hæc ditiſſima rerum,
Atq́; hominum, generis nomina fecit auus.
Corpore, mente, manuq́; vigens Polydorus in artes,
Et generis titulos conſpiciendus eram.
Præter ſpem præſtare nihil, ſed fas fuit, heu mors,
Tam bona vota, heu mors, præcipitata tulit.

LAVTERII.

Huc attende precor teq́; hîc cognoſcito Lector,
Qui mea verba legis, quàm citò puluis eris.
Clauditur anguſto Lauterius ecce ſepulcro,
Nuper clarus homo, corpus inane modo.
Si benè, ſi rectè, ſi quidquam geſſit honeſtè,
Hoc ſolo gaudet, hoc ſibi lætus habet.

LAMPVGNIANI.

Siſte viator iter, ſaxo nunc dirige mentem
Quo claudor, iam ſum vermibus ipſe cibus.
Lampugnianus eram claro de ſanguine cretus,
Orbe, Deoq́; ſacer quæ bona fama manet.
Septuaginta annos ſex vixi ætate valente,
Heu caro ſum puluis factus, & oſſa tremor.

CHRI-

CHRISTOPHORI CONTRIGLINI.

Hic lapis egregium virtute & ſanguine corpus,
Sacra cohors animam, nomen at orbis habet.
Chriſtophorus Contriglinus celeberrimus vnus
Iuſtitia, & magnus Quæſtor in vrbe fuit.
Hinc pietas, hinc priſca fides, hinc inclyta virtus,
Hinc micuit ſacræ religionis amor.
Aſt ego, qui numquam potui te extollere viuum
Laudibus, hæc cineri carmina ſculpta dedi.
Mille quadringentis triginta nouemq́ ſub annis
Is prima Februi luce ſenex obijt.

ANDREÆ ET ANTONII BIRAGI.

Omnia fluxa tamen, ſed mens ſibi conſcia recti
Vsq́ fuit ſanctum iusq́, piumq́ colens.
Nunc lapis Andreæ paruus tegit oſſa Biragi,
Spiritus æthereas incolit ipſe domos.
Diuitijs, & honore mihi belliq́, togæq́
Temporibus largè contigit orbe frui.
Felix Anguigero quondam cui vita Philippo,
Felix Franciſco te duce Sfortiadæ.
Natorum pietas Antoni membra Biragi
Germano Andreæ conſociata dedit.

RVFI PVLSI.

Hic ſitus eſt Rufus pulſo qui vindice quondam
Imperium aſſeruit non ſibi, ſed patriæ.

VERCELLÆ.

LVDOVICI TITII.

Qui fuerat clara Titiorum ſtirpe creatus,
Hac Ludouicus nunc requieſcit humo.

Cuius Lombardas longè vulgata per oras
Immolata ſuo tempore fama fuit.
Montis ferrati norat ſecreta Senator
Principis, eloquio, conſilioq; valens.
Cultor iuſtitiæ, patriæ totius amator,
Publica priuatis prætulit ille bonis.
Quod patuit: Nam cum ruperunt fila ſorores
Defleuit mortem patria tota ſuam.

TAVRINVM.

VIFFREDI MORELLI.

Viffredus iacet hìc Morellus clarus agendi
In cauſſis Tulli quinè ſecundus erat.
Namq; fidem præter qua lites ille clientum
Tutabatur, erat doctus vtroq; foro.
Huic reſpondendi de iure erat ampla poteſtas,
Quæ paucis fuerat reddita cauſidicis.

CHERIVM.

ROBIORVM.

Hic tumulus claudit Robiorum membra virorum,
Quos labor atq; fides nobilitatq; decus.

LVCÆ RITTER.

Conſpicuus toties metuendusq; hoſtibus audax
Dum forti dextera gallica ſigna gerit.
Hìc iacet a caro Ritter perpeſſus amico
Vulnere vos cauſæ teſte ruina necis.
Sic licet effugias hoſtilia cuncta premente
Fato, perniciem gignet amica manus.

Digitized by Google

Sed quoniam hoc tumulo defuncti membra quieſcunt,
Hoc frater fratri marmore ſtruxit opus.

ALBA POMPEIA.

SARACENÆ.

Euſebij coniuncta thoro Saracena Nouelli
Andreæ mater præſulis hîc iaceo.

MONS REGALIS.

DE SEIPSO PATHOS.

Fallimur heu miſeri, quoniam cùm viuere ſemper
Credimur, hunc omnes Atropos atra rapit.
Quid mihi vobiſcum eſt fratres? quid & amplius vno
Reſtat? & ad cippum quiſq; venire petat.

DE SEIPSA PATHOS.

Forma, vires, ætas, ſanguis, ſpes, gaudia, mores
Heu valeant, poſtquam morte caduca ruunt.
Deſerui matrem, mater tenet horrida natam;
A matre ad matrem ducitur omne genus.

SAVONA.

LVCHINÆ PARENTIS SIXTI IV.

Iuncta Leonardo coniux Luchina quieſcit,
Filius hæc Sixtus Papa ſepulcra dedit.

Digitized by Google

IVLII SIXTI NEPOT.

Iulius iſte Nepos Sixti moderatur habenas
Orbis, & hos fructus Sixtica quercus habet.
Hoc iuſſit roſeo ciues fulgere galero,
Felix & gemino dia Sauona patre.

GENVA.

MICHAELIS ROBERTI RAPÆ.

Hic tegitur Rapa clarus virtute Michaël
Robertus, pulcra Parthenope genitus.
Qui ſemper rediit ſpoliis Dux victor opimis,
Hunc mors florentem ſtrauit acerba virum.
Huic vni non eſt, Ductor fortiſſime (quando
Omnia mors ſuperat) ſuccubuiſſe pudor.

BAPTISTÆ SPINOLÆ.

O quicunq; vides ſulcata fronte iacentem,
Baptiſtæ hic magni dicito membra cubant.
Magnanimū ſoboles genuit quem Spinola ciuem,
Genua quem patriæ nouerat eſſe parem
Felix qui pacis cultor ditiſſimus auri
Spectatam prolem liquerit eſſe ſuam.
Felix cui tantum patriæ hæc debere fatetur,
Quantum vel Bruto libera Roma ſuo.

ALEXANDRIA.

MARCI PRÆSVLIS ALEXANDRIÆ.

Marmoris hoc tumulo ſunt Marci Præſulis oſſa
Clauſa, decusq; ſalus, & pater vrbis erat.

Hæc

Hæc viduata diu ſedesq; vacauerat olim,
Quùm tenui immenſæ diriperentur opes.
Mittitur hic Paſtor, qui miro incenſus amore,
Quærit opes ſparſas, inueterata nouat.
Munera dat templis, diuinæ laudis honores
Edocuit clerum, quæ benefacta manent.
Hic tandem ſenio confectus morte quieuit,
Venturis ſpeculum relligionis honos.
Nunc anima in cælis patria meliore triumphans,
Vtitur angelicis facta beata choris.

CATHARINÆ RANÆ.

Catharina fui Rana cognomine, lector,
Siſte gradum quæſo, paucaq; verba lege.
Cerne meos cineres, non eſt alienus in illis,
Nemo, & in hoc tumulo puluis & vmbra tegor.

DORTHONA.

CORNELII GONGINII.

Quid mihi diuitiæ proſunt? quid nobile ſtemma?
Maiorum varia & parta trophæa manu?
Quidue ætas florens multis exercita terris?
Quid mores placidi, forma & honeſta iuuat?
Sperabam reditum patriamq; reuiſere lætus,
Sed mea me prohibent fata redire domum.
Nam febris exurens magno mea membra calore
Vitalis curſus ſtamina diſcuiſſit.
Oſſa, cutemq; tegit tellus, ſed ſpiritus vſq;
Cùm diuis Triadi perſonat ore melos.
Ac ſpero tandem rediuiuus carne reſumpta
Surgere, & æternùm viuere cum ſuperis.

Præteriens igitur ſaxum hoc mi care Viator
Gonginio bene ſit quæſo precare Deum.

HIERONYMI GVIDOBONI CARIATHMI.

Hìc ſitus eſt cumulus virtutum, clarus & idem
Et Latiæ & Thuſcæ fama decusq́ lyræ.
Hìc ſitus & non hìc corpus triſtemq́ ſenectam
Hìc equidem vt tritas exuit exuuias.
Verùm ipſe is nuſquam non eſt. Nam non benè cunctis
Virtutum cumulus conditur in tumulis.

PLACENTIA.

FRANCISCI DE MAIONIS.

Clauditur obſcuro lumen res pulcra ſepulcro,
Doctrinæ hìc ſacræ gloria luxq́ iacet.
Dogmata flete, quibus Franciſcum de Maironis
Extremam conſtat impoſuiſſe manum.
Et quibus arma dedit cæleſtia flete Minores,
Heu cecidit noſtri firma columna chori.
Qui quantò excellit fulgentia ſydera Phœbus,
Tantò alios ſuperas lumine Doctor, aue.

ALEXAND. POGII.

Raptus Alexander primis hic Pogius annis
Occubat, & gelidum marmora corpus habent.
Nil genus & virtus, nil illi profuit ætas
Viuida, ſic, eheu res pereunt hominum.

PARMA

PARMA.

ANTONII BERNERII.

Magnus in exigua iacet hac Antonius vrna
Bernerius, varijs lux celebrata locis.
Non tamen hîc totus tegitur, caro ſola ſepulta eſt,
Viuit in æternum cætera pars melior.
Præterea ingenium, probitas, prudentia, mores
Viuunt, hæc aliquam non ſubitura necem.
Hunc Mediolanum bis ſeptem meſſibus, alma
Roma Senatorem vidit & ipſa tribus.
Cætera quid memorem? quantum mortale ferebat
Tegmen, erat cunctis præditus ille bonis.

MARCI COLLÆ.

Hîc ſitus Marcus Colla de gente vetuſta,
In ſacris clari nominis ob meritum.
Ingenio ſuperauit auos & diuite cenſu,
Caſtus, amans recti, munificusq́; ſuis.

FIOLICOLÆ VIRGINIS.

Marmore ſub modico iacet hîc Fiolicola virgo,
Romani dudum ſanguine nata patris.
Mors ſua ſub Flacco notuit certamine, luſtris
Vita ſibi ternis cùm petit Elyſios.
Cur modo ſit Pauli tranſlatum corpus in æde
Annales memorant, diſce viator, abi.

RENATI RONSART.

Primum Parca bonis diſrumpit ſtamina, primum
Ardua quæq́; rapit impia pars manibus.

Ecce

Ecce Renatus obit claro cognomine Ronſart,
Quem Dominum armicrepæ flent iuga amœna Roches.
Fleuit magnanimum illuſtriſq; Paliſia ductor
Armigerum, & fortem Gallica tota manus.
Heu heu vita hominum bulla eſt, & fumus, & vmbra
Da lacrymas, & dic, qui legis iſta, vale.

FRANCISCI MOYS.

Hic reliquum Moys tegitur: nam cætera ſeruant
Cælum animum, famam pectora docta virûm.

REGIVM LEPIDI.

PROSPERI EPISCOPI.

Hic ſitus eſt Proſper, quo ſancto Præſule gaudet
Regium, & hic cineres, oſſaq; ſacra iacent.
Marmoreo monachi condunt pia buſta ſepulcro,
Namq; vetus turris fregerat alta cadens.

ANNÆ VIRGINIS REGIEN. NÆNIÆ.

Nil venerabilius referat ſi petra iacentem,
Vrna hæc, ſi cauſam nil miſerabilius.
Cauſa libido, furor, feritas, iacet Anna pudici
Laus ſexus, patriæ gloria, ſtirpis honor.
Maluit immunis neptis, quàm turpis amica
Dici, & quàm pellex viuere, virgo mori.
Trux furit in mitem, inuadit laſciuus honeſtam,
Ex patruo lictor, ex comitante latro.
Cæſo triumphato geminum gerit hoſte trophæum,
Hinc animus conſtans, hinc ſine labe caro.

Oſſibus

Digitized by Google

Oſſibus hic tumulus, virtuti animæq; ſacellum
Cui pia turba ferat balſama, thura, faces.

MVTINA.

LVCRETIÆ PARMENSIS.

Quà mortalis eram hîc iaceo, at qua neſcia mortis
In prole, & claro ſum rediuiua viro.

GRÆCÆ GRÆCÆ.

Græca mihi nomen generis, cognomen & illud,
Non obſcura genus patria ne viola.
Vixi dum vixi, diues, formoſa, pudica,
Vnum etiam hoc habeo, cætera mors rapuit.
Nec tamen id curo, te te ô dulciſſime coniux
Annum vnum doleo non potuiſſe frui.

NICOLAI ET ALBERTI BELLIVICINORVM FRATRVM.

Vt vita vnanimis, tumulus communis vtriq;,
Sic melior concors, ſic magis vita manet.

IMOLA.

IVLIANI GINORII.

Ginorij hæc cineres Iuliani continet vrna,
Conſpicui patria, nobilitate; viri.
Effera perpetuo quem mors complexa ſopore
Dum vitam Syllæ degeret ille foro.
Spiritus aſtra colit, requieſcunt membra ſepulcro;
Fama, vel inuita morte, ſuperſtes erit.

Digitized by Google

CONIVGVM.

Si genus & mores, famam, ſi nomina quæras,
A Ioue ſub ferro dogmata ſancta gero.
Phyſicus Andreas iam dat cum coniuge cuncta
Illa patri Annibali Burdegalo Comiti.
Vt comes Hyppoliten tenuit comitatur & ipſa
Hippolites comitem, marmor vtrumq; tenet.
Marmor habet comites, comites diuellere nequit
Vnanimes lethum, ſic benè iunxit amor.

FAVENTIA.

ANDREÆ SCIVROLÆ.

Andreas iacet hîc Sciurolæ gloria gentis,
Virtute atq; opibus nempè celebris eques,
Qui pius in miſeros fuit, & ſectator honeſti,
Ingenio validus, conſilioq; grauis.
Prole ſua felix, & quo non ære nec agris
Vrbe Fauentina ditior alter erat.

CESENA.

ANTON. PRÆSVLIS.

Non procul hinc ſtruxit celſas Antonius ædes,
Et templis Antiſtes plurima dona tulit.
Hîc iacet, ætherias conſcendit ſpiritus arces.
Semproniq; forum patria terra fuit.

Ex

Ex quodam qui Germanica, & finitima collegit.

VIENNENSIA.

IVLII COMITIS SALMÆ.

Si vitam vitâ mihi compenſare liceret
Magne parens, mea iam, iam tua vita foret.
Sed mea vita nihil: potior tua cœlica vita;
O liceat tecum viuere, ſicq; mori.

ANONYMI.

Munde vale: nulla hîc eſt conſtans patria: cælum
Per te Chriſte datur patria firma pijs.

ANONYMI.

Accipite ô animæ fortes, monimenta doloris,
Mixta pijs lacrymis hæc pia vota, mei.
O me fata darent vobiſcum viuere: vita
Inuita, haud vita eſt, cui ſua vita deeſt.

FRIDERICI III. AVSTRIÆ DVCIS.

Hæc Mauſolæo moles æquata ſepulcro
Friderici Magni Cæſaris oſſa tegit.
Qui Romanum orbem placidè ſanctèq; quietùs
Circiter vndenas rexit Olympiadas.
Largus opes & templa dedit, ſecla aurea fecit,
Hinc inter Diuos aſtraq; celſa micat.
Poſt domitos hoſtes, poſt prælia maxima, poſtquam
Acceſſit titulis Bœtica terra ſuis;
Filius Auguſtus referens bonitate parentem,
Dædaleum poſuit Maxmilianus opus.
Amborum pietas manet, æternùmq; manebit,
Pyramis hæc quando ſaxaq; puluis erunt.

IOANNIS SAMBVCI CÆS. HISTORICI.

Sambucus linguas coluit qui doctus, & artes,
Cui natale fuit Pannonis ora ſolum.
Cæſaris hiſtoricus præmiſſi temporis acta,
Et dignos ſcripſit cognitione libros.
Aonios inter meruit quoq; nomen olores,
Carmine iucundum qui cecinêre melos.
Ante diem quamuis, Muſis plorantibus, ipſum
E medio tulerit mortis auara manus.
Ipſe tamen ſupereſt, meliori parte ſuperſtes
In cælis animâ, nomine clarus humo.
Nil in ſollertes Muſarum iuris alumnos
Mors habet: à Muſis doctus obire nequit.

MARIÆ CVIVSDAM.

Fida hîc Penelope, Lucretia caſta, Minerua
Ingenioſa, Charis quarta ſepulta iacet.
Cui Deus, & Coniunx, ſoboles, acus, ara, focusq;
Fama, fides, virtus, maxima cura fuit.
Scilicet Haunolti dilecta Maria mariti,
Antea mellitus, nunc peramarus amor.
Quæ ceu viua viro fuerat ſpes certa voluptas
Summa, animi requies, lux, columenq; tori:
Sic eadem viduo nunc eſt mors lenta dolorum
Fons, animi anxietas, vmbra, ruina domus.
Sponſa bis, & ter facta parens, ſemel orba, triginta
Nata annos, natam cùm peperiſſet, obit.
Heu dolor! Octobris matrem lux noua peremit,
Mox duodena infans vix triduana cadit.

Hîc

Hîc ſancta oſſa cubant; animæ ſuper æthera viuunt,
Expectantq́ patrem filiola, vxor herum.
Sic roſa manè viret, mox aret & interit, & ſic,
Qui fuit ignis heri, cras cinis eſſe poteſt.

MARITVS AD VXOREM.

Oſſa iacent: mens aſtra colit: cum prolibus vxor
Cur defles Domini fata benigna tui?
Me non Orcus habet, nollem reuiuiſcere, vel ſi
Fata velint: igitur deſine flere, Vale.

VXOR AD MARITVM.

Non deploro tuam, coniux peramande, ſalutem,
In nos ſed fidi pectoris acta fleo.
Quæ quoties recolo cum natis, fluminis inſtar
Ex oculis lacrymæ nocte dieq́ fluunt.

TRIVM FRATRVM.

Tres natos Breſla miſit Faber vrbe Viennam;
Tempore non longo tres rapit vna dies.
Nomina Patris habens, Iſtri, Fridericus in alto
(Heu) Fratrum medius, gurgite primus obit.
Inde vbi tres ierant anni, tibi triſtia Caſpar
Fata etiam minimo peſtilis aura parat.
Proximus at morbo Laurentius ictus eodem,
Lumina Dianæ poſt duo plena cadit.
Viuite tres animæ cælo feliciter alto,
Frigida dum tumulis molliter oſſa cubant.

CVIVSDAM.

Quicquid habẽt Latiæ numeroſa volumina linguæ,
Edidici; Sophiam, carmina ſacra, Deum.

F *Vir-*

Digitized by Google

Virtutem adiunxi, reliquorum præmia tellus
Vana, Deus morum non peritura dedit.

CVIVSDAM ANTITISTIS.

Hic iacet Antiſtes Clauſtri Iacobus: & illum
Sub gelida monſtrat nobile marmor humo.
Gaudia qui vitæ cæleſtia fine carentis
Angelicisq; choris aſſociatur, habet.

ALPHONSI MERCADO.

Ne crede, artificem tibi verba dediſſe, viator,
Qui mira ſculpſit relligione virum.
Reſpicis Alphonſi Mercado in imagine vultus;
Hunc Hiſpana dedit, Teutona terra tegit.
Notus erat Marti in campis, Syluisq; Dianæ,
Hoſtes proſtrauit viribus, arte feras.

LVDIMAGISTRI CVIVSDAM.

En ego, qui fueram Chriſti pietatis amator,
Hic iaceo ſacra contumulatus humo.
Ingenuos docui pueros tibi clara Vienna;
Et vigilans iſta Paſtor in æde fui.
At nunc ipſa quidem tantis mens libera curis
Æthereas arces, lucida tecta colit.

CVIVSDAM.

Fuxmagonum vixiſſe iuuat, rectumq; piumq;
Quod coluit: reliquum ſomnia vana putat.
Dicite, quid melius, qui viuitis? hoc ego tantùm
Cognoui, vt moriar; neſcius ipſe mei.

MELCHIORIS PORTHINI.

Melchior in magni Porthinus Cæſaris aula
Conſilio, & iuris clarus honore fuit.

Et

Et ſua viuit adhuc poſt funera, nominis extat
Gloria, mens cælo reddita, corpus humò.

COLONIENSIA.

ARNOLDI VVESALIENSIS CANONICI.

Quiſquis es, in requiem ſi vis intrare beatam,
Atq; ita cùm Chriſto perpete pace frui:
Verba Dei auſcultes, eademq́; ſequaris oportet.
Ergo dùm datur hîc viuere, diſce mori.
Tranſitus ad vitam mors eſt, ſi credis in illum,
Qui mortem noſtri captus amore tulit.

LVDEGERI HERESB.

SIſte ſIgILLIfer hIC sItVs eſt LVDgerVs Heresbach,
VIr ſaCer Vt VIXIt fVnDe preCes & abI.

GERARDI MATTHISII CONONICI.

Quod ſatis eſt, vixi: iam quina decennia natum
Mors rapit. heu! nullus ſum, niſi, Chriſte, iuues.

MARG. MANDERSCH.

Margaris Eltenæ nec non antiſtita Vredæ
Hîc Manderſcheidia conditur orta domo.
Vicerat ingenio ſexum, virtutibus æuum,
Rem meritis, morum dexteritate genus.
Ad voces inopum non oſtia ſurda fuêre,
Haud ægros vacuâ ſinit abire manu.
Tresq́; decemq́; dies ierat Sol piſcibus, horam
Sol tenuit, Martem nox, quoq; Menſis habent.
LVſtrIs bIſſenIs, trIbVs annIs, MensIbVs oCtó,
OCCIDIt eXtInCtIs pLaVDIt In aXe poLI.

IOANNIS SCOTI.

Ante oculos ſaxum Doctorem comprimit ingens,
Cuius ad interitum ſacra Minerua gemit.
Siſte gradum lector, fuluo dabis oſcula ſaxo,
Corpus Ioannis hæc tenet vrna Scoti.
Anno milleno ter CCC. cumq́; adderet octo
Poſtremum clauſit Letho agitante diem.

MILITIS CVIVSDAM.

Miles eram Regis, Preinorum ſtemmate claro
Ortus, militia nunc fruor ætherea.
Sic nec nobilitas generis, nec firma iuuentus,
Nec vires, nec opes rumpere fata valent.

Epitaphia quæ in varijs Germaniæ locis extant.

CVIV.SDAM.

Inuida mors alijs, vni tibi candida & æqua,
Et, quod miremur, vita ſalusq́; fuit:
Vixiſti multis, & vitæ munera obiſti.
Migras cùm nondum vulnera fortis habes.

CVIVSDAM.

Qui fuit æternæ Chriſtus mihi cauſa ſalutis,
Exuuijs rurſus veſtiet oſſa meis.
Eius dum reditu mihi vita ſalusq́; paratur,
Interea tumulo molliter oſſa cubent.

TRIVM FRATRVM.

Vna trium iungens animos concordia fratrum
Germanam coluit cum pietate fidem:

Cor-

Digitized by Google

Corpora iuncta trium nunc & lapis vnus habeto:
Dum vocet ætheriæ clangor ad aſtra tubæ.

CVIVSDAM.

Ille ego qui Annæi tenui moderamina ludi
Schencius, hoc poſui languida membra thoro.
Qua potui curſum pietate fideq́ peregi:
Supprecor offenſis parcito Chriſte meis.

CVIVSDAM.

Quisquis ades, qui morte cades, ſta, reſpice, plora.
Sum, quod eris, modicum cineris. pro me precor ora.

CONRADI BRVM.

Eſt hominis naſci primum: vixiſſe ſecundum:
Vltima poſt vitæ tempora mors ſequitur.
Eſt fortunati benè naſci: viuere honeſti,
Et iuſti: felix eſt benè qui moritur.
Ergo ego qui natus longo quoq; tempore vixi,
Durum etiam mortis ſuſtinui imperium.
Nec fortunatus nimiùm: ſtudioſus honeſti:
Defunctus tandem regna beata colo.
Conradus patrio dictus cognomine Brumus,
Cuius in hac tumba molliter oſſa cubant.

CVIVSDAM.

Condit poſt mortem pollinctor putre cadauer:
Id vermes rapiunt: captat amicus opes.
Atq; ſacros cenſus mox Curtiſanus anhelans.
Occupat: at Chriſtus ſpes mea ſola manet.

RHENI PALAT. ET VTRIVSQVE BAVARIÆ DVCIS.

Cætera qui circum luſtras monumenta viator,
Hæc quoq; non longa eſt, perlege pauca, mora.
Si Ducis audita eſt forſan tibi fama Philippi,
Clara Palatinæ quem tulit aula domus.
Qui modò Pannonicā defendit ab hoſte Viennam,
Et ſoluit trepidos obſidione viros.
Tunc cùm Threicij vaſtarant omnia Turcæ,
Et tremerent ſubito Norica regna metu.
Mox etiam impleuit magnum virtutibus orbem,
Vtilis hinc armis, vtilis inde toga.
Illius hac tegitur corpus venerabile terra,
Hic animam, hic vitam reddidit ille Deo.
Quod te ſi pietas, ſi quid mouet inclyta virtus,
Iunctaq; cùm ſumma nobilitate fides.
Huic opta vt cineres placida cùm pace quieſcant,
Condita nec tellus durior oſſa premat.
Nam pius ad cœli ſublatus ſpiritus arces,
Cùm Chriſto viuit tempus in omne ſuo.

CVIVSDAM.

Quò ſaxum ſtruis hoc nobis fidiſſima coniux?
Quò mea defuncti verſibus oſſa notas?
Æterna ipſe mihi viuus monumenta paraui,
Præueniens fati fila ſecanda mei.
Sed tua te, video, pietas non ficta, fidesq́;
Exſtruere hoc nobis certa coëgit opus.
En quò progreditur? ſuperat mala tempora fati,
Scilicet & verus funera neſcit amor.

CVIVS-

CVIVSDAM.

Siſte gradum quiſquis tranſis hâc forte viator,
Vt diſcas mortis triſtia fata mea.

CVIVSDAM.

Hic ego .... prognatus ſtirpe ....
Mortuus humana conditione cubo.
Cimbria me genuit, ſed non poſt fata recepit,
Sicq́ peregrina ſum tumulatus humo.
Hanc me pertraxit ſtudiorum feruor ad vrbem,
Principibusq́ comes, nobilibusq́ fui.
His licuit cunctis ad patria rura reuerti,
Vnum me reducem noluit eſſe Deus.
Sed benè mens etenim cœleſti ſede recepta
Viſitat æternæ docta Lycea ſcholæ.
Corpus humus tegit exanimum, dum ſuſcitet illud,
Extremi Chriſtus tempore iudicij.

MARIÆ COVETÆ.

Si virtus diræ poſſet fera ſpicula mortis
Effugere, & mœſtas funeris exſequias;
Muſica ſi dulcis, morum ſi mira venuſtas,
Et pietas caſtæ iuncta pudicitiæ.
Non hoc tu mater tumulo contecta fuiſſes,
Coniuge deſerto, pignoribusq́ tuis.
Sed quum te morum vitæq́ exemplar haberent,
Exemplar ſanctæ nunc quoquè mortis habent.

CVIVSDAM.

Summus eram conſul, tenui nunc condor arena,
Quisquis es hoc ibis, non rediturus, iter.

CVIVSDAM.

Stemmate præclaro doctore proconſule natum,
Doctorem Iuris atra ſepulchra tenent.
Perfidia vulgi patrijs dum ſedibus exul
Imperij Conſul Cæſaris & fit, Eques.
Sic mundi curis tandem feſſusq́ ſenecta
Iungitur inuictus mortis agone Deo.

CVIVSDAM.

Qui fuit exemplar ſanctæ memorabile vitæ,
Huius & eximius Gymnaſiarcha ſcholæ.
Doctrina clarus, pietate verendus & annis,
Pacis amans, frugi, ſedulus absq; dolo.
Quo duce per varias artes deducta iuuentus
Atq; indefeſſo docta labore fuit.
Suauiter hoc tumulo, tenuiq́; Bathelius vrna
Dormit ad extremi tempora iudicij.

CVIVSDAM.

Nil fragile à fracto differt; quod tu eſſe ſolebas,
Ipſe fui, fies tu quoq;, ſum quod ego.

GLAN. CVIVSDAM.

Luce bis vndena Febrai Glandorpius atris
Abſumptus curis in ſua fata ruit.
Oſſa boni cineresq́; viri tegit humida tellus,
Aſpectu fruitur mens animoſa Dei.

ALIVD.

GlandorpI, cuius ſtudiumq; fidemq́; Iuuentus
Senſit, amans tellus hoc capit oſſa ſola.

OTTO-

OTTONIS PRIMI IMP.

Tres luctus cauſæ ſunt hoc ſub marmore clauſæ,
Rex, decus Eccleſiæ, ſummus honor patriæ.

SOPHIÆ ERNESTI CONIVGIS.

Hac tumba Sophiæ requieſcit nobile corpus,
Quæ chara Erneſti Principis vxor erat.
Sponſaq́ iam Chriſti cœleſti gaudet in aula,
Spernens præ veris iſta caduca bonis.

PRINCIPIS CVIVSDAM.

Moribus innocuus, præclaro ſtemmate Princeps,
Qui niuea placidus ſimplicitate fuit.
Illa luce diem vidit, qua milite multo,
In Phryſios genitor de patria iuit agros.
Vno qui vixit tantummodo menſe maritus,
Poſtq́ aui ſeptem luſtra, reliquit humum.
Ante patrem moritur, qui nulla prole relicta,
Poſt etiam vitam finijt inde ſuam.
Scilicet ex omni nil cuiquam parte beatum.
Fata manent iuuenes, credite, fata ſenes.

CVIVSDAM MICHAELIS.

Pro patria pugnans iuſtis Michaelus in armis,
Pro patria cecidit vir generoſus humo.
Donec erit virtus laudi, laudabitur ipſe,
Inter præſtantes gloria rara viros.
Siuershuſa tenet corpus, mens incolit aſtra,
. . . . gentis fama, decusq́ vale.

CVIVSDAM PVERI.

Vixi quinque dies: viuo nunc omne per æuum:
In Chriſto factus rurſus imago Dei.

QVORVNDAM.

Hæc materquè paterquè mihi cariſſime, veſter,
Et modò conſpecta mortua, luce, ſoror.
Filius & frater poſui monumenta ſepulcri,
Ipſe opere hoc luctum teſtificando meum.
Cætera narrabunt alij. Memori & mihi grata
Officium, ſatis eſt perſoluiſſe meis.

CVIVSDAM EPISCOPI.

Aſpicis humanæ breuis vt ſit linea vitæ,
Vt dubias verſet mors inopina vices.
Fata manent quemuis, humili ſeu ſtirpe parentum,
Siue ſit à magnis nobilis ortus auis.
Grandia nec proſunt vel pondera diuitis auri,
Lecta vel in rubro gemmea gaza mari.
Omne relinquendum eſt, cùm venerit horula mortis,
Suaue priùs quicquid, vel tibi dulce fuit.
Talia peccati labes ab origine prima,
Noxius hæc meruit præmia lapſus Adæ.
At benè qui vixit, moritur benè, dignus olympo;
Sanguis & quanquam corpus inane iacet.
Vis tamen haud animæ cùm corporis interit vmbra,
Vita ſed huic Chriſtus, mors erit ipſa lucrum.
Viue memor lethi quiſquis cœleſtia curas,
Sic lethi victor gaudia læta feres.

CVIVSDAM.

Conditur hac .... vir magnus in vrna,
Quem meritò ſequitur gloria, fama. decus.

DVCIS

Digitized by Google

DVCIS CVIVSDAM.

Hîc Magno prognatus auo, Albertoq; parente
Dux iacet, Herculeo robore, corde, manu.
Princeps a primo pugnare Georgius auo
Suetus, & hoſtiles vi ſuperare minas.
Mars dolet, effundit lacrymarum flumina Mœnus,
Optantes tantùm non cecidiſſe Ducem.

CVIVSDAM DVCIS ALBERTI.

Henrico generatus auo Magnoquè parente
Hoc Dux Albertus conditur in tumulo.
Magnificus, magniq; animi, patriamq; iuuando,
Ornandoq; ſimul, iuſtitiaq; potens.
Quin etiam multa natorum prole beatus,
Quos colit eximios Herula terra Duces.
Fortunate ſenex; tua molliter oſſa quieſcant,
Vita etiam natis ſit diuturna tuis.

FILII CVIVSDAM HENRICI.

Filius Henrici, princeps re & nomine Magnus,
Flos patriæ ante patris funera mœſta cadit.
Par fatum Antilocho nactus, ſed clarior illo,
Et melior ſtudij ſedulitate ſui.
Scilicet ingenio cunctos ſuperauit, & arte,
Quos habet eximios Teutonis ora Duces.
Illius ad tumulos Pitho, Aonideſq́;, Themiſq́;,
Tam celebrem lugent non ſupereſſe ducem.

Digitized by Google

Ante Dei faciem nunc fulget ſideris inſtar,
Sicut in his terris fulſit imago Dei.
Grata cui tribuet meritas Eccleſia laudes,
Verus & illuſtri luce vigebit honos.

ANNÆ SOPHIÆ.

Expers inuidiæ, faſtus, timidiq́; pauoris,
Caſta pudicitiæ & relligionis amans.
Annorum ſatura & vitæ, nec egena bonorum
Regibus exortam quæ decuere nurum.
Filia, ſponſa, vxor, genitrix, auia & ſoror illa
Magnorum generis nobilitate ducum.
Hic Sophia Anna cubat, proles qua maſcula matre
Atque quia, haud deerit gens Obotrita tibi.
Si Deus haud renuat, quo ceu nil triſte benigno;
Sic nihil irato ſtare vel eſſe poteſt.

HELENÆ PALATINÆ.

Alta Palatinis Helenam me Norica caſtris
Duci Obetriteo ſors voluêre thoro.
Quod potui, feci: vetuerunt plurima Parcæ:
Præſtabunt proles quæq; negata mihi.
Proles, quam iuuenem charo commendo marito,
Me gratam ſuperis, lector amice, face.

RESOLERI.

Sparge roſas lacrymis madidas, ſubſiſte viator,
Hic roſa perpetuo digna vigore iacet.
Quæ roſa? non Roſelerus erat tibi cognitus ille,
Eximius Roſeæ ſplendor honosq́; ſcholæ?
Ignotus númne ille foret? Roſa candida ſalue.
Integer & niueus nam Roſelerus erat.

Fra-

Digitized by Google

Fragranteḿq; ſui paſſim ſpirabat odorem
Floribus ingenij, floribus eloquij.
Hîc igitur Roſelere cubas, vt amabilis orta
Quæ roſa luce fuit, veſpere ſicca iacet.
Necte puer roſeas tumulóq; appone corollas,
Non dubius vitam ſic properare tuam.

CVIVSDAM.

Inueni portum, dum tu iactaris in alto,
Euentu vt ſimili fac tua nauis eat.

CARNICII CVIVSDAM.

Hoſpes in hanc veni primùm Carniciùs vrbem,
Hoſpes & hîc caſus mox feror in tumulum.
Sæua mihi eripuit cognati dextera vitam,
Vita ſed eſt Chriſtus non moritura mihi.

HENRICI CVIVSDAM.

Qui Muſas coluit teneris Henricus ab annis
. . . . iacet hac contumulatus humo.
Multorum mores hominum luſtrauit & vrbes
Vir pius, & rerum cognitione grauis.
Magni illum reges, magni fouere patroni,
Quorum illuſtrauit verſibus acta ſuis.
Gymnaſijq; huius Rector, bis quatuor annis,
Ingenio aſſeruit conſilioq; decus.
Phœbus eum viridi ſubreptum luxit in æuo,
Donaq; Pierides hæc poſuere viro.

CVIVSDAM.

Dum mihi vita fuit, rerum natura decusq;
Mirantem ſtudijs traxit ad aſtra ſuis.

Flores

Flores decerpſi tantùm ſapientia inanes,
Et mihi res plenè cognita nulla fuit.
Nunc coràm mundi myſteria cerno, Deiq́;
Idq; mihi partum eſt ſanguine Chriſte tuo.

CVIVSDAM.

Expertus mundi vanas res eſſe nihilquè,
Hîc quoquè nunc iaceo puluis & vmbra, nihil.
Sed qui de nihilo cœlum terramq; creauit,
Me cùm carne mea non ſinet eſſe nihil.
Hac ſpe nil mortem feci, nihil omnia feci,
Nil nihili vermes poſſe nocere ſcio.

DEFVNCTVS ALLOQVITVR VIVVM.

Quid lætare miſer? quid inania gaudia tractas?
Et tua cœlicolas facta latere putas?
Aſpice me, prauósq; tuos hinc corrige mores,
Tu quod es, ipſe fui, ſum quod ego, illuderis.

CVIVSDAM MARIÆ.

Hoc Maria in tumulo ducit poſt fata quietem
Felix coniugio, ſtemmate, prole, fide.
Hervvorti ſiquidem pietate & ſanguine clari,
Dum licuit, coniux par in honore fuit.
Et bene Lucina Chriſtoq; fauente, reliquit
Ter tria legitimi pignora cara tori.
Deſeruit tenebras: & ſede recepta piorum.
Dulcia perpetuæ gaudia lucis habet.

SAXO-

Digitized by Google

SAXONIS GRAMMATICI.

Qui viuens alios æternùm viuere fecit,
Saxo Grammaticus mortuus hîc recubat.
Mortuus extincto ſed tantùm corpore, mente
Qua valuit, magno viuit & ingenio.

CLAV. CVIVSDAM.

Claudius hîc parua requietus clauditur arcâ,
Cui viuo in toto non foret orbe quies.
Hunc natura ſemel terris monſtrauit, at illic
Conceſſit ſaltem ſex ſupereſſe dies.
Vt tener & leuior mortali labe ſolutus
Ad ſuperos nullo pondere tardus eat.
Tempora pro modicis vbi nunc æterna diebus
Obtinet, & gratis pace potitus ouat.

MVSCÆ IN CALICE SVBMERSÆ.

Guſtatrix iacet hîc lautorum muſca ciborum,
Et conuiua frequens Principis in tabula.
Non volucris roſtro, ſtimulis nec aranea aduncis,
Cretica ſed guſtans pocula, pota cadit.
Nil opus eſt luctu: quis enim tam nobile fatum
Lugeat? eſt auro condita, merſa mero.

CVIVSDAM.

Si vita cenſes defunctum me eſſe, viator,
Falleris, annexa quod ratione probo.
Præclarum in terris nomen poſt fata relinquo;
Spiritus in ſummo viuit ouatq́ polo.

CVIVSDAM.

Sat mihi, ſat laudi, caris vixi ſat amicis;
Mors mihi ſperati muneris inſtar erit.
Ergò fama vale, ſpes & fortuna valete,
Tu quoquè Rex clemens, patria, ſtemma, vale.

CATHARINÆ RANZOVIÆ.

Hac ego Fridrici coniux Alefeldij in vrna
Dormio Ranzouiæ lux Catharina domus.
Nil nil præclari generis mihi profuit ortus,
Nil teneræ ætatis tempora prima meæ.
Omnia mors aufert, diadema ligonibus æquans,
Omnia Parcarum tollit auara manus.
Diſce hinc, quicunque es, noſtram qui præteris vrnam,
Quid ſis, quid fueris, quidve futurus eris.
Nil aliud mortalis homo eſt, quam labilis aura,
Puluis, imago, vitrum, flos, cinis, vmbra, ſonus.
Nil aliud fragile hoc corpus, quàm putre cadauer,
Et dira illuuies, congerieſve luti.
Nil aliud vita hæc, quam ſemita plena malorum,
Cumque dolore labor, cumque labore dolor.
At mors æterna eſt requies, via certa ſalutis,
Et torrens vitæ principiumque nouæ.
Felix qui Domino, cùm poſſit viuere, viuit,
Et Domino moritur, cùm venit hora mori.

VRSVLÆ A REMCHINGEN.

Aſpicito vitæ quàm ſit vaga meta, viator,
Exemploque meo diſce ſubinde mori.

In

In medio cecidi, dolor, ævi flore, duplexq́;
Mors in me peperit duplice morte malum.
Nam vix quinque mea ſuperâram luſtra iuuenta,
Bisq́; decem fueram menſibus apta toro.
Cùm fœtu mecum morior moriente marito
Rapta meo, ſed non Chriſte benigne tibi.
In te iam viuo, proles tibi viuit, & vnà
Spectamus ſuperæ gaudia vera domus.
Ergo vale coniunx, valeant ludibria mundi,
Vobiſcum dolor eſt, nos fouet alma quies.

CVIVSDAM.

Vt nunc triſte mori eſt, ſic dulce reſurgere quondam;
Vita mihi Chriſtus, mors mihi dulce lucrum.
In terris labor eſt, requies ſed dulcis in vrna,
Dum veniant ſummo gaudia ſumma die.

CVIVSDAM GERHARDI ET ANDREÆ.

Hic .... requieſcunt membra Gerhardi,
Iuxta hunc Andreas conditur ....
Vt pia doctrina concordia iunxerat ambos,
Sic eidem amborum contegit oſſa locus.
Quos ſociat tumulus, ſociabunt cœlica regna,
Vt capiant fidei præmia iuſta ſuæ.

IOAN. CVIVSDAM.

Hic tegit .... tumulus pia membra Ioannis,
Munera ſolliciti poſt pia geſta fori.
Cuius mille quidem morbis fuit antè peremptum
Corpus, at in viridi nunc requieſcit humo.

Spiritus Elyſio felix ſpatiatur in agro,
Donec & inſtauret vis rediuiua rogum.

CVIVSDAM.

Poſteritas quæ fortè meæ cognoſcere vitæ
Fata velis, iſthæc carmina pauca lege.
Si meminiſſe potes, ſit quando .... in auram
Editus, Haſſiaca ſtella leoq; plaga.
Ille mihi vitæ primordia contulit annus,
Et dedit ætatis tempora prima meæ.
Cumq; ter octauum mihi vita fuiſſet in annum
Continuata, bono ſidere ſponſus eram.
At cùm natalis ſuperaſſet luſtra bis octo,
Atq; duos annos vita reſecta mihi eſt.
Quinquaginta annos ſeptemq; ſuperſtes in illo
Coniugio, ſtabili pace maritus eram.
Ex vna thalami ſocia bis pignora quinq;
Eduxi, tremulus pòſt modò factus auus.
Martis quinq; fui luſtra ſenator in vrbe,
Sed tamen his luſtris vnicus annus abeſt.
Annos ante obitum ſeptem celebrare placebat
Iubila, ſponſorum more modoq; ſenum.
Dulcis poſteritas, imitatrix eſſe tuorum
Maiorum ſtudeas ſedula, iamq; vale.

CVIVSDAM GREGORII.

Quem florere vides hodie, cras occidit ille,
Quid ſumus ah miſeri, puluis & vmbra ſumus.
Puluis & vmbra ſumus, metam properamus ad vnam
Qui bene deſierit viuere, ſaluus erit.

Sic

Digitized by Google

Sic quoque . . . . lumen vitale reliquit,
Qui . . . . ſanguine natus erat.
Viuus ad æthercam migrauit ſpiritus arcem,
Eius in hoc tumulo molliter oſſa cubant.

CVIVSDAM.

Vt temerè è viridi flos pendens decidit vlmo
Imbris vbi validi vis inimica ruit.
Haud ſecus in primo vernantis flore iuuentæ
. . . . Aonidum ſpesq́ decusq́ cadit.
Hîc de Schleinicia prognatus gente Baronum,
Magna ſui generis fama futurus erat.
Verùm aliter viſum eſt Chriſto quem totus amauit
Cuius ad arbitrium viuimus & morimur.

CVIVSDAM GARBERTÆ.

Henrico ſata . . . . Garberta quieſcit
Hoc tumulo patriæ ſpes generoſa domus.
Sed fatum inuidit: fato meliore rependit
Damna tamen, cœli nam facit arce frui.

CVIVSDAM.

Prima fui patris ſoboles & chara ſed eheu!
In terris paruo tempore chara fui.
Nam mors me primo nimis inuida ſuſtulit anno,
Inter vagitus, næniolasq́ rudes.
Non poſſet genitor tantum perferre dolorem.
Iungeret & fatis ſors ſua fata meis.
Corpore nos olim iungi ni ſciret vterq́
Cum dabit horrificum buccina diaſonum.

CVIVSDAM.

Sic etiam longis arbor conſumitur annis
Cui tamen ante annos vis iuuenilis erat.
Qualis in hoc mulier ſenio confecta ſepulcro eſt
Geyerberge prius quæ tibi iuncta fuit.
Nam cinis eſt hominum finis, breuis omnibus ætas,
Cuius imago leui germine tota latet.
Cœpit heri . creſcitq́ hodiè , cras herba labaſcet
Si ſuper ira noti ducta frementis erit.
Vita quid eſt ? Mors eſt : quid mors ? eſt vita piorum
In vita labor eſt in nece tuta quies.

CVIVSDAM.

Armis florebam, ſed vis nimis inuida læthi,
Spe citius vitam ponere iuſſit humo.
Parce tamen genitrix lachrymis, tibi in æthere reddat
Et tecum æterna tempora lucis agam.
Præceſſi, ſequere, & veterem teſtantia amorem
Oſcula dilectis accipe, redde, genis.

CVIVSDAM.

Munde neges ſedem, tamen hæc mihi tumba quietem
Non negat, aut cœlum gaudia, munde vale.

CVIVSDAM.

Dum benè ſperata virtutum laude placeret,
. . . . patria cura ſoli.
Mortuus in priſcas olim reditura figuras,
Nuper in hac ſterili membra reliquit humo.

Dum

Digitized by Google

Dum tamen exuuias retinebit corporis vrna
Hoſpita ſidereum pars colit ipſa polum.
Quiſquis es & gelida poſitum ſpectabis arena,
Expectes vitæ tu quoque fata tuæ.

CVIVSDAM.

Aſpice quæſo nitens marmor quod puluere iactum
Diſce legens. quis ſim, quis ſit & omnis homo.
Aridus eſt terræ puluis, miſerabilis exul,
Mortalis, fœnum, labilis vmbra, nihil.
Vix ſtudioſorum guſtaram gaudia vitæ,
Surreptus cœlo nunc ego pace fruor.

CVIVSDAM MVLIERIS.

Hic ego poſt fatum .... quieſco,
Dicta fui ſpecimen nobile coniugij.
Quintum parturiens dum proli cogito vitam
Eripitur proli vita ſimulq́; mihi.
Terra meum facta eſt ego prolis facta ſepulchrum,
Nonne ſepulturæ triſtis imago mea?
At Deus in cœlo eſt, qui ſoluet vtrumq́; ſepulcrum,
Et decus & vitam reddet vtriq; ſuam.
Qui tranſis ne te lacrumis impende: ſed aſtum
Fati noſce mei, diſce timere tui.

DEFVNCTVS AD PATREM.

Vulnere ego perij, ſed dulcia lucra reporto
Nam pro morte mihi vita beata redit.
Fata quid ergò gemis mater mea mortis iniquæ
Vltor erit Chriſtus, qui malefacta videt.

Digitized by Google

CVIVSDAM.

Sommeri ſoboles iacet hac . . . . in vmbra
Hunc illi extremum fata dedere locum.
Hyberno mæſtus cecidit qui tempore, certò
Æſtiuò lætus Sole reſurget humo.

CVIVSDAM.

Barbara . . . . charisſima coniunx,
Hic ſita ſum grato poſt mea fata loco.
Nam quibus haud licuit mecum eſſe in luminis ora
Hî me iam buſti proximitate beant.
Dextra parte parens, læua mea nata quieſcit
Sedem vnam mater, filia, neptis habent.

CVIVSDAM.

Natus erat cano patri, atq; hoc charior illi
Natus erat, vita ſed breuis vſus erat.
Nam primis animam iuſſit mors ponere cunis,
Et vix viſa illi vita relicta fuit,
Quò breuius vixit terris, hoc æthere viuet
Longius: hæc mæſtum ſpes leuat vna patrem.

CVIVSDAM.

Hìc cubo . . . . proles ſata ſtirpe . . . .
Zacharias, trimus vix puer interij.
Delectabar aquis: perij ſubmerſus in iſtis,
Mens latet in Chriſti non peritura ſinu.
Diſcite mortales hæc quàm ſit vita caduca,
Si tamen hæc vita eſt, quæ velut vmbra fugit.

CVIVSDAM.

Qui ſubij vitæ de limine, limina mortis:
Hoc moriens poſui membra tenella ſolo.

Diſce

Diſce breuis quam ſis æui, velut vmbra, viator,
Mors ſequitur iuuenes decrepitósq; ſenes.
Abijce longæuæ ſpem vitæ, teq; memento
Maturum morti quolibet eſſe die.

CVIVSDAM.

Hac ego .... condor in vrna;
Vt morior, bis ſex luſtra fuêre mihi.
Impiger extremos vidi Garamantas & Indos,
Et ſenſi vitæ multa pericla meæ.
Poſt exantlatos vitæq; viæq; labores,
In thalamos iuit virgo pudica meos.
Quæ bis fæminea me fecit prole parentem,
Altera meq; ſuum Sara vocauit herum.
Tandem ego pertæſus lacrymoſa hac valle morari,
Cum Chriſto cupij viuere & eſſe meo.
Nec mora, vota Deus leni mea percipit aure,
Et vocat ad ſuperi celſa theatra poli.
Terra quod è terra corpus fuit accipit, alto
Qui fuit è cælo, ſpiritus, aſtra tenet.

CVIVSDAM.

Tu quod es, hoſpes eram, nunc me vita exuit, atque hîc,
Obruit exuuias mors inimica meas.
Sed quia tu fies, quod ſum, poſt funera quæuis
Ipſe tibi fieri, quæſo precare mihi.

CVIVSDAM.

Lex immota manet fati, genitabilis ordo
Naſcitur vt pereat, diſperit vt redeat.

Digitized by Google

Sic quoq; ego viuis exemta Olearius vxor,
Heshuſio magno quæ genitore ſata.
Mortis iter calco non mortis, mors mihi vita
Vita mihi mortis ſemita certa fuit.
Vixi & quem dederas curſum mihi, Chriſte, peregi.
Promta manum miſeris pergere, caſta thoro.
Grata viro, ſoboli gratiſſima, ſedula multis
Officijs: ſed mors neſcit amare decus.
Non perij, præij potius, manſuraq; viuo
Sidereisq; plagis inſita ſtella mico.
Qui bene obit, nequaquam obit, exit, vt intret in æuum.
Perpetuum: Vigila mors inopina venit.

CVIVSDAM MVLIERIS.

Vt celeri varioq; venit mors horrida greſſu!
Hunc necat inſidis Eunoſigæus aquis.
Mars alios: illum lento cruciamine Febris
Mactat, me miſerum Parca ſeuera necat.
Nam dum ventris onus, fœtum deponere luctor,
Officiumq; piæ parturientis ago.
En; cado difficili partus extincta labore,
Et luctum pario, cordoliumq; viro.
Sed benè habet. Fida dum coniugis impleo partes,
Haud potui mortem pulchrius oppetere.
Quid mirum eſt, Racheles fatum ſi triſte ſubiui
Quam vita, & fidei laude imitata fui?

CVIVS-

Digitized by Google

CVIVSDAM.

Siſte, viator iter, ſolido de marmore cæſum
Hoc, Mauſolæum, vicerit artis opus.
Aſpice, vt artifices, fatum, fortunaq́ dives
Certet, & ingenij vincat ab arte vigor.
En hic viuifica forma ſuperante figura,
Spirantesq́ genæ, viuus in ore color.
Admiranda quidem moles: ſed condita virtus
Maior; vt affingi neſciat artis ope.
Clauditur Auguſti magnum ſub marmore corpus,
In quo templa Deus, ſtruxit & alma fides.
Caniciẽ Auguſtum pectus: data gratia vultu,
Suada labris, pietas corde, genisq́ pudor.
Relligio, Candor, virtutum exercitus omnis,
Hic ſibi coniunctas applicuere manus.
Nunc in porrecto, placidè ſopita quieſcunt
Corpore: corpus humum ſpiritus aſtra tenet.
Richardo genitus, Sophia de coniuge gignit
Pignora ſena: Solo bina, quaterna polo.
Hinc viduo miles lecto, progreſſus in hoſtem
Ære ſuo, Hiſpano, ſub duce bella gerit.
Inde redux thalami ſociam ſibi iunxit Eliſam
Et ſterili vixit, bis tria luſtra, toro.
Arx erat & caſtrum Muſis, inopumq́ patronus
Cæſaribus Neſtor, principibusq́ comes.
In ſenio largus, nulli grauis, omnibus vſu,
Iura foro ſtatuit, templa ſcholasq́ Deo.
Bis ſeptem luſtris binos ſuperaddidit annos
Totaq́ ſic forti eſt vita peracta viro.

Digitized by Google

Virtutum exemplar, generiſq́; illuſtre reliquit
Richardum: hoc viuo fulget honoris apex.
Iſta viator, erant, quorum ne neſcius eſſes
Tuta quies cineri ſit, rediuiua ſalus.

CVIVSDAM.

Parcat liuor iners tenebris, & morte ſepulto,
Cuius nunquam vlli vita moleſta fuit.
Stemmate .... patria ſum Saxo, Camænis
Ars mea & æterno ſeruijt vſque Deo
Scis iam, qui fuerim; Quis tu ſis, neſcio, lector,
In tenebris: Ipſum te, rogo, noſſe velis.

Gallica, Hiſpanica, Belgica, & Polonica, ex ſelect. Chriſt. orb. delic. Franc. Swertij.

GALLICA.

BRVNONIS.

Primus in hac Chriſti director ouilis eremo
Fundatorq́; fui, qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen, genitrix Germania, meq́;
Ad Calabros traxit grata quies nemoris.
Doctor eram, præco Chriſti, vir notus in orbe,
Inſuper illud erat gratia, non meritum.
Carnis vincla dies Octobris ſexta reſoluit,
Oſſa tegit lapis hic ſpiritus aſtra petit.

CVIVSDAM.

In cella ſedeas; ſanctam dedit illa quietem,
Teq́; poli rectum, crede, docebit iter.
Nec Benedictinæ violabis dogmata normæ,
Si tua te clauſum Cellula ſemper habet.

Digitized by Google

REG. EPISCOPI.

Diſcite mortales ſortis memoranda ſupremæ
Fata, quibus mors eſt indita, vita breuis.
Nobile Pontificum decus hac Reginaldus in vrna
Occubat exilij contumulatus humo.
Pariſiæ quondam præſul celeberrimus vrbis,
Fatali ad ſuperos ſorte vocatus obit.
Quiſquis ades, ..c te fragilem memorare viator,
Mors eſt certa, breuis gloria, vita nihil.

EIVSDEM.

Seu confecta fuit ſenio, ſeu floruit ætas,
Hunc tenuit quouis tempore cura triplex.
Reddere vota Deo, ſcripturæ iucumbere ſacræ,
Imbuere hanc ſacra relligione donum.

MATTHIÆ TOZATI.

Occiduæ tandem proſtratus mole ſenectæ
Hîc recubans taceo, qui ore trilinguis eram.

PETRI COMESTORIS.

Petrus eram, quem petra tegit: dictusq́ Comeſtor.
Nunc comedor. viuus docui, nec ceſſo docere
Mortuus, vt dicat, qui me videt incineratum,
Quod ſumus, iſte fuit, erimus quãdoq́ quod hîc eſt.

ROBERTI GVAGVINI HISTORICI BELGÆ.

Illuſtris Gallo nituit qui ſplendor in orbe,
Hîc ſua Robertus membra Gaguinus habet.
Si tanto non ſæua viro Libitina pepercit;
Quid ſperet docti cætera turba chori?

IOAN. DE SACROBOSCO.

De Sacroboſco qui computiſta Ioannes
Tempora diſcreuit, iacet hîc à tempore raptus.

Tem-

Digitized by Google

Tempore qui ſequeris, memor eſto quòd morieris.
Si miſer es, plora: miſerans pro me precor ora.

CVIVSDAM.

Præſes eram: præſes morior: poſt funera præſes
Permaneo, recti fama perire nequit.
Antè loco pelli, vitaq́ pericla ſubire,
Quam ſacra mutari patria ſuſtinui.
Nil regem offendi, nil legem, nil quoque mentem,
Vtque priùs conſtans, integer emorior.
Viue meo exemplo quiſquis ſuccedis honori,
Mortuus & viuus tum bene & clarus eris.

NICOLAI DE LYRA THEOL. D.
DEFVNCTVS LOQVITVR.

Ne me tu Ignores properans dum plurima luſtras,
Qui ſum, ex his noſces quæ pede buſta teris.
Lyra breuis vicus Normanna in gente celebris,
Prima mihi vitæ ianua ſorſque fuit.
Nulla diu mundi tenuit veſania natum,
Protinus euaſi relligione minor.
Vernolium admiſit currentem ad ſacra tyronem,
Et Chriſti docuit me domitare iugo.
Vt tamen ad mores legis documenta beatæ
Addita planaret ſimplicitatis iter.
Artibus ipſe pijs & Chriſti dogmate fretus
Pariſij excepi ſacra magiſterij.
Et mox quæque vetus, & quæque recentior affert
Pagina, Chriſticolis ſplendidiora dedi.
Littera nempe nimis quæ quondã obſcura iacebat,
Omnis per partes clara labore meo eſt.

Et

Et quos ſæpè locos occîdens littera tradit,
Hos typicè humanis actibus exhibui.
Extat in Hebræos firmiſſima condita turris
Noſtrum opus, haud vllis comminuenda petris.
Inſuper & noſtri releguntur ſæpè libelli,
Quos in ſenſa Petri quatuor arte tuli.
Eſt quoquè Quodlibetis non irrita gloria noſtris,
In qua tu iuſtus arbiter eſſe potes.
Non tulit hæc vltrà vitam proferre merendo
Omnipotens dominus, quo ſumus & morimur,
A cruce tu cuius numeres ſi mille trecentos,
Adiungens vnà quatuor & decadas,
Illo me rapuit mors omnibus æmula ſæclo,
Cùm micat Octobris terna vigena dies.
I iam quo tendis Nicolai illectus amore,
Quo doctore tibi lex reſerata patet.

DOCTORIS ALEXANDRI ALENSIS.

Gloria doctorum, decus, & flos Philoſophorum,
Auctor ſcriptorum vir Alexander variorum,
Norma modernorum, fons veri, lux aliorum,
Inclytus Anglorum Archileuita; ſed horum
Sprecor cunctorum, frater collega Minorum,
Factus egenorum, fit primus Doctor eorum.

R. P. GVILIELMI HICETI DOCT. CELEBERR.

Hîc tegitur Paſtor longè vigilantior Argo,
Quem reuocat plebs heu! & minor ordo gemit.

Vox

Vox populo dulcis, doctrina, modeſtia, Iuris
Diuini interpres, Theologia iacent.
Hoc ne terra foret cæleſti clarior aula,
Eſt celeri ad ſuperas nube receptus opes.

F. SIMONIS FONTANI DOCT. AC LECT. THEOLOGIÆ.

Fons ego cæleſti manans de fonte profudi,
Quas poto è ſacri gurgite fontis aquas.
Has ſibi dum ſitiens haurit fons, areo ſed ſic,
Vt redeam ad fontis prima alimenta mei.
Iam raptus, viuo Chriſti me proluo fonte,
Quo mihi, quæ fuerat, deſinit eſſe ſitis.

PETRI QVIQVERANI EPISCOPI SECENENSIS.

Dum iuuenilis honos, prima lanugine malas
Veſtit, & in calido pectore feruet amor.
Me rapuit, quæ cuncta rapit, mors inuida doctis:
Hei mihi, cui vitæ tam breuis hora fuit?
Cur breuis hora fuit? rerum ſic voluitur ordo,
Alternatq́ ſuas tempus & hora vices.
Si fera longeuæ tribuiſſent fata ſenectæ
Tempora, venturis poma dediſſet ager.
Flos perijt, periere ſimul cum cortice fructus,
Aridaq́ ante ſuos poma fuere dies.
Nemo tamen lacrumis, nec triſtia funera fletu
Fœdet: cur? volito docta per ora virûm.

QVI LOQVITVR DORMIT.

Vitam tranſegi perfunctus honoribus amplis,
Diſplicui nulli, iam tibi munde vale.

Nunc

Digitized by Google

Nunc cinis, at viuam, iudex cùm venerit æquus
Omneis ante ſuum ſiſtere iudicium.

HENRICI II. CORDI S.

Pyramidos huius ſi quis myſteria gliſcit
Noſſe, ſub iſta ſuo cor pede Regis habet.
Virgineos habet triplici ſub imagine vultus,
Ac Charites trinas ſignat imago triplex.
Prima fidem propriè ſignat, ſpem ritè ſecunda,
Tertia dilectam denotat eſſe Charin.
Quas Rex Henricus miro poſſedit amore,
Has veluti ſponſas notus habebat amans.
Firma Fides Regis, Spes certa, Charisq; perennis,
Nullis temporibus deſeruiſſe virum.
Hinc fit vt admixtas cernamus iungere dextras,
Quòd nuſquam fuerit Rex pius abſq; tribus.
Iure manus igitur coniunctas ſemper habentes
Abſq; tribus ſcandit nullus ad aſtra, docent.
Carminis iſtius lectorem quemq; monebo,
Hoc Regina ſuum cor cupit eſſe loco.
Dum vitæ Lacheſis præſentes finiet annos,
Et fuerit propria morte ſecuta virum;
Vt quorum fuerit cor vnum, atq; vna voluntas,
Dum ſimul amborum mutua vita foret.
Corporibusq; ſuis vnum viuendo cubile
Vt fuit, vt viuis ſpiritus vnus erat.
Sic quoq; mors properans minimè diuiſit vtrumq;
Vt fuit, illorum ſic erit vnus amor.
Iſtius ergò rei ſit Pyramis optima teſtis,
Quæ ſimul amborum corda ligata tenet.

GOVARDI.

Quiſquis ad hoc venies non grandi ætate ſepulchrum,
Diſce; malo poteris doctior eſſe meo.
Forma nemo ſua confidat, nemo iuuenta,
Lanificas nequeunt iſta mouere Deas.
Nec iuuat immenſis dediciſſe laboribus artes;
Mors etiam doctis inijcit atra manus.
Mi nihil illorum facilis natura negarat,
Et tamen obſcuras cogor inire vias.
Securus miſer exitij ignarusq́ue futuri,
Viue memor leti: mors inopina venit.

IAN. PASSERTII.

Hic ſitus in parua Ianus Paſſertius vrna
Auſonij Doctor Regius eloquij.
Diſcipuli memores, tumulo date ſerta magiſtri,
Vt vario florum munere vernet humus.
Hoc culta officio mea molliter oſſa quieſcent,
Sint modò carminibus non onerata malis.

IOAN. RAYSII.

Heu nimium propera præreptus morte Ioannes
Rayſius hoc tumulo conditur exanimis.
Germanus patriâ, Rheni prognatus ab oris,
Francforti patrio ſtemmate clarus erat.
Non laus ingenij, non virtus defuit illi,
Non conſtans veræ relligionis amor.
Et iam ſpes patriæ non parua, ſed vltima ſtirpis,
Ni cita veniſſet mors, erat ille ſuæ.

Ergo

Digitized by Google

Ergo bonos tu quiſquis amas, hunc plange viator:
Et velut ille optate benè poſſe mori.

IOANNIS VALLÆI ET FILIÆ.

Verus amor, qualis caſtos eſt inter amantes,
Qui ſubiere duo connubiale iugum.
Non vmquam moritur, prius hoc moriente, vel illa,
Simplice ſed tumulo cor ſtat vtrumquè duplex.
Namque ego quæ duxi Franciſca Biraga maritum
Vallæum Ioannem fida, ſuperſtes, amans:
Eius in hoc loculo poſui cor, donec eodem
Cor quoque ponatur poſt mea fata meum.
Filia & amborum iacet hic ſita Margaris, vt ſit
Amborum fidi fœderis ipſa fides.

MAVGERONIS.

Maugeronis in hoc ſunt oſſa repoſta ſepulcro,
Cui virtus annos contigit ante ſuos.
Octo namq; decem natus non pluribus, annos,
Alter erat Cocles, Hannibal alter erat.
Teſtis erit tantæ iuuenili Iſſoria capta
Virtuti, teſtis perditus hîc oculus.

QVÆSLEI.

Quæſleus iacet hîc, Martis certiſſima proles
Martia, ſi Parcæ tempus ad arma darent.
Quantum vi inuictus, tam mente & moribus æquus.
Felix, ſi felix non nimis ille foret.
Inuidiam peperit virtus maturior annis,
Cæſus at inuidiæ viuit in inuidiam.

M. M. IOANNIS STADII MATHEMATICI EXCELLENTISS.

Dum numeris Cælum metitur, & ignea cæli
Sidera, perq́; ſuas iam docet ire vias.
Et quid ab antiquo deflexerit ordine, curſum
Quâ cieat varians quiſque Planeta, notat.
Ecce tibi ſubito lucis malè cautus oborta
Puluere in hoc Stadius percitus igne iacet.
Imò animus Cælos notâ regione ſecutus
Iam ſua metitur ſidera; Lector, abi.

PAPINI.

Hìc iacet immiti præreptus morte Papinus,
Quem primo genitum luget vterq; parens.
Pictor fuit, magnam ſed dum veniſſet in vrbem,
Ciuis vbi ductâ coniuge factus erat.
Protinus exarſit ciuili Gallia bello,
Atquè ipſa in Regis plebs furioſa caput.
Hìc dum Burbonidæ ſequitur pia principis arma,
Ante vrbis muros & patris ora cadit.
Nate, tibi inuideo, quòd abis: ego duro ſuperſtes,
Debueram infelix qui tamen ire prior.
Tu me lugentem belli ſub face relinquis,
Tequè mihi, atquè tuis ſubtrahis, & patriæ.
Heu! quàm diſſimiles verſo ſumus ordine fati,
Vita mea eſt mihi mors; mors tua vita tibi.

S. DIO-

S. DIONYSIANA.

CAROLI CALVI.

Imperio Carolus Caluus, regnoq́ue potitus
Gallorum, iacet hac ſub breuitate ſitus.
Plurima cum villis, cum clauo, cumq́ue corona
Eccleſiæ viuus huic dedit ille bona.
Multis ablatis nobis fuit hic reparator
Sequarij fluuij, Ruollijq́ue dator.

CARLOTÆ VALESIÆ.

Carlota octaui metas properabat ad anni,
Cùm pro ſe lacrymas, liquit & hunc tumulum.
Qua nihil hæc ætas præſtantius indole vidit,
Aut quo penderet certius auxilio.
Tantum quippe inerat ſpecimen virtutis amorq́ue,
Vt feſſa ingenti ſecla leuaſſet ope.
Ecce Deo viſum ſecus eſt: qui limine in ipſo
Irrita, cùm libuit, votaq́ue ſpemq́ue facit.

CVIVSDAM.

Hoc oriens, illo virtus prouecta ſepulcro
Clauditur: hoc natæ, matris at illud habet
Oſſa. breui tantam iacturam fecimus, eheu
Condidimus natam matris in exequijs!
Illa decus, ſpes hæc orbis, duo ſidera quæ nunc
Ante Dei meritis ſedibus ora micant.
Nos noſtro interea premimur, Franciſce, dolore
Atque tuo, heu nullis rebus habenda fides!

CAROLI NONI.

Carolus exſpectat loculo Rex nonus in iſto
Supremi clangat dum tuba iudicij.
Quem quicumq; bonus nouit, benè luxit acerbè
Extinctum, viuum deperijt tenerè.
Leni adeò fuit ingenio, leni bonitate,
Aſpectui leni, lenior alloquio.
Aſpera enim cùm ſæuirent circum omnia in illum,
Confluxit lenis quidquid vbique fuit.
Nam puer ad ſceptrum venit regale decennis,
Annos quod tredecim dimidiumq; tulit.
Continuis in proditionibus atquè periclis
Belli inteſtini, & iugibus inſidijs.
Maiorum dum ſacra pius fortiſq; tuetur,
Nec peſſum cultus ire pius patitur.
Hæreticos reprimens cæca ambitione rebelles,
Numinis oblitos, Principis, & patriæ,
Donec præcipiti fato tum deſijt eſſe,
Heu quando potius debuit incipere!
At tu pro tanto veræ pietatis amore,
Quæſo bone, & tanta pro bonitate, Deus.
Hunc facias numerum in cœlis augere bonorum,
Et ſedem manes inter habere pios.

AMBIANI.

CVIVSDAM.

Fraternam dum mente animam ſequor aſtra petentem,
Et cupio hac condi, quâ tumulatur, humo.

Quod

Quod mea, quod noſtræ non tantum gloria gentis
Occidit, aſt huius lausq́; decusq́; ſoli.
Audijt orantem madidum de ſede beata,
Reddidit ad queſtus talia verba meos.
Deſine frater, vt hæc capias miracula, vinctus
Sum liber, moriens viuo, recedo manens.
Oſſa tegit lapis hic, liber ſed in æthere viuit
Spiritus, inter vos per mea ſcripta moror.

BELLOVACI.

D. DE FOSSE CANONICI.

Natus humo, defoſſus humi, cæleſte ſepulcrum
Quæro: requirentis iam miſerere Deus.
Si leuiter colui te, aut ſegniter intus amaui,
Hoc vetus inflixit reptile vulnus homo.
Ante diem rapior, raptum non deſeris, imò
Eripis, erepto tu mihi vera ſalus.

EIVSDEM.

Viue memor lethi, dum res eſt læta; repentè
Nam mors nocturni furis ad inſtar, adeſt.
Cuiq́; mori certum, nihil eſt incertius hora,
Viuit eâ ſapiens qua cupit arte mori.
Nec tibi promittas decus ô iuuenile ſenectam;
Sæpe ſuum candens flos cadit ante diem.

ANDEGAVENSIA.

IOAN. OLIVARI EPISCOPI ANDEGAVEN.

Ianus Oliuarius iaceo hîc ſub marmore duro,
Iſtius ædis eram præſul & immeritus.

Peccaui fateor (quis enim offendiſſe negabit?)
Aſt veniæ in Chriſto ſpes mihi firma fuit.
Qui noſtrum gratis abſterſit morte reatum,
Et nos non noſtris iuſtificat meritis.
Hanc ſpem vos fratres precibus votisq́ iuuate,
Manibus vt noſtris pax ſit & alta quies.
Ac mortis memores benè viuite, & vſque valete,
Sitq́ eadem vobis poſt obitum requies.

CVIVSDAM.

Mortuus ecce licet iaceam, viuo tamen, & te
Hoſpes nil ſuper hac morte timere velim.
Ipſe abij, haud obij, nec mors hæc vera putanda eſt;
Parte ego cùm viuam nunc meliore mei.
Mors oculos tantùm premit, & ſopor occupat artus,
Puriùs ac meliùs mens animusq́ vigent.
Membra operit tellus, ea donec Chriſtus ab alto
Excitet: hæc ſpes eſt, quæ pia corda fouet.
Hanc precor hoſpes habe: hac diſcas contemnere lethum,
Et melius vitæ noxia quæq́ feres.

RHEMENSIA.

DIONYSII HINCMARI.

Nomine non merito præſul Hincmarus, ab antro
Te lector tituli, quæſo memento mei.
Quem grege paſtorem proprio Dionyſius olim,
Rhemorum populis, vt petiêre, dedit.

Qui-

Quique humilis magnæ Rhemenſis tegmina plebis
Rexi pro modulo: hîc iam modo verme voror.
Ergò animæ requiem nunc, & cum carne reſumpta
Gaudia plena mihi hæc quoque poſce ſimul.
Chriſte tui clemens famuli miſerere fidelis:
Sis pia cultori ſancta Maria tuo.
Dulcis Remigi ſibimet deuotio proſit,
Qua te dilexit pectore & ore, manu.
Quare hîc ſuppetijt ſupplex ſua membra locari:
Vt bene complacuit deniquè ſic obijt.

S. FVLCONIS ARCHIEPISCOPI
RHEMEN.

Hoc tumulo magni Fulconis membra teguntur,
Rhemorum ſedis Præſulis egregij;
Germine nobilium quem Francia protulit ortum,
Aulaq; de ſcholis ſumpſit & excoluit.
Hunc Deus aſſumptum ſtatuit virtute probatum,
Eccleſiæ ſpeculum, Pontificemq; pium.
Septenos, denosq; ſimul cui præfuit annos,
Tres menſes, denos inſuper atq; dies.
Auxit Epiſcopium, ſuperaddens plurima rerum,
Vrbis & iſtius mœnia reſtituit.
Orbis honor, patriæ tutor, pietatis amator,
Pro ſtudio pacis confoditur iaculis.
Septenum demumq; diem iam menſis agebat
Iunius, & dira morte peremptus obit.
Cui Matris Domini, pariter quoq; præſulis almi
Remigij pietas obtineat requiem. Amen.

NANCEI IN LOTARINGIA.

CAROLI BVRGVNDÆ.

Carolus hoc buſto Burgunda gloria gentis
Conditur, Europæ quæ fuit antè timor.
Ganda rebellatrix hoc plebs domitore, crematas
Poſt patria leges, perpete preſſa iugo eſt.
Non minùs hunc ſenſit tellus Leodina cruentum,
Cùm ferro & flammis vrbs populata fuit.
Monte ſub Heritio Francas cum rege cohortes,
In pauidam valido truſerat enſe fugam.
Hoſtibus expulſis Eduardum in regna locauit
Anglica, primæuo reſtituens ſolio.
Bella ducum, regumq́; & Cæſaris omnia ſpernens,
Totus in effuſo ſanguine lætus erat.
Deniq; dum ſolitis fidit temerarius armis,
Atq; Lotharingo cum Duce bella mouet.
Sanguineam vomuit media inter prælia vitam,
Aureaq́; hoſtili vellera liquit humo.
Ergo triumphator longæua in ſecla Renatus,
Palmam de tanto Principe victor habet.
O tibi, qui terras quæſiſti Carole, cœlum
Det Deus, & ſpretas antea pacis opes.
Nunc dic Nanceios cernens ex æthere muros,
A clemente ferox hoſte recondor ibi.
Diſcite terrenis quid ſit confidere rebus;
Hic toties victor deniq; victus adeſt.

EIVSDEM.

Dux iacet hìc Carolus, Belgarum illa ignea virtus,
Cui Mauors dederat bella gerenda pater.

Quem

Digitized by Google

Quem timuit ſubitis animoſus Gallus in armis,
Cuiq́ Alemannorum terga dedêre duces.
Quiq́ animum Heſperias bellis agitabat in urbes,
Sed ſubitò inuertit ſors truculenta viam.
Nam cùm Ranerium bello ſibi prouocat hoſtem,
Occubuit fuſo milite ſtratus humi.
Quæ ne tanta viri laus inteſtata iaceret:
Hoc victor victi condidit oſſa loco.

Hiſpanica.

COMPLVTI.

FRANCISCI XIMENI S.R.E. CARD.

Condideram Muſis Franciſcus grande Lyceum,
Condor in exiguo nunc ego ſarcophago.
Prætextam iunxi ſacco, galeamq́ galero,
Frater, Dux, Præſul, Cardineusq́ Pater.
Quin virtute mea iunctum eſt diadema cucullo,
Cùm mihi regnanti paruit Heſperia.

BVRGIS.

LOYSÆ SIGÆÆ.

Docta Sigæa iacet gelido hoc ſub marmore, cuius
Ob mortem mœrens, heu! gemit Heſperia.
Et meritò, quoniam Hebræa, Græca atq́ Latina,
Non ſecus ac patria voce perita loqui.

Digitized by Google

Tot linguas huius rapuit mors ſæua puellæ,
In tenera admirans accumulata ſimul.
O mors in vanum liuor, diffuſa per orbem
Fama volat. ſanctam non capit vrna animam.

MARTINI AZAGRIÆ ARRAGONENS.

Dum Salo, dum Sicoris, dum Cinga augebit Iberi,
Dum maris augebit magnus Iberus aquas.
Poſt cineres, maneſq; tuos, heu magne Surita,
Semper erit maius nomen in orbe tuum;
Annaleſq; tui tantarum pondere rerum
Æterni, æternum te ſine morte dabunt.

MONTILLÆ.

IOAN. AVILÆ.

Magni Auilæ cineres, Venerabilis oſſa Magiſtri,
Saluete, extremum condita ad vſque diem.
Salue Diue Pater, pleno cui flumine cælum
Affluxit, largo cui pluit imbre Deus.
Cæli rore ſatur, quæ mens tua fuerat intus,
Mille duplo retulit fœnore pinguis ager.
Quas Tagus ac Bætus, quas Singylis alluit oras,
Ore tuo Chriſtum buccina perſonuit.
Te patrij ciues, te conſulturus adibat
Aduena, tu turris Numinis inſtar eras.

Quan-

Quantum nitebaris humi reptare puſillus,
Tantum prouexit te Deus aſtra ſuper.

IPSE LECTORI.

Auila mî nomen, terra hoſpita, patria cælum:
Quæris quo functus munere? meſſor eram.
Venerat ad canos falx indefeſſa ſeniles,
Quæ Chriſto ſegetes meſſuit innumeras.

VLYSSIBONÆ.

MICHAËLIS CABEDI.

Oſſa Michaëlis ſunt hîc tumulata Cabedi,
Quem legum & iuris docta caterua gemit.
Florentem ſtudijs, genere, haud ætate labantem
Mors tulit humanis inuidioſa bonis.
Cauſarum iudex, inter quos regia honorat
Curia, præclarum nomen adeptus erat.
Cingebat gemina (quod rarum eſt) tempora lauro.
Inque forum Phœbum, Caſtalidasque tulit.
Gloria ſed maior morum eſt & vita probata,
Quæ numquam a recto deuia iure fuit.
Ergo cadauer humo requieſcit, ad aſtra volauit
Mens iuſta; & iuſti iudicis ora videt.

CVIVSDAM IOAN.

Externis quicumque venis peregrinus ab oris,
Auriferique intras oſtia magna Tagi.
Siſte ratem, mœſtique vide monumenta doloris,
Si vacat, & noſtris fletibus adde tuos.

Hic

Hîc iacet ereptus primæuo in flore iuuentæ
Ioannes, regni cura dolorq́; ſui.
Si faciem & mores, ſi quis conſideret annos,
Dignior æternùm viuere nemo fuit.
Viſum aliter ſuperis, quos plus iuuat ardua ſemper
Caſibus, & ſubitis implicuiſſe malis.
Si quid amas, nolis nimium placuiſſe, ſenectam
Vix vmquam ſummis fata dedere viris.

ALIVD.

Luſitanorum columen, noſtraq́; ſepultam
Spem libertatis, continet hic tumulus.
Hîc iacet egregij ſoboles præclara Ioannis,
Ille nepos magni Cæſaris, atq; gener.
Vix decimum ætatis, ſextumq́; expleuerat annum,
Vix pubertatis tempora tranſierat.
Iniecit mors ſæua manum, tantoq́; repentè
Priuauit miſeros Principe Lyſiadas.

BELGICA.

ANTVERPIENSIA.

IOB. NAVCLERI.

Louanij doctus, Dordraci natus, Iobus,
Hoc eſt Naucleros conditus in tumulo.
Quem virtus, pietas, & docta gratia linguæ
Huius Plebanum fecerat eſſe domus.
Illum, heu! Parca ferox, noſtro nimis inuida Clero
Vix paſſa eſt vitæ luſtra videre decem.
Sed febre confectum dedit hoc ſub marmore corpus,
Hac cineres atros oſſaq; texit humo.

Diſce

Diſce hoſpes, nulli crudelia parcere fata,
Atq; ſilenti vmbra vota benigna face.

IACOBI IONGELINGI.

Qui ſtatuis animam, mirabilis, indidit ipſis,
Phidia & arte potens, Praxitelisue fuit;
Heſperijs qui notus erat, qui notus Eois,
Regibus & gratus, Principibusq; viris.
Atq; Ducali ideo Præfectus ritè Moneta,
Qui laude egregia munus obiuit idem;
Ergo mori Iuuenis potuit, vel debuit ille?
Qui æquauit veteres Dædala in arte viros?
Perpetuaq; fuit dignus florere Iuuenta?
Viuere & Artificis ære perenne magis?
Ah! iacet ille tamen Juuenis modò puluis, & vm-
bra.
Viue bene. Omnia ſunt vana, caduca, nihil.

LOVANIENSIA.

D. MARGARITÆ VXORIS CAROLI DVCIS BVRGVNDIÆ.

Margaris Anglorum ſum ſtemmate nata ſu-
perbo,
Regis ſoror recitanda, Regis filia.
Carolus eſt coniux Burgundio Marte peremptus:
Dein ter nouem viduata dego Conſules.
Interea quæ cura rogas? fuit vnica cura
Viros fouere ſacros, ſacrasq; fœminas.
Quid docti? doctis templorum confero curas
Quibuslibet, legem modò norint ſacram.

Quid

Digitized by Google

Quid ſibi Magnates? ſibi quid Simonis alumni?
Malè audiunt, petentes quod dari eſt nefas.
Hæc mihi fas de me, narrabunt cetera veri
Simul.m expetentes & ſacri & docti viri.

D. GVILIELMI A BRVXELLA.

In tria diuiſus nunc ſum, qui mole ſub vna
Quamuis Naturæ duplicis, vnus eram.
Reddita mens cælo, cor & hic, & viſcera marcent.
Trudo fouet molli cætera membra ſinu.
Cùm Iudex aderit magnus, diſperſa coibunt,
Et fiam rurſus de tribus vnus homo.

IOANNIS A MOGVNTIA.

Ecce Moguntinæ vixi certiſſima gentis
Progenies, tellus quem peregrina tegit.
Sed natalitios diuino munere fines
Deſerui, & quicquid patria dulcis habet.
Claſſicus Aurelio tandem ſub Principe miles,
Signifer hac diua primus in arce fui.
Scriptaq́; ſupremo liqui pro munere charis
Fratribus, ætatis ceu monumenta meæ.
Annoſum hinc miſerata ſenem natura dolori
Præcluſit, fato prædominante, viam.
Si prius ingenuos potuiſti inflectere ſenſus,
Da paradiſiacam mi Paraclete domum.

TRAIECTENSIA.

ROLANDI DELPHI.

Quis tegitur tumulo? Rolandus Delphinus ille,
Deliciumq́; hominum, deliciumq́; Dei.

Illius

Digitized by Google

Illius ſed enim mentem finxiſſe videtur,
Candida ter puris ſimplicitas manibus;
Innocuos mores Probitas, Induſtria corpus.
Ora lepor; cineri tot bona Parca dedit.
Simplicitas, probitas, induſtria, flete leporq́ue:
Nam iacet hîc veſtro Delphius exitio.

GANDENSIA.

ANONYMI.

Viglius hîc recubat, decorat quem Gamma Pelaſgen:
Quo dempto, inuenies vilius eſſe nihil.

ISABELLÆ CAROLI V. SOR.

Dania me coluit, pulſam Germania vidit:
Primum ortum dederat terra Brabanta prius.
Nulla harum potuit morientem cernere, ſed quæ
Ganda habuit mentem, nunc quoque corpus habet.
Tempora ſi quæris quæ me rapuêre ſub vmbras,
Accipe, & in memori ſcripta reconde ſinu:
Pectore ſub medio Phœbum cernebat Aquarius,
Marsq́ue horam tenuit, ſed Venus ipſa diem.

IVDITH VXORIS BALDVINI COMITIS FLANDRIÆ.

Regis Francorum Caroli ſum filia Calui,
Nobilis illa Iudith & ſpecioſa nimis.

Vxorem

Vxorem ſibi quam me ſumpſit Ferreus olim
Balduinus, Duce quo Flandria pacem habuit.
Gloria qui veterum mihi quondam magna meorum
Extitit. heu! Carolum mors rapuit iuuenem.
Alter ſuccedens patri, regnauit & ipſe
Tempore ſat longo, mors rapit hunc ad eum.
Omnia deficiunt mortalia gaudia mundi,
Et ſub Sole nihil permanet hîc ſtabile.
Princeps prima ſui Flandrenſis inclyta quondam,
Nunc ſed in anguſto contrahor hoc tumulo.
Iam mihi nil proſunt vir, proles, patria diues,
Eſt mea ſed fœdis vermibus eſca caro.

PETRI BACHERII.

Si canitur niueis ſub mortem nœnia cygnis,
Dum premit innocuum longa ſenecta caput;
Cur mihi non liceat triplices mea fata ſorores
Dum truncant proprias concinere exequias?
Intempeſtiuis albeſcunt tempora canis
Vtraq́;, quin frontem ruga ſenilis arat.
Caligant oculi, ſunt hæc præludia mortis.
Torpent officio pesq́; manusq́; ſuo.
Ganda vale, fratresq́; valete propinqui,
Liber ab exilio regna paterna ſequor.
Conſequar hæc meritis Chriſti, rogo: ſubleuat ægram
Spes mentem, trepidis anchora firma viris.
Sæpe per infeſtos ſcopulos, & naufraga ſaxa,
Noſtra eſt inſanis cymba rotata Nothis.

Non

Digitized by Google

Non tamen à vero me deuius abſtulit error;
Dogmate tentata eſt non temerata fides.
Sæpe (fatebor enim) peccati Nectare captus
Neglexi æterni iuſſa verenda Dei.
Da veniam faſſo, pauidæq; illabere menti:
Vulnera vulneribus dilue, Chriſte, tuis.
Diſcute mortales nebulas Dominator Olympi,
Migrantemq; animam qua potes arte iuua.
Lux perit, intereo, mors vrget, corporis huius
Exuuias viridi ſuſcipe terra ſinu.
Sic placuit Cyro viridanti in gramine condi
Rex tantus tumuli ſaxa operoſa fugit.
Hîc locus arridet, maiorum hîc oſſa quieſcunt,
Bunderij cineres, Gruterijq́; patris.
Iungo Rigermannum, Syluanum, VVincuſiumq́;
Ætate, & meritis, eloquioq; pares.
Non ego Coyanum, non te Rufelaerde ſilebo;
Olim nam impenſe fauit vterq́; mihi.

GRAMMATICI.

Grammaticen ſciui, multos docuiq́; per annos:
Declinare tamen non potui tumulum.

BRVGENSIA.

IOANNIS EYKCII.

Hîc iacet eximiâ clarus virtute Ioannes,
In quo picturæ gratia rara fuit.
Spirantes formas & humum florentibus herbis
Pinxit, & ad viuum quodlibet egit opus:
Quippè illi Phidias & cedere debet Apelles,
Arte illi inferior hac Polycletus erat.

Crudeles igitur, crudeles dicite Parcas,
Quæ talem nobis eripuêre virum.
At cùm ſit lacrymis incommutabile fatum,
Viuat vt in cæli parte, precare Deum.

DVACENA.

P. IOANNIS FOSSÆ.

Hæc ſunt in foſſa Foſſæ mirabilis oſſa,
Qui ſibi condendo verſus cere comminuit brum.

TORNACENSIA.

PETRI CORETI.

Ille Dei interpres, Chriſti Mariæq́ ſacerdos,
Hìc ſua feſſa Petrus membra Coretus habet.
Qui ſine è cathedra, cælorum arcana recludit,
Seu calami hæreticos detegit arte dolos.
Certa Pharus, dubio Portuſque Erectus in æſtu,
Gens pia naufragium ne pateretur, erat.

D. GVILBERTI D'OIGNIES EPISCOPI TORNACENSIS.

Quis iacet hìc? ego Guilbertus cognomine D'oignies
Quæ tibi conditio? Præſul in vrbe fui.
Quod pietatis opus? Chriſto nunc Iudice clarum eſt:
Ecquis opes? templum, pauper & hoſpes habent:
Quid fuit in voto? ſanctæ perfectio vitæ;
Euge, & Quæ ſurſum ſunt, bone paſtor habe.
Poſt genus & titulos, curas, operumq́ labores,
Quis modò te finis candide Præſul habet?
CortraCi fatVM, TornaCI ſVra ſepVLChrI
ConseqVor, & bona ſpes oſſo ſopora tenet.

LEO-

LEODIENSIA.

ANONYMI.

Quem tegat hic tumulus, quondā ſi Legia quæres,
Te, ſis vsq; licet maxima, maior erat.

MANDEVILLI.

Hoc iacet in tumulo, cui totus patria viuo
Orbis erat, totum quem peragraſſe ferunt.
Anglus Equesq; fuit, nunc ille Britannus Vlyſſes
Dicatur, Graio clarus Vlyſſe magis.
Moribus, ingenio, candore & ſanguine clarus,
Et vera cultor Relligionis erat.
Nomen ſi quæras, eſt Mandeuil, Indus, Arabsq;
Sat notum dicet finibus eſſe ſuis.

VLTRAIECTINA.

S. RADBODI EPISCOPI VLTRAIECTINI.

Eſuries te Chriſte Deus ſitis atq; videndi,
Iam modò carnales me vetat eſſe dapes,
Da mihi te veſci, te potum haurire ſalutis,
Vnicus ignotæ tu cibus eſto viæ:
Et quem longa fames errantem ambeſit in orbe,
Nunc ſatia vultu, Patris imago, tuo.
O Deus Omnipotens, cuius pietati redemptus
Subſiſtit mundus, qua generatus homo.
Reſpice me miſerum peccati mole grauatum,
Et nimium preſſum pondere, Chriſte, leua.
Ereptumq; gregis dira de ſorte, ſiniſtri,
Iudicij inter oues tempore ſiſte tuas.

POLONICA.

ANNÆ GONARIÆ.

Fœminei exemplar iacet hîc prægrande pudoris
Anna Staniſlai filia Gonarij.
Quæ genitricem habuit Sophiam virtute nitentem,
Lanckorunſco ſanguine progenitam.
Cùm teneri tria luſtra forent æui illius, vxor
Martino fauſtè eſt tradita Zborouio.
Bis quatuor ſiquidem pueris totidemq́ puellis
Hunc fecit fato proſperiore patrem.
Vidit & auctum opibus magnis, & honoribus amplis:
Nam Caſtellanus Cracouienſis erat.
Vnà vixerunt ita quinquaginta per annos,
Sed rapit è viuis mors priùs atra virum.
Illa quoque vndecimo pòſt letho extinguitur anno,
Andreæ feſto ſole cadente die.
Mille & quingentis & quinque vbi iunxeris annis
Septenas decades mortis hic annus erit.
Hæc ita dum vixit, natos in honoribus amplis
Egregios vidit, qualibet arte viros.
Vidit & his ſimiles è prole vtraque nepotes
Indole. num dici iure beata nequit?

CALLIMACHI ITALI.

Exuuias præter pellemq́ atque oſſa Latini
Nil hîc Callimachi terra Polona tegit.

Illa

Digitized by Google

Illa Boryſthenides rapuêre, tenentq́ Camœnæ,
Quarum primus amor, gloria prima fuit.
Hoc perfecturus, ſi copula longa fuiſſet,
Veniſſetq́ ſuo iuſta propago thoro.
Sarmatide è nympha: ne barbara terra videri
Poſſet, Romanæ vel minùs apta togæ.
Sed mors inuidit, qua nil odioſius, atqui
Quæ feritas tacito non caret opprobrio.
Æneus eſt tumulus, mors ænea, & æneus ille,
Qui legit hæc ſiccis triſtia verba oculis.

Ex quodam qui Heluetica collegit.

CVIVSDAM.

Hæc mihi prætereat nemo monumenta viator,
Non bene qui cineri voce precetur huic.
.... hîc medicâ celeber cubat arte ....
Qui decus vrbis erat, totius atque ſcholæ.
Si foret è ſuperis quem ducere ſedibus æquum,
Hunc foret, vt miſeris ferre valeret opem.

CVIVSDAM.

Viuit vt exigua lucens in lampade flamma,
Sic nos æternum viuimus ante Deum.
Surgemus viuæ: lacrymas cohibete parentes:
Quum tuba ſupremum fuderit alma ſonum.

CVIVSDAM.

Huius ad exemplum iuuenes florentibus annis
Viuere ritè Deo diſcite, ritè mori.

Digitized by Google

CVIVSDAM.

Vicerat inſanos fluctus vocalis Arion,
Et portu in medio naufragium patitur.
Quid ſupereſt miſero? Cælum mihi portus, & aura
Chriſtus: quoquè vehar, Mors mihi Delphis erit.

CVIVSDAM.

Quantula ſint hominum corpuſcula diſce viator:
Magnus . . . . conditur hoc tumulo.

CVIVSDAM.

En quid poſſit amor! Fratrem dum viſito Fratris
Vſtus amore, febris me vrit, & intereo.

CVIVSDAM.

Gallia progenuit: ſeruat . . . . .ſepultum:
Interitus expers nomen vbiquè viget.

CVIVSDAM.

Huic tu qui tranſis pacem requiemq́; precare:
Ac vitæ numerans tempora, diſce mori.

CVIVSDAM.

Arida . . . . .tegit hîc lapis oſſa . . . .
Orbe viret toto neſcia fama mori.
Moribus hanc niueis meruit, ſtudiîsq; iuuandis,
Quæ nunc mœſta iacent, orba parente ſuo.
Rettulit, ornauit, veterum monumenta ſophorum,
Arte, manu, curis, ære, fauore, fide.
Huic vitam in cœlis date numina iuſta perennem,
Per nos in terris fama perennis erit.

Ex

Ex quodam qui Anglica collegit.

ÆLEONORÆ REGINÆ ANGLIÆ.

Nobilis Hiſpani iacet hic ſoror inclyta Regis,
Eximij conſors Aleonora thori.
Edvvardi primi VVallorum principis vxor,
Cui pater Henricus Tertius Anglus erat.
Hanc ille vxorem gnato petit: omine princeps
Legati munus ſuſcipit ipſe bono.
Alfonſo fratri placuit fœlix Hymenæus,
Germanam Edvvardo nec ſine dote dedit.
Dos præclara fuit, nec tali indigna marito,
Pontiuo Princeps munere diues erat.
Fœmina conſilio prudens, pia, prole beata,
Auxit amicitijs, auxit honore virum.

PHILIPPÆ REGINÆ ANGLIÆ.

Guilielmi Hannonis ſoboles poſtrema Philippa,
Hic roſeo quondam pulchra decore iacet.
Tertius Edvvardus Rex iſta coniuge lætus
Materno ſuaſu nobiliumque fuit.
Frater Iohannes Comes Mauortius heros,
Huic illam voluit conſociare viro.
Hæc iunxit Flandros coniunctio ſanguinis Anglis:
In Francos venit hinc Gallica dira lues.

Dotibus hæc raris viguit Regina Philippa,
Forma præſtanti, Relligione, fide.
Fœcundæ nata eſt proles numeroſa parenti,
Inſignes peperit magnanimosq; duces.
Oxonij poſuit ſtudioſis optima nutrix
Regineas ædes, Palladiámque ſcholam.

KATHARINÆ VALESIÆ.

Hic Katherina iacet Francorum filia Regis,
Hæres & regni (Carole Sexte) tui.
Henrici quinti thalamo bis læta iugali,
Nam ſic vir duplici clarus honore fuit.
Iure ſuo Anglorum, Katherina iure triumphans
Francorum obtinuit ius, decus imperij.
Grata venit lætis fœlix Regina Britannis,
Perque dies celebrant quatuor ore Deum.
Edidit Henricum gemebunda puerpera Regem,
Cuius in imperio Francus & Anglus erat,
Non ſibi nec Regno fœlici ſidere natum,
Sed patri & matri relligione parem.
Pòſt ex Ovvino Tiddero tertia proles,
Nobilis Edmundus te Katherina beat:
Septimus Henricus quo non præſtantior alter,
Filius Edmundi, gemma Britanna fuit.
Fœlix ergo vxor, mater, ter filia fœlix,
Aſt Auia hæc fœlix terque quaterque fuit.

MARGARETÆ REGIS ANGLIÆ F.

Nobilitas & forma, decorque, tenolla iuuentus
Inſimul hic iſta mortis ſunt condita ciſta.

Vt

Vt genus & nomen, ſexum, tempus quoquè mortis
Noſcas, cuncta tibi manifeſtat margo ſepulchri.

ELIZABETHÆ REGIS ANGLIÆ F.

Hìc poſt fata iacet proles regalis in iſto
Sarcophago, iuuenis, nobilis Elizabeth.
Princeps illuſtris, Henr. Sept. filià Regis
Qui bini regni florida ſceptra tenet.
Atropos hanc rapuit ſæuiſſima nuncia mortis,
Sit ſuper in cœlo vita perennis ei.

HENRICI SEPTIMI REG. ANGLIÆ.

Septimus Henricus tumulo requieſcit in iſto
Qui Regum ſplendor, lumen & orbis erat;
Rex vigil, & ſapiens, comis, virtutis amator,
Egregius forma, ſtrenuus atque potens.
Qui peperit pacem regno, qui bella peregit
Plurima, qui victor ſemper ab hoſte redit.
Qui natas binis coniunxit Regibus ambas,
Regibus & cunctis fœdere iunctus erat.
Qui ſacrum hoc ſtruxit templum, ſtatuitq; ſepul-chrum
Pro ſe, proque ſua coniuge, prole, domo.
Luſtra decem atq; annos tres plus cõpleuerat: annis
Nam tribus octenis regia ſceptra tulit.
Quindecies Domini centenus fluxerat annus,
Currebat nonus, cùm venit atra dies.
Septima ter menſis lux tunc fulgebat Aprilis
Cùm clauſit ſummum tanta corona diem.
Nulla dedere prius tantum tibi ſæcula Regem
Anglia, vix ſimilem poſteriora dabunt.

VXOR.

Reginæ à Cameris, Baronis filia, chari
Fida Equitis coniux Elizabetha fui.
Vnus amor nobis, vna indiuulſa voluntas,
Cor vnum, vna fides inuiolata fuit.
Ille mei ſi quando poteſt deponere curam,
Ille poteſt animæ non memor eſſe ſuæ.

MARITVS.

Si lachrymis conſtaret amor (chariſſima coniux)
Proſequerer lachrymis funera ſæpe tua.
Nam mihi quam fueris redamata, tuum pia ſponſa
Teſtatur meritum, conſcius ipſe mihi.
Sed nec amor patitur ſocia regnante dolere,
Et Chriſti maior te ſibi ſtrinxit amor.
Ergo tuo dilecta bono cùm pace fruare,
Spero mihi tecum portio pacis erit.

FRANCISCÆ DVCISSÆ SVFFOLCIÆ F.

Nil decus aut ſplendor, nil regia nomina proſunt,
Splendida diuitijs nil iuuat ampla domus.
Omnia fluxerunt, virtutis ſola remanſit
Gloria, Tartareis non abolenda rogis.
Nupta Duci priùs eſt, vxor pòſt Armigeri Stokes,
Funere nunc valeas conſociata Deo.

IANÆ SEYMVR.

Ingenio præſtans, & vultu Iana decoro
Nobilis arte fuit vocis, & arte manus.
Hinc Venus & Pallas certant vtra debet habere,
Vult Venus eſſe ſuam, Pallas & eſſe ſuam.

Mors

Digitized by Google

Mors fera virgineo figens in pectore telum
Neutrius (inquit) erit, ſed mihi præda iacet.
Corpore Iana iacet, tellurem terra ſubibit,
Sed pius in cœli ſpiritus arce ſedet.

CVIVSDAM.

Cauſarum imperij & curarum pondere feſſo
Viuere pœna fuit, mors mihi ſomnus erat.
Diuitiæ, faſces, legiones, ſtemmata, honores,
Temporis hæc ſpolium, prædaque mortis atræ.

CVIVSDAM.

Cœlis cœleſtis, pars terris reddita terræ:
Vt graue deſcendit, ſic leue ſumma petit.
Corporis hoc fanum, Burghenſis nominis orbis
Eſt Mauſolæum, ſpiritus ipſe Polus.

GALFRIDI CHAVCER.

Qui fuit Anglorum vates ter maximus olim,
Galfridus Chaucer conditur hoc tumulo.
Annum ſi quæras Domini, ſi tempora mortis,
Ecce notæ ſubſunt, quæ tibi cuncta notant.

CVIVSDAM.

Si rogitas quis fueram, forſan te fama docebit:
Quòd ſi fama neget, mundi quia gloria tranſit.

RACHAEL. BRIGHAM.

Vnica quæ fueram proles ſpéſq; alma parentum,
Hoc Rachael Brigham condita ſum tumulo.

CVIVSDAM.

Hìc prope Chaucerum ſitus eſt illi
Proximus ingenio, proximus vt tumulo.

Hìc

Hîc prope Chaucerum .... Poëta poetam
Conderis, & verſu, quam tumulo propior.
Anglica te vivo vixit, plauſitque Poëſis;
Nunc moritura timet, te moriente, mori.

ROBERTI MONACHI.

Robertus Monachus iacet hîc Humfrey vocitatus,
Quem dolet extinctum religioſa cohors.
Nam bonus & prudens & Theſaurarius olim,
Contulit huic ſacro commoda multa loco.
Virgine nate Dea, Deus ô qui vota, preceſque
Exaudis, famulum transfer ad Aſtra tuum.

ABBATIS VITALIS.

Qui nomen traxit à vita, morte vocante,
Abbas Vitalis tranſijt, hîcque iacet.

GERVASII DEBLOYS.

De regum genere pater hîc Geruaſius ecce
Monſtrat defunctus, mors rapit omne genus.

CVIVSDAM.

Clauditur hoc tumulo vir quondam clarus in orbe,
Quo præclarus erat hic locus eſt, & erit.
Pro meritis vitæ dedit illi laurea nomen:
Detur & vitæ laurea pro meritis.

CVIVSDAM PVERI.

Nuberium teneris mors immatura ſub annis
Ad ſuperas miſit, venerat vnde, domos;
Ne puer hic ſenibus lingua præſtaret vtraque,
Cederet & noſtræ gloria magna ſcholæ.

EDVVAR-

EDVVARDI GRANTI.

Hic iacet Edvvardus Grantus belliſſimus infans,
Dulce decus matris, deliciæque patris.
Quem mors ætheream citiùs tranſcripſit in vrbem
Eſſet vt angelicus, deliciæque Deo.
Ille quidem fœlix : nam paucos vixit vt annos
Sollicitæ vitæ, ſic mala pauca tulit.

Digitized by Google

FLORES
ILLVSTRIVM
EPITAPHIORVM
EX POETIS
DECERPTI

Epitaphia prouinciarum & ciuitatum Ex Incerto.

GRÆCIÆ.

GRÆCIA *bellorum longa ſuccuſſa ruina*
Concidit, immodice viribus vſa ſuis.
Fama manet: fortuna perit. cinis ipſe iacentis
Viſitur, & tumulo eſt nunc quoque ſacra ſuo.
Exigua ingentis retinet veſtigia famæ:
Et magnum infelix nil, niſi nomen, habet.

ATHENARVM.

Quiſquis Cecropias hoſpes cognoſcis Athenas,
Quæ veteris famæ vix tibi ſigna dabunt.
Haſne Dei, dices, cœlo petiere relicto?
Regnaque partitis hac ſuit vna deis.

Idem,

Idem, Agamemnonias, dices, quum videris arces:
Heu victrix victa vaſtior vrbe iaces!
Hæc ſunt, quas merito quondam eſt mirata Vetuſtas.
Magnarum rerum magna ſepulcra vides.

VRBIS ROMÆ.

Vix ſcio quæ fueram, vix Romæ Roma recordor,
Quæ populo, regnis, mœnibus alta fui.
Ceſſerunt arces, cecidere palatia diuûm,
Iam ſeruit populus, degenerauit eques.
Quæ fueram totum quondam celebrata per orbem,
Vix ſinor occaſus vel meminiſſe mei.

EX IOACHIMO BELLAIO EIVSDEM.

Montibus è ſeptem totum diffuſa per orbem,
Sidera ſublimi vertice Roma tuli.
Sub pedibus terras vtroquè à littore preſſi:
Atlantem tenuit dextra, ſiniſtra Scytham,
Iuppiter hos etiam diſiecit fulmine montes,
Et tumulos iuſſit corporis eſſe mei.
Incubuit capiti rupes Tarpeia noſtro:
Preſſa Quirinali pectora noſtra iacent.
Crura Palatinus geminos hinc inde lacertos,
Collis Auentinus Vimineusq; tenent.
Exquiliæ hinc ſurgunt, & ſurgit Cælius illinc,
Hæc quoque ſunt pedibus facta ſepulcra meis.
Sic quæ viua ſibi ſeptem circumdedit arces
Mortua nunc ſeptem contegitur tumulis.

Digitized by Google

EX ANDREA FRVSIO EIVSDEM.

Languentem greſſum pauliſper ſiſte, viator,
Et lege marmoreis carmina ſculpta notis.
Roma fui quondam toto celeberrima mundo
Marte, ſitu, ingenio, nobilitate potens.
Quippe triumphalis frenaui legibus orbem,
Paruit imperio terra fretumq́ meo.
Impoſita ſeptem micuerunt collibus arces,
Totq́ arcus, Thermæ, templa, theatra, viæ.
Prorſus eram felix, ſi non peritura fuiſſem,
Et niſi tam multas ſors rapuiſſet opes.
Roma ego iam non ſum, perij, proprijsq́ ruinis
Obruta ſum, gremio condor & ipſa meo.
Relliquias quaſcumque vides, quæ diruta cernis
Mœnia, ſplendoris ſunt monumenta mei.
Fruſtra igitur Romam Romæ tu quæris, abire,
Iam potes hinc, Roma Roma ſepulta iacet.
Interea temere perituras ne ſtrue moles,
Cautior exemplo cum potes eſſe meo.
Carpe viam, volui ſcires hæc pauca, memento
Vt meminiſſe mei, ſic meminiſſe tui.

Ex Epigrammat. & poemat. vet.

VIRORVM.

P. TERENTII.

Natus in excelſis tectis Carthaginis altæ,
Romanis ducibus bellica præda fui.
Deſcripſi mores hominum iuuenumq́, ſenumque,
Qualiter & ſerui decipiant dominos.

Quid

Quid meretrix, quid leno dolis, quid fingat auarus:
Hæc quicunque legit, ſic, puto, cautus erit.

PORCII CATONIS.

Cerne hic oſſa ſacri ſemper veneranda Catonis.
Libertate potens, animoq; inuictus & armis,
Auius incerto peragrauit tramite Syrtes.
Libertatis enim dulcedine captus auitæ,
Ne ſua ſeruitio premerentur colla tyranni,
Fortia crudeli penetrauit pectora ferro.

DE SEPVLCRO CATONIS.

Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis.
Viſuntur magni parua ſepulcra Iouis.

SCIPIONIS AFRICANI.

Deuicto Hannibale, & capta Carthagine, & aucto
Imperio, hoc cineres marmore Tagus habes.
Cui non Europe, non obſtitit Africa quondam.
Reſpice res hominum quã breuis vrna tegat.

POMPEIORVM.

Magne premis Libyam, fortes tua pignora nati
Europam, atque Aſiam. nomina quanta iacent?

ITEM.

Pompeius totum victor luſtrauerat orbem:
At rurſus toto victus in orbe iacet.

ITEM.

Membra pater Libyco poſuit male tecta ſepulcro:
Filius Hiſpana eſt vix adopertus humo.

Sexte Aſiam ſortite tenes. diuiſa ruina eſt,
Vno non potuit tota iacere ſolo.

ITEM.

Aut Aſia, aut Europa tegit, aut Africa Magnum,
Quanta domus, toto quæ iacet orbe, ruit?

DE SACRIS AD EVOCANDVM MANES POMPEII.

Fata per humanas ſolitus pernoſcere fibras
Impius infanda religione ſacer.
Pectoris ingenui ſalientia viſcera flammis
Impoſuit. magico carmine rupit humum.
Auſus ab Elyſijs Pompeium ducere campis:
Proh pudor, hoc ſacrum Magnus vt aſpiceret.
Stulte, quid infernis Pompeium quæris in vmbris?
Non potuit terris ſpiritus ille premi.

ITEM TVMVLVS POMPEIORVM.

Alter Niliaco tumulo iacet, alter Ibero:
Tertius Eois partibus occubuit.
Omnis habet Magnos mũdi plaga. Dis ita visũ eſt,
Partem quiſq; ſuam nunc quoq; victus habet.

ITEM.

Patria diuerſo terrarum littore Magnos
Spectas compoſitos heu ſine nominibus.
Europaque, Aſiaque ſimul, Libyaque ſepultos.
Victores victa nunc potiuntur humo.

ITEM.

Diuerſis iuuenes Aſia, atque Europa ſepulchris
Diſtinet. infida Magne iaces Libya.

Diſtri-

Diſtribuit Magnos mundo Fortuna ſepultos,
Ne ſine Pompeio terra ſit ulla ſuo.

IVLII CÆSARIS.

Ille hic magnanimus, qui claris arduus actis,
Non timuit generum, nec inertia tela Senatus,
Ne ſibi Gallorum raperetur pompa triumphi,
Intulit immitis per ciuica viſcera ferrum.
Vis inuicta viri reparata claſſe Britannos
Vicit, & hoſtiles Rheni compeſcuit undas.

OCTAVIANI AVGVSTI.

In Macetûm campis vltus iam Cæſaris vmbras
Sum patris, Auguſtus belloque armiſque ſuperbus.
Namque meos ſenſit fugiens Antonius enſes.
Quantum ingens orbis, quantum Iouis alta poteſtas,
Tantus in orbe fui, mare trans pontumque ſubegi.
Vix cælum ſuperis & ſidera ſumma reliqui.

OCTAVII VIRGILIVS.

Quis Deus Octaui te nobis abſtulit? an quæ
Dicunt, ah nimio pocula dura mero.
Vobis ſi culpa eſt bilis: ſua quemque ſequuntur
Fata: quod immeriti crimen habent cyathi.
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
Raptum, & Romanam flebimus hiſtoriam.
Sed tu nullus eris. peruerſi dicite Manes,
Hunc ſupereſſe patri quæ fuit inuidia?

M. TVLII CICERONIS TVMVLVS. XII. SCHOLASTICI POETÆ.

EVPHORBVS I.

Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amicis,
Qui fuit orator ſummus & eximius.
Quem nece crudeli mactauit ciuis, & hoſtis.
Nil agis Antoni: ſcripta diſerta manent.
Vulnere nempe uno Ciceronem conficis: at te
Tullius æternis vulneribus lacerat.

IVLIANVS II.

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio.
Quique malis grauis hoſtis erat, tutorq́ bonorum,
Quo pene indigne Conſule Roma periјt.
Sed vigili cura detectis hoſtibus, vrbem,
Supplicioque datis, præſtitit incolumem.

HILASIVS III.

Vnicus orator, lumenque decuſque Senatus,
Seruator patriæ, conditor eloquij.
Cuius ab ingenio tandem illuſtrata perenni
Lumine præclaro lingua Latina viget.
Occidit inſanè manibus laceratus iniquis
Tullius, ac tumulo ſubditus exiguo eſt.

PALLADIVS IV.

Quicunque in libris nomen Ciceronis adoras,
Aſpice quo iaceat conditus ille loco.
Ille vel orator, vel ciuis maximus: idem
Clarus erat factis, clarior eloquio.

Ac,

Digitized by Google

Ac, ne quid Fortuna viro nocuiſſe putetur,
Viuus in æternum docta per ora volat.

ASCLEPIADIVS V.

Marcus erat Cicero toto notiſſimus orbe,
Cuius relliquias occulit vrna breuis.
Dextera me patriæ nuper ciuilis ademit,
Eripui patriam qui prius exitio.
Siquis in hoc ſaxo Tulli legis aduena nomen,
Non dedigneris dicere, Marce vale.

EVSTHENIVS VI.

Tullius Arpinas ex ordine natus equeſtri,
Sed virtute ſua Conſul in vrbe fuit.
Quem Catilina malus, coniuratique nocentes
Senſerunt vigilem ciuibus eſſe ſuis.
Hunc tamen, ô pietas, tres occidere tyranni!
At Lamia ille pio ſuppoſuit titulo.

POMPEIANVS VII.

Qui tenet eloquij faſtigia ſumma Latini:
Qui Conſul patriam cædibus eripuit.
Quique trium ſæuo vitam dedit enſe virorum,
Tullius en hac eſt ipſe ſepultus humo.
Sed vitæ breuitas penſatur laude perenni,
Quod mors eripuit, gloria reſtituit.

MAXIMIANVS VIII.

Tullius hic ſitus eſt, venerabile nomen in æuum:
Clarus honore ſimul, clarus & ingenio.
Quem ſcelerata neci crudeliter arma dederunt,
Quod patriæ vindex ille fidelis erat.

Sed nihil infanda profecit cæde tyrannus,
Ingenium viuit, corpus inane perit.

VITALIS IX.

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,
Maximus orator, ciuis & egregius.
Coniuratorum vindex, hoſtiſque malorum,
Proſcriptus perijt à tribus ille viris.
Qui caſus grauiter, quid detruncatus acerbè,
Hoc Lamiæ debet, quod iacet in tumulo.

VOMANVS X.

Doctrinæ antiſtes, rerum mirabilis auctor
Tullius, exiſtens nobilis ex humili.
Cui dedit excellens ars oratoria nomen:
Virtute ingenij venit in aſtra ſui.
Sed Fortuna nocens miſerando funere raptum
Carpſit, & hoc voluit membra iacere loco.

ASMENVS XI.

Eloquij princeps, magnis memorabilis actis
Tullius indigna cæde peremptus obit.
Sed terras omnes impleuit nomine claro
Ingenium, cæſo corpore, morte caret.
Viuit, & ingenti pollet cùm laude per orbem
Cuius in hoc tumulo membra ſepulta iacent.

BASILIVS XII.

Inclytus hîc Cicero eſt Lamiæ pietate ſepultus,
Quem Fortuna neci tradidit immeritæ.
Maximus eloquio, ciuis bonus, vrbis amator,
Perniciesque malis; perfugiumque bonis.

Qui

Qui ſexaginta completis ac tribus annis,
Seruitio preſſam deſtituit patriam.

EPITAPHIA P. VIRGILII MARONIS PER tetraſticha, Eorundem XII.

VITALIS I.

Prima mihi Muſa eſt ſub fagi Tityrus umbra,
Ad mea nauus humum iuſſa colonus arat.
Prœliaque expertos cecini Troiana Latinos,
Fertque meos cineres inclyta Parthenope.

BASILIVS II.

Hoc iacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Auſonio carmine primus oues.
Ad cultos hinc tranſit agros. Æneidos autem
Non emendatum morte reliquit opus.

ASMENVS III.

Bucolica Auſonio primus qui carmine feci,
Mox præcepta dedi verſibus agricolæ.
Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi,
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

VOMANVS IV.

Tityre te Latio cecinit mea fiſtula verſu:
Præceptiſque meis ruſticus arua colit.
Ac ne Muſa carens vitijs Æneidos eſſet,
Perfida me celeri fata tulere nece.

EVPHORBVS V.

Romuleum Sicula qui fingit carmen auena,
Ruricolaſque docet qua ratione ſerant.
Quique Latinorum memorat fera bella, Phrygaſq;
Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

IVLIANVS VI.

Qui paſtorali peragrauit Mænala Muſa,
Ruraque, & Æneæ concinit arma Maro;
Ille, decem luſtris geminos poſtquàm addidit annos,
Conceſſit fatis, & ſitus hoc tumulo eſt.

HILASIVS VII.

Hæc tibi Virgilius, domus eſt æterna ſepulto,
Qui mortis tenebras effugis ingenio.
Mænalium carmen qui profers ore Latino,
Et cultus ſegetum, bellaque ſæua ducum.

PALLADIVS VIII.

Primus ego Auſonio paſtorum carmina verſu
Compoſui, & quo ſint rura colenda modo.
Poſt, quibus Æneas Rutulos ſuperauerit armis,
Vatis relliquias hæc pia terra fouet.

ASCLEPIADIVS IX.

Sicanius vates ſiluis, Aſcræus in aruis,
Mæonius bellis ipſe poeta fui.
Mantua ſe vita præclari iactat alumni,
Parthenope famam morte Maronis habet.

EVSTHENIVS X.

Quiſquis es, extremi titulum lege carminis hoſpes,
Hac ego Virgilius ſum tumulatus humo.
Qui pecudum pariter, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchiſiadæ bella ducis cecini.

POMPEIANVS XI.

Virgilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit, hic cineres vatis & oſſa iacent.

Cuius

Cuius in æternum paſtoria fiſtula viuet
Ruſtica: mox eadem Martia Calliope.

MAXIMIANVS XII.

Carmine bucolico nitui: cultoribus agri
Iura dedi: cecini bella Latina ſimul.
Iamque ad luſtra decem Titam acceſſerat alter,
Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

BALLISTÆ.

Monte ſub hoc lapidum premitur Balliſta ſepultus,
Nocte, die tutum carpe viator iter.

ALIVD.

Balliſtam ſua pœna tegit via tuta per oras
Balliſta iacet. certo pede perge viator.

ALIVD.

Carcere montoſo clauſus Balliſta tenetur,
Securi fraudis pergite nocte viri.
Quid trepidas tandem greſſu pauitante viator?
Nocturnum furem ſaxeus imber habet.
Balliſtæ vitam rapuit lapis, ipſe ſepulcrum
Intulit. vmbra nocens pendula ſaxa tremit.
Crimina latronis digniſſima pœna coercet,
Duritiam mentis damnat vbique lapis.

ITEM PER DISTICHA EORVNDEM
Ex argumento Virgiliani diſtichi.

Mantua me genuit, Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope. cecini paſcua, rura, duces.

Digitized by Google

ASCLEPIADIVS I.

Tityron, ac ſegetes cecini Maro, & arma, virūq;,
Mantua me genuit, Parthenope ſepelit.

EVSTHENIVS II.

Virgilius iacet hîc, qui paſcua verſibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

POMPEIANVS III.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prœlia vates,
In Calabris moriens hac requieſcit humo.

MAXIMIANVS IV.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VITALIS V.

Mantua mi patria eſt: nomen Maro: carmina ſiluæ,
Ruraque cum bellis: Parthenope tumulus.

BASILIVS VI.

Qui ſiluas, & agros, & prœlia verſibus ornat,
Mole ſub hac ſitus eſt ecce poeta Maro.

ASMENVS VII.

Paſtorum vates ego ſum: cui rura, duceſque
Carmina ſunt. hic me preſſit acerba quies.

VOMANVS VIII.

A ſiluis ad agros, ab agris ad prœlia venit
Muſa Maronæo nobilis ingenio.

EVPHORBVS IX.

Bucolica expreſſi, & rurıs præcepta colendi:
Mox cecini pugnas. mortuus hîc habito.

IVLIANVS X.

Hìc data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, & ſegetes, & fera bella canit.

HILASIVS XI.

Paſtores cecini: docui qui cultus in agris:
Prœlia deſcripſi. contegor hoc tumulo.

PALLADIVS XII.

Conditus hìc ego ſum, cuius modo ruſtica Muſa
Per ſiluas, per rus, venit ad arma virûm.

ALBII TIBVLLI EQVITIS RO.

DOMITIVS MARSVS.

Te quoque Virgilio comitem non æqua Tibulle
Mors iuuenem campos miſit ad Elyſios.
Ne foret aut elego molles qui fleret amores,
Aut caneret forti regia bella pede.

OVIDI.

Hìc ſitus eſt vates, quem Diui Cæſaris ira
Auguſti patria cedere iuſſit humo.
Sæpe miſer voluit patrijs occumbere terris:
Sed fruſtra. hunc illa fata dedere locum.

L. ANNÆI SENECÆ.

Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere honores
Ite, alias poſthac ſollicitate animas.
Me procul à vobis Deus euocat. Ilicet actis
Rebus terrenis hoſpita terra vale.
Corpus auara tamen ſollennibus accipe ſaxis,
Namque animam cœlo reddimus, oſſa tibi.

M. AN-

M. ANNÆI LVCANI.

Corduba me genuit, rapuit Nero, prælia dixi,
Quæ geſſere patres, hinc ſocer, inde gener.
Continuo numquam direxi carmina ductu:
Quæ tractim ſerpit, plus mihi comma placet.
Fulminis in morem quæ ſunt miranda citentur,
Hæc vere ſapiat dictio quæ feriet.

GERMANICI CÆSARIS CALIGVLÆ PATRIS.

Parce hoſpes tumulo, Cæſar Germanicus hîc ſum;
Sæpe etiam ignotis ipſe dedi requiem.
Quod ſi quem tumuli nihil huius gratia tangit,
Admoneat patriæ fraude quod hîc iaceo.
Sed iaceo, quamuis non vitæ & plenus honoris:
Hoc vno ingratus, quod genui patriæ.
Teſtata eſt mores lacrymis plebeſque patreſque,
Hæc ſunt ſinceri iudicia ingenij.

TVMVLVS HECTORIS MAXIMI POETÆ.

Defenſor patriæ, iuuenem fortiſſimus Hector,
Qui murus miſeris ciuibus alter erat.
Occubuit telo violenti victus Achillis.
Occubuere ſimul ſpeſque ſaluſque Phrygum.
Hunc ferus Æacides circum ſua mœnia traxit,
Quæ iuuenis manibus texerat ante ſuis.
O quantos Priamo lux attulit illa dolores!
Quos fletus Hecube, quos dedit Andromache.

Sed

Digitized by Google

Sed raptum pater infelix, auroque repenſum
    Condidit, & mœrens hac adtumulauit humo.

EVSEBII, TVMVLVS ACHILLIS.

Pelides ego ſum, Thetidis notiſſima proles,
    Cui virtus clarum nomen habere dedit.
Qui ſtrauit toties armis victricibus hoſtes,
    Inque fugam ſolus millia multa dedi.
Hectore ſed magno ſumma eſt mihi gloria caeſo,
    Qui ſaepe Argolicas debilitauit opes.
Ille interfectus ſubijt me vindice pœnas,
    Pergama tunc ferro procubuere meo.
Laudibus immenſis victor ſuper aſtra ferebat,
    Hoſtilem cùm preſſi fraude peremptus humum.

PENTADII TVMVLVS ACIDIS.

Acidos haec cernis montana cacumina buſti,
    Æquor & ex imis fluminis ire iugis.
Iſta Cyclopei durant monimenta furoris,
    Hic amor, hîc dolor eſt, candida Nympha, tuus.
Sed bene, ſi perijt, iacet hac ſub mole ſepultus,
    Nomen & exultans vnde perenne vehit.
Sic manet ille quidem, nec mortuus eſſe feretur,
    Vitaque per liquidas cærula manat aquas.

EIVSDEM DE NARCISSO.

Hic eſt ille, ſuis nimium qui credidit vndis,
    Narciſſus vero dignus amore puer.
Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam,
    Vt per quas perijt, creſcere poſſit aquas.

EIVSDEM DE EODEM.

Se Narciſſus amat captus lenonibus vndis,
Cui ſi tollis aquas, non eſt vbi ſauiat ignis.

SARDANAPALI.

Hæc habeo quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſerat, illa manent pulcra & præclara relicta.

ALEXANDRI.

Sufficit huic tumulus, cui non ſuffecerat orbis,
Res breuis huic ampla eſt, cui fuit ampla breuis.

IN ALEXANDRVM.

Quiſquis adhuc nondum Fortunæ nobile regnum,
Nec ſortem varias credis habere vices.
Aſpice Alexandri poſitum memorabile corpus.
Abſcondit tantum putris arena virum.

IN FRATRES CASCAS.

Occidere ſimul Caſcæ, ſimul occubuere,
Dextra quiſque ſua, qua ſcelus auſus erat.
Caſtra eadem fouere. locus quoque vulneris idem,
Partibus afflictis victus vterque iacet.
Quanta fuit mentis, tanta eſt concordia fati,
Et tumulus cinerem paruus vtrumque tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine vatum,
Vna ſi fierent parte minus gemini.

ÆMILII.

Quintilio victus iacet hic Æmilius igni,
Materiam fati cui dedit ater amor.

AVARI

AVARI PATRIS ET FILII.

Qui dum vita data eſt, ſemper viuebat auarus,
Heredi parcens, inuidus ipſe ſibi.
Hic accumbentem ſculpi genialiter arte
Se iuſſit docta poſt ſua fata manu.
Vt ſaltem recubans in morte quieſcere poſſet,
Securaque iacens ille quiete frui.
Filius a dextro reſidet, qui caſtra ſecutus
Occidit ante patris funera mœſta ſui.
Sed quid defunctis prodeſt genialis imago?
Hoc potius ritu viuere debuerant.

ATTII EPICTETI.

Raptus ego ſuperis, patribuſque ablatus inique,
Cùm frui debueram ætate, horrida fata negarunt.
Præcipitem memet ſuperi merſere ſub undas,
Ac tumulo cluſere graui: iam partus & vſus,
Arſque mihi fuerat ſtudioſo corde reperta
Maxima quadrupedum: ſtudia & quoque plura fuerunt.
Ingenio ſemper plenus, probitate beatus:
Vt quandoque ſimul finito lumine vitæ,
Manibus his iuncti pariter ſociauimur vna.
Quiſque legis, doleas: deuites talia fata.

ANTENORIS.

Inclitus Antenor patriam vox niſa quietem
Transtulit huc Henetum Dardanidumque fugas.

Ex-

Expulit Euganeos, Patauinam condidit vrbem:
Quem tenet hic humili marmore caeſa domus.

Eſt via qua populum ducit Iunonis ad ædem,
Fons vbi natiuis aêra pulſat aquis.
Quiſquis ad hanc pergis, Periandri tranſage thermas,
Antra, domos, curuis parua theatra locis.
Et ripas Atheſis, Frigijque palatia Iani,
Regia ſepta, lares, atria, templa, forum.
Inde celer ſubeas magni delubra Tonantis,
Qua fert ſublimes Martia porta gradus.
Hîc & Atheſte iacet, qui poſt Antenora nomen
Laudibus & titulis tollit in aſtra ſuum.
Tranſtulit huc Henetos, Patauinam condidit vrbem,
Cuius & oſſa ducis nunc breuis vrna tegit.

GÆSII.

Gæſius Æquidicus iam centum vixerat annos
Felices, annos tòt tulit hora breuis.

MERCATORIS L. VALERIVS LABOLÆ.

Seu ſtupor huic ſtudio eſt, ſiue eſt inſania nomen:
Omnis ab hac cura, leuata mea eſt.

RVFINI.

Claudius hunc viuus Stygias Rufinus ad vmbras
Inſtituit titulum poſt animæ requiem.
Qui teſtis vitæ fati ſit lege futurus,
Cum domus accipiet ſaxea corpus hebes.

Quod-

Quodque meam retinet vocem data littera ſaxo,
Voce tua viuet, quiſque leget titulum.

FELICIS.

Sponte fui pauper, tam re quàm nomine Felix:
Quæſiui nomen: quærat auarus opes.

STATIVS STATILIO.

Innocuus Aper ecce iaces; non virginis ira,
Nec Meleager atrox perfodit viſcera ferro.
Mors tacita obrepſit ſubitò, fecitque ruinam,
Quæ tibi creſcenti rapuit iuuenile figuram.

PHILOTIS.

Hìc iacet ereptus matura morte Philotes,
Plus reliquit huic mors quàm vita datura fuit.
Non habuit viuus calcem quo ſiſtere poſſet:
Nunc ſpatium extincti grande cadauer habet.
Nec natos fraudaſſe bonis credatur auitis,
Quod pater huic, natis ipſe reliquit idem.

VITALIS MIMI.

Quid tibi mors faciam, quæ nulli parcere noſti?
Neſcis lætitiam, neſcis amare iocos.
His ego præualui tota notiſſimus vrbe,
Hinc mihi larga domus, hinc mihi cenſus erat.
Gaudebam ſemper. quid enim, ſi gaudia deſint,
Hic vagus ac fallax vtile mundus habet?
Me viſo rabidi ſubito cecidere furores:
Ridebat ſummus, me veniente, dolor.
Non licuit quemquam mordacibus vrere curis:
Nec rerum incerta mobilitate trahi.

Vincebat cunctos præſentia noſtra timores,
Et mecum felix qualibet hora fuit.
Motibus ac dictis, Tragica quoque voce placebã,
Exhilarans varijs triſtia corda modis.
Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
Vt plures vno crederes ore loqui.
Ipſe etiam quam noſtra oculis geminabat imago,
Horruit in vultus ſe magis ipſe meos.
O quoties imitata meo ſe femina geſtu
Vidit, & erubuit, totaque mota fuit!
Ergo quot in noſtro videantur corpore formæ,
Tot mecum raptas abſtulit atra dies.
Quo vos iam triſti turbatus deprecor ore
Qui tumulum legitis cum pietate meum.
O, quam lætus eras vitalis! dicite mœſti,
Sint tibi, Vitalis, ſint tibi læta modo.

MILITIS BATAVI.

Ille ego Pannonijs quondam notiſſimus oris,
Inter mille viros primus, fortiſque Batauus,
Hadriani potui qui iudice, vaſta profundi
Æquora Danubij cunctis tranſnare ſub armis:
Emmiſſumque arcu, dum pendet in aëre telum,
Ac redit, ex alia fixi fregique ſagitta.
Quem neque Romanus potuit, neque Barbarus vmquam,
Non iaculo miles, non arcu vincere Parthus,
Hic ſitus, hoc memori ſaxo mea facta ſacraui.
Viderit, an ne aliquis poſt me mea geſta ſequatur:
Exemplo mihi ſum, primus qui talia geſſi.

NAV-

Digitized by Google

NAVFRAGORVM IVVENVM DVORVM.

Vna iuuentutis domus hæc produxit alumnos,
Libertatis opus contulit vna dies.
Naufraga mors pariter rapuit, quos iunxerat ante,
Et duplices luctus ſic periniqua dedit.

FLORIDI.

Quod vixi, flos eſt: ſeruat lapis hoc mihi nomen:
Nolo Deos manes: flos ſatis eſt titulo.

PVERI INTERFECTI.

Luderet in viridi dum ceſpite Lydius infans,
Prope aquam (ah pietas!) ictus ab angue cadit.
Infelix mater, natum complexa iacentem,
Occidit, angue puer, victa dolore parens.

Funere non æquo puer immaturus obiui,
Marmoreiſque meis hic iaceo tumulis.
Non potui paruus puerilem implere iuuentam,
Nec veſtire meam flore nouo faciem.
Non ſenior capiti niueos mutare capillos:
Ac fato victus ſorte puer perij.
Heu crudele nefas! quæ me generauerat hora,
Hæc eadem vitæ terminus hora fuit.

Non ego quod perij doleo: ſed paruulus infans.
Quod cum plus ſaperem, ſpem merui dubiam.
Si vita incolumi potuiſſem vincere fata,
Creuiſſet generis gloria magna mei.
Fortuna inuiſa eſt, ſpes & fruſtrata iacentem:
Mors dura eripuit, dira quies hominum.

Digitized by Google

Si fructus proprio ſubdit de germine tellus,
Si reparat ſparſis debita ſeminibus.
Naſcentur tumulo formæ, noua meſſis, honores,
Et lepor, & ſuauis gramina nequitiæ.

Functus honorato ſenio, plenuſque dierum
Euocor ad ſuperos. pignora quid gemitis?
Reddere depoſitum lex eſt: ideoque petenti
Corpus humo, manes reſtituoque polo.
Sumite quod veſtrum eſt, inſignia, iura, parentis
Scilicet & titulos: plus ſatis vrna mihi hæc.

Ille ego ſum mundi quondam ſine fine viator
Senarius, membris tumulo, non nomine, clauſus,
Principis inuicti ſemper ſublimis amore;
Cuius in orbe fui vox regum, lingua ſalutis,
Fœderis orator, pacis via, terminus iræ,
Semen amicitiæ, belli fuga, litibus hoſtis.
Nouit & hoc oriens, hoc vltimus axis Iberi,
Hoc ſcit bruma rigens, ſcit & Africa ſolibus vſta.
Bis denas & quinque ſimul legatio noſtra
Signat in orbe vias, & nunquam ſtrata labore.
Curſus erat volucer: namque anno peruigil vno
Bis maris Oceani, bis Pontica littora vidi,
Europamque Aſiamq; ſecans duo limina mundi.
His etiam meritis ſociauimus agmen honorum.
Aulica quippe comes rexi patrimonia clarus,
Et mea Patricio fulſerunt cingula cultu.
Me pietas, me ſancta fides, me fouit honeſtas.
Secla canant titulos, nam moribus aſtra tenemus.

Factus

Digitized by Google

Factus amor mitis transfixo clauſit amanti
Lumina, conlegit corporis oſſa Charis.
Tradidit inferias pia Cypris, carmen in ipſa
Vrna Erato ſcripſi: tu lege, quiſquis amas,
Non hîc corpus ineſt, non hîc cinis ater: at vna
Flamma calens. cremat hæc flamma: viator abi.

Veruex, & pueri puer vnus, ſponſa, maritus,
Cultello, limpha, fune, dolore cadunt.
Eſſe putas marmor. latet hîc cum Caſtore Pollux,
Munus olorino de Ioue Læda dedit.

Difficilis quondam dominis parere ſerenis
Iuſſus, & extinctis palmam portare tyrannis,
Omnia Theodoſio cedunt, ſobolique perenni:
Terdenis ſic victus ego domituſque diebus,
Iudice ſub Proclo ſuperas elatus ad auras.

IMPOSTORIS.

Fæx hominum, fraus totus homo iacet: ecce iacenti
Nocte dat excubias noctua, luce canes.

III.

FEMINARVM.

PAVLINÆ VALERIÆ.

Decipimur votis, & tempore fallimur, & mors
Inridet curas. anxia vita nihil.

TARQVITIÆ MODESTÆ.

Hæc fuit eximia ſpecie miroque decore,
Membraque erant vere corpore digna ſuo.

RVSTICELLA M. F. CYTHERIS.

Quandocumque leuis tellus mea contegit oſſa,
Inciſum & duro nomen erit lapidi.
Quod ſi forte tibi fuerit fatorum cura meorum,
Ne graue ſit tumulum viſere ſæpe meum.
Et quicumque tuis vmor labetur ocellis,
Protinus inde meos defluat in cineres.
Quid lacrumis opus eſt, Ruſticelli cariſſime coniux,
Extinctos cineres ſollicitare meos?

PETRONIÆ.

Liberta & coniux Petronia cara patrono
Thalluſa hoc tumulo condita luce caret;
Quæ bis vicenos compleꝛat lucibus annos,
Erepta eſt ſubito coniugis è gremio.
Hanc ſic aſſidue deflet Petronius, vt iam
Deficiant oculos lumina cara ſuos.
Deſine per terras infernas tendere ad arces.
Fata animum dederant, fata eademque negant.

ANGELÆ.

Hic iacet in medio quæ concidit Angela partu,
Dum Iuno grauidæ ſæua negaret opem.
Impia res. tenerum ſaltem mors improba fœtum
Liquiſſet miſero matre cadente patri.
Aut matrem potius. quis enim cùm carpſerit vuam,
Ipſam etiam vitem ſubſecuiſſe velit?
Plaudite vos steriles: ſoboles hanc perdidit: & ſic
Sæpe ſolent ramos frangere poma ſuos.

HEL-

HELPES VXOR BOETII.

Helpes dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul a patria coniugis egit amor.
Porticibus ſacris iam nunc peregrina quieſco,
Iudicis æterni teſtificata thronum.

IN PARTV MORTVÆ.

Lux, fatum, fœtus, proles geminantur, & ante
Quam pariam pereo, reddita vtrumque fero.

MIELLÆ CÆSÆ ET A SVIBVS ERVTÆ.

Heu quid amor, male caſtus amor, mala crimina poſſint,
Ipſa manu doceo cæſa Miella viri.
Hærebam miſero in gremio male ſaucia amantis,
Et mea languentis preſſerat ora ſopor.
Irrumpit gladio coniux: heu victa ſopore
Vix ſenſi armatas in mea fata manus.
Eiectam furtim, exequijs buſtoque carentem,
Triſtis in ignota condidit hoſpes humo.
Tabueram, inteſtata diu nec crimina paſſus
Hymen, immundas excit in oſſa ſues.
Eruor infelix, populi nota, dedecus vrbis,
Meque trahunt rapidæ per loca terra feræ.
Quæque Miella fui, nomen ſum nacta Suillæ,
Diſce puella tuo caſta manere thoro.

INCERTÆ.

Sanguine ſi noſtro, noſtra ſi morte liceret
Pallentes orco proh dolor eripere

Et ſi quæ patimur crudeli funere fata ,
Hoc ſaltem nobis munere grata forent .
Tæderet quantos cœli conuexa tueri ,
Quantæ ſæuirent in ſua corda manus.
Et tu quæ fuerim ſi noſſes candide lector,
Nunc animam quoque tu purpuream vomeres ,
Viuere quo rurſus poſſem & ſupereſſe daretur ,
Fingere & innumeras nexa per ora animas.

MERETRICIS.

Forma atque illecebris Veneri vixi æmula, liuor
Saxo hoc delicias inuidus occuluit .
Artificis pietate iterum rediuiua placebam ,
Ni me vidiſſet Cypria marmoream.

EPITAPHIVM CONSTANTINÆ MAVRITII IMP. VXORIS ET LIBERORVM.

O ego mille modis regum miſeranda duorum
Mauritij coniux, filia Tiberij !
Edocui regina ſatis ,fecundaque mater,
Quam ſint multorum commoda ſceptra ducum.
Militis infidi iaceo populique furore,
Et mecum coniux progenieſque iacet.
Næ miſera Niobes ego ſum vitale cadauer,
Plurane Ciſſeis ,plura Iocaſta tulit ?
Eſto : iure pater . cur pignora parua necantur ,
Humani prorſus neſcia turba doli ?
Non iam Roma meis carpes à frondibus vmbram,
Eruta Threicio ſtirps Aquilone iacet .

Digitized by Google

IIII.

MARITI VXORIBVS.

ATIMETVS PAMPHILI TI. CÆSARIS
A. L. L. ANTHEROTIANVS
SIBI ET
CL. HOMONOEÆ CONLIBERTÆ
ET CONTVRBERNALI.

Tu qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte gradum quæſo, verbaque pauca lege.
Jlla ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homonœa breui condita ſum tumulo.
Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,
Quam Pallas cunctis artibus erudijt.
Nondum bis denos ætas mea viderat annos,
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc: morte eſt mihi triſtior ipſa,
Mœror Atimeti coniugis ille mei.

GRACILIS MARITVS PROBINÆ
CONIVGI.

Perpetuas ſine fine domos mors incolit atra,
Æternoſque leuis poſſidet vmbra lares.
Vita ſubit cœlum, corpus tellure tenetur:
Omnia ſic repetunt iura locoſque ſuos.
Sic rerum natura iubet, ſic temporis ordo:
Quæ modo ſunt, pereunt: quæque futura, cadent.
Suſcipe nunc coniunx, ſi quis poſt funera ſenſus,
Debita ſacratis manibus eliciat.

Multorum inuidia tandem caruiſſe memento,
Nil quidquam paueas, templa quietis habes.
Hîc Probina iacet, Gracili citò rapta marito,
Diebus poſt paucis eſt comitata ſuos.
Inuida ſors rerum fatis quid mergis acerbam,
Nec te coniugij flectere nouit amor?
Heu miſeranda, mihi auſpicijs coniuncta ſiniſtris:
Quo fato traheris, hoc veniente peris.
Quid Probina tibi fœcundæ viſcera proſunt?
Concipis affectum, luctus & ipſe parit.
Nil te dura mouent communis funera lethi,
Cùm tuus in noſtro pectore viuat amor.

MENOPHILVS POPILIÆ FELICVLÆ.

Hunc tibi nunc titulum ſtatuo cariſſima coniunx,
Luctuoſumque mihi, qui ſcio quid fueris.
Extremum officium quoniam tibi reddere cogor,
Et merito hoc fieri teſtis & ipſe loquor.
Nunc vos conteſtor manes, quibus oſſa relinquo.
Tellus huic tumulo ne grauis eſſe velis.

IVLIÆ.

Iulia quæ fueras longa digniſſima vita,
Occidis è noſtro rapta puella ſinu.
Sed comes ætherea nunc degis iuncta corona,
Nunc Helicen propius cernis, & Andromeden.
Me cruciat coniunx miſerum, me abſumit amantem
Sæuus amor nullis ignibus inferior.
Namque ego ſeu rebus fueram diſtrictus agendis,
Seu dederam vacuo languida membra thoro.

Tu

Tu mihi ſemper ades, tua præſens ſemper imago
eſt,
Quæ miſero moueat flebile cordolium.
Impia cur teneros ô mors diſtinguis amantes,
Quos bene conueniens conciliauit amor?

PEDANÆ.

Ingrata Veneri ſpondebam munera ſupplex,
Erepta coniunx virginitate tibi.
Perſephone votis inuidit pallida noſtris,
Et præmaturo funere te rapuit.
Supremum verſus munus donatur, & aram,
Et gratam ſcalpſit docta Pedana chelyn.
Me nunc torquet amor. tibi triſtis cura receſſit,
Lethæoque iaces condita ſarcophago.

CALPVRNIANVS MATVRÆ.

Hic ſita, quæ vixit duodetriginta per annos,
Vnanimi Calpurniano ſociata marito.
Nomina Maturæ, Tuder eſt mihi nota propago,
Aufidius genitor, genuit me Plania mater.
Quadraginta duos mecum fero flebilis annos,
Rapta meis fatis: ſuperi ſic namque iubebant.

P. Q. F. SECVNDVS LÆLIÆ
CLEMENTINÆ.

Functa iaces hic, ſed viuis, viueſque Secundo
Lælia tuo, debent nec benefacta mori.
Te Tellus ſanctoſque precor pro coniuge manes,
Vos ite ô placidi, tu leuis oſſa tegas.

M. ÆMI.

M. ÆMILIVS M. F. IANVARIVS CATILIÆ MARTIANÆ CONIVGI.

Inuide quid gaudes? illa hîc mihi mortua viuet,
Illa meis oculis aurea ſemper erit.

VXORES MARITIS.

NYMPHIO SERENA.

Viuere poſt obitum vatem vis noſſe viator?
Quod legis ecce loquor. vox tua nempe mea eſt.
Nymphius æterno deuinctus membra ſopore,
Hîc ſitus eſt: cœlo mens pia perfruitur.
Mens videt aſtra, quies tumuli complectitur artus:
Calcauit triſtes ſancta fides tenebras.
Te tua pro meritis virtutis ad aſtra vehebat,
Intuleratque alto debita fama polo.
Immortalis eris. nam multa laude vigebit.
Viuax venturos gloria per populos.
Te coluit proprium prouincia cuncta parentem,
Optabant vitam publica vota tuam.
Exercere tuo quondam data munera ſumptu
Plaudentis populi gaudia per cuneos.
Concilium procerum per te patria alma vocauit,
Seque tuo duxit ſanxius ore loqui.
Publicus orbatas modo luctus conficit vrbes,
Confuſique ſedent anxia turba patres.
Vt capite erepto torpentia membra rigeſcunt:
Vt grex amiſſo principe meret iners.
Parua tibi coniux, magni ſolatia luctus,
Hunc tumuli titulum mœſta Serena dicat.

Hac

Digitized by Google

Hæc indiuidui ſemper comes addita fulcri,
Vnanimem tibi ſe luſtra per octo dedit.
Dulcis vita fuit tecum: comes anxia lucem
Æternam ſperans, hanc cupit eſſe breuem.

VI.

PARENTES LIBERIS.

VALERIVS IVLIANVS ITALICO FILIO, ET HONORATÆ MAMMVLÆ EIVS.

Diſpar damna leges, Parcarum crimina diſpar,
Hæc ridenda mihi eſt, hic lacrumandus erit.
Hæc namque emeritos bis quadraginta per annos,
Vixit, ac hic terno Conſule natus obit.
Cur modo tam præceps iterum, tam ſera fuiſti?
Funeris amborum dic rea Perſephone?
Vix lucem vidiſſe, ſatis qui viuere poſſet:
Viuere quæ nollet, vix potuiſſe mori?

IVLIVS NICEPHORVS PALLADIO F.

Vitæ Palladij raptum fleuere Camœnæ,
Fleuerunt populi, quos continet Oſtia dia.

VIBIVS C. L. HELENIVS VIBIÆ L. LATINÆ.

Quæ tibi cunque mei potuerunt pignora amoris
Nata dari, populo ſunt lacrumante data.
Et volui maiora, nimis ſed cura meorum
Fida, tui prohibet me cinerem eſſe rogi.

Vix.

Vixiſſes vtinam, & potius mea carta taceret,
Quàm mihi ſcribendi cauſſa, Latina, fores.
Vixiſſes, neu te ſurgentem in vota tuorum,
Aſpicerem addictam manibus ire ſacris.
Sed quoniam Parcis vetitum'ſt nihil: accipe noſtri
Æternas, eheu, carminis exequias.

PATER FILIO.

Quamuis nate tuos mors inuida ruperit annos,
Abſtulerintque tuum dura ſepulchra decus.
Non tamen his ſecum potuit deducere laudes,
Quas viuens ſemper fama ſuperſtes habet.
Maior enim longa veniens de ſtirpe ſenator,
Auxiſti mentis nobilitate genus.
Iudicis imperium ſeruans bonitate magiſtra,
Cùm tibi ſubiectis tu quoque miles eras.
Vrbanos faſces gaudens tibi Roma parabat,
Conſilio fratris nunc moderata tui.
Fidus amicitiæ cuſtos, ambitor honeſti,
Iuſticiæ cultor, pacis amator eras.
Gratus, dulcis, ouans, humilis, pius: hei mihi quantis
Priuauit miſerum mors inimica bonis!
Te luxitque pater, ſoboles, coniunxque fidelis,
Te mixtis lachrymis longe & amata domus.
Nil tibi defendens, famulum mihi nate paraſti,
Vt tibi ſeruitij creſceret alter amor.

N L N-

NINNIA CRONIS

Quod decuit natam patri præſtare ſepulto,
Hoc contra natæ præſtitit ipſe pater.

FENIVS ANTVLIÆ.

Hoc nemus æterno cinerum ſacrauit honore
Fenius, & culti iugera pauca ſoli.
Hoc tegitur cito rapta ſuis Antulla ſepulchro,
Hoc erit Antullæ mixtus vterque parens.
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne ſperet agellum,
Perpetuo dominis ſeruiat iſte ſuis.

GERVNTIO ET CONSTANTIO PATER INFELIX.

Vos equidem nati cæleſtia regna videtis,
Quos rapuit paruos præcipitata dies.
Sed mihi quæ requies oneroſa in luce moranti,
Quoi ſoli ſupereſt & ſine fine dolor?
Quam male de vobis fallacia gaudia vidi,
Et decepturus me iugulauit amor!
Reddebar teneris in vultibus, ipſaque per vos
Tempora credebam lapſa rediſſe mihi.
Sentio quid faciat ſpes inrita. peſſima mors eſt
Supplicij afflictio, quem ſua fata premunt.

PVERI A MATRE MACTATI.

Te peperi, te nate alui, preſſi vbera nate,
Scilicet vt mater te gladio feriam!
Ambos in partu Lucina irata tuliſſet,
Cur non diſciſſis ilibus interij?

His.

Hiſcite (quid ſtatis?) terræ: ruat arduus æther
In caput, in me omnis tartarus exiliat.
Quo nos dira fames compellit? vos ne poteſtis
Aſpicere hac æquis ſydera luminibus?
Nate petes iterum infelicis viſcera matris,
Te pietas celebrem, me feret impietas.

C. CVRTIVS ANTIOCHVS ET ARICINA NAIS BASSO FILIO.

Debuit hoc natus nobis præſtare duobus,
Vt cineres patrios dederet inferijs.
Sed quoniam diræ genuerunt fata volucres,
Te Baſſe ereptum fleuimus ante rogum.

MATER FILIÆ.

Verius hunc titulum matri tu nata dicaſſes,
Quem mater miseræ nunc tibi, nata, fa[illegible].
Bis ſenos complentem annos te filia matri
Eripuit miſeræ mortis iniqua dies.
Obteſtor manes meritæ ſanctæque patronæ, &
Comprecor vt leni terra tegat tumulo.

Quot lacrymas moriens liquiſti filia matri,
Tot tibi dent ſuperi gaudia perpetuò.
Ter conata ſequi, ter ſpiritus hæſerat ori,
Quod volui, haud potui te pereunte mori.
Solamen, ſi quod miſeræ eſt, inſomnia præſtant;
Quum triſtem in ſomnis ludit imago animam.

Vi-

Viderat exanimem mater Byzantia natum,
Forte facit patrijs dum ſua vota ſacris.
Impoſitumque ſuis iuuenem quæ geſſerat armis,
Et madida hoſtili tela manuſque nece.
Mox nec ſciſſa comam mater, nec territa caſu
Femina, fortuna celſior ipſa ſua.
Nate, ait, egregium patriæ per ſecula nomen
Quam non degeneri funere nate iaces.
Nunc demum peperiſſe iuuat: dolor omnis abeſto,
Numquam ego te nato non bene mater ore.

VII.

LIBERI PARENTIBVS.

FILIVS PATRI.

Sic pia, ſic felix, ſic quod tibi vita be[illegible]a
Contigit, & cunctis auxilia[illegible]onitas
Nos tamen hîc cruciat dolo[illegible] anxius, & pia cura,
Quod te feſtinans [illegible]ſtulit atra dies.
Numina nunc i[illegible]erna precor, patri date lucos,
Quis eſt purpureus perpetuuſque dies.
Quod certe hic meruit; cuncta'ſt data cura ſepulcro,
Extruxere faui de Siculis apibus.

HATERIA TELETE?

Tu pater & mater lacrymis retinete dolorem,
Nam fato raptam non potis eripere.

VETTIA MEGISTE, ET VETTIVS Oneſimus Symphoruſæ alumnæ.

Nata, ſed in lacrymas ſolum, dolor omnibus inſtat:
Hic ſita ſum: vixi, tempus inane meum.
Annus erat vitæ primus, mox deinde ſecundi
Liminibus rapuit me ſibi Perſephone.

IVDENS M. LEPIDI L. GRAMMATICVS PHILOLOGVS.

Procurator eram Lepidæ, moreſque regebam:
Dum vixi, manſit Cæſaris illa nurus.

PATRONI LIBERTIS DOMINI VERNIS, ET SERVIS.

EVTYCHETI AVRIGÆ ANN. XXII. FL. RVFINVS ET DIOPHANES SERVO.

Hoc rudis aurigæ requieſcunt membra ſepulcro,
Nec tamen ignari flectere lora manu.
Iam qui quadriiugos auderem ſcandere currus,
Et tamen a bijugis non remouerer equis.
Inuidere meis annis crudelia fata,
Fata quibus nequeas oppoſuiſſe manus
Nec mihi conceſſa eſt morituro gloria Circi,
Donaret lacrymas ne pia turba mihi.
Vſſere ardentes intus mea viſcera morbi,
Vincere quos medicæ non potuere manus.
Sparge, precor, flores ſupra mea buſta viator:
Fauiſti viuo forſitan ipſe mihi.

GEL-

Digitized by Google

GELLIVS MAXIMVS PHOEBO LIBERTO.

Hic ſitus eſt, quondam Gelli pars maxima, Phœbus,
Adfectus omnes poſſidet iſte lapis.
Vix conſummauit ſeptem quinquennia luſtri,
Oſcula feruentem nec tenuere animam.
Quod ſi mutari potuiſſent fila ſororum,
Gauderet condi Maximus hoc tumulo.

DOMITTILLA HECTORI.

Qui colitis Cybelen, & qui Phryga plangitis Attin,
Dum vacat, & tacita Dindyma nocte ſilent.
Flete meos caſus. non eſt alienus in illis
Hector, & hoc tumulo Mygdonis vmbra tegor.
Ille ego qui magni paruus cognominis heres,
Corpore in exiguo res numeroſa fui.
Flectere doctus equos, nitida certare palæſtra,
Ferre iocos, aſtu fallere noſſe fidem.
At tibi dent ſuperi quantum Domitilla mereris,
Quæ facis exigua ne iaceamus humo.

ANNIÆ AGATHONICÆ.

Vita breuis longo melior mortalibus æuo,
Nam paruo ſpacio floruit hæc anima.
Bis denos perfuncta annos ſine crimine morum,
Vita beata fuit, ſpiritus hic nituit.
At patrum miſeranda ætas anima cruciatur,
Pœnaque de longo tempore longa data eſt.
De ſenio luctus, ſenium fletu renouatur,
Vtraque res mortis durior exitio.

Digitized by Google

Dat tamen hæc patronæ pietas ſolatia fida,
Iugera quot terræ dedicat hic tumulus.

Hìc puer octauo fraudatus clauditur anno,
Impia quem fati ſæua ruina premit.
Nomen erat Clemens, minime lædendus & annis
Spes erat in puero, nunc cinis & gemitus.

Leuitæ coniux Petronia, forma pudoris,
His mea diſcedens ſedibus oſſa loco.
Parcite vos lacrymis dulces cum coniuge natæ,
Viuentemque Deo credite flere nefas.

ANONYMI.

Claude precor miſeras ætas verboſa querelas,
Numquid adhuc vitium vis reſerare tuum?
Sit ſatis indignum leuiter tetigiſſe pudorem,
Contrectata diu crimina crimen habent.
Omnibus eſt eadem lethi via: non tamen vnus
Eſt vitæ cunctis, exitijque modus.
Hac pueri, atque ſenes pariter, iuueneſque ferentur,
Hac par diuitibus pauper egenus erit.
Ergo quod adſtrictum, quodque eſt vitabile nulli,
Feſtino greſſu vincere præſtat iter.
Infelix ceu iam defleto funere ſurgo,
Hac me defunctum viuere parte puto.

AIACIS TVMVLVS EX HOMERO.

M. T. CICERONIS.

Hìc ſitus eſt vitæ iampridem lumina linquens
Qui quondam Hectoreo percuſſus concidit enſe.

AR I-

ARIMINI.

Humano generi legem natura creatrix
Hanc dedit, vt tumuli membra ſepulta tegant.
Liberi ſoboles matrique patrique ſepulcrum,
Triſte miniſterium, mente dedere pia.
Hic ſunt membra quidem: ſed famam non tenet vrna.
Nam durat titulis neſcia fama mori.
Rexit Romuleos faſces currentibus annis,
Succeſſu parili Gallica iura tenens.
Hos non imbelli precio mercatus honores;
Sed precio maius detulit alma fides.
Auſonijs populis gentiles rite cohortes
Diſpoſuit, ſanxit fœdera, iura dedit.
Cunctis mente pater toto venerabilis æuo,
Ter denis luſtris proximus occubuit.
O quantum bene geſta valent! cùm membra recedunt,
Neſcit fama mori: lucida vita manet.

INCERTI EX V. C. Fr. IVRETI FIDE.

Virginis inſano Iulianus captus amore
Femina fit cultu, diſſimulatque virum.
Et ſic iudutus muliebriter, intrat ad illam,
Res patet: abſcindit membra pudenda pater.
Femina virque prius, nec vir nec femina nunc eſt:
Fit neutrum, credi femina dum voluit.

Ex Iano Grutero.

IANI GVILIELMII.

Hic Gulielme iaces, viridi quem pube iuuentæ
Meſſuit indomitis Mors fera forſicibus.
O nimium iuuenem, ſi vitæ ſecula ſpectes,
O nimium, genij ſi monumenta, ſenem!
Ergo quid Autumni tibi erat cum tempore, ſi Ver
Autumni primum mitia dona tulit?

EIVSDEM.

Dum veterum purgo Scriptorum putrida mēbra,
Eumenidúmque veto poſſe premi pedibus.
Et dum aue felici iam corpora conclamata,
Ex ipſis iubeo ſurgere ſandapilis.
Inuidiam merui Superûm: atque in puberis æui
Tempore, nigranteis cogor habere domos.
Sic quoque adijt ſanato Epidaurius Hyppolyto Orcum.
Cuius ob exemplum & pœna mihi iſta leuis.
Fors enim & illa dies propè adeſt, qua fata ſecutus
Ipſius, hinc pretio vel prece liber eam.
Aſpiciensq; iterum Phœbeam lampada, maior
Surgat honos decuplo, quàm fuit ante mihi.

EIVSDEM.

Flore, Viator, humum decora. heic etenim ille quieſcit
Flos quondam Gulielmius orbis.
Quem veluti vernus naſcentem aſpexit Eous,
Aſpexit Veſper morientem.

Omnia

Digitized by Google

Omnia flori igitur ſimilis, niſi quod minimè, eheu,
Succedens ſibi proroget æuum.
Mentior. ha dudum tumulo quoque flos nouus iſto
Exiſſet, niſi terra maderet.
Imbre putris nimio lacrymarum, prætereuntum
Qui de oculis pluit agmine vaſto.
Quod ſi pauliſper fletu moderere, Viator.
Fiat humus dum ſicca mage omnis.
Actutùm vario prodire colore & odore
Conſpicies florem hocce ſepulcro.

EIVSDEM.

Fruſtra es, Caſtaliũ Muſas qui quæris ad amnem,
Triga ſuum illa triplex hoſpitium heîc ſibi habet.
Et manuum flictu, ſingultatoq́; tenore,
Cuncta oriente replet, cuncta cadente die.
En vt demiſſo incedant capite en, ſitu vt atra,
Auſteris Citharæ fila rigent lacrymis.
En, vt inornatus monumenti nunc agrum oberret:
Nunc ſedeat Cryptæ Cynthius ante foreis.
Hà, hà, parce Aganippeas quid poſcere Diuas,
Quiſquis es: hà Phœbo fundere parce preces.
Hîc nec enim poterit, poterunt donare nec illæ
Quod ſibi ſit dignum, quod lubitumq́; tibi.
Quin, ſi, quod cor habes, te iunge age flentibus ipſis.
Numquã homini turpe eſt Numina velle ſequi.
Sin petere eſt aliquid volup: hoc pete quod ſit ab omni
Parte venenato triſtius helleboro.

Sed potius libeat te iungere flentibus ipſis,
Rarus honos homini Numina poſſe ſequi.

EIVSDEM.

Sicut odorati per amœna roſaria Paſti,
Sedula dum illuſtri remigio errat apis.
Floreq́; nunc ſibi ab hoc, rores nunc lingit ab illo,
Diſtendat cellæ queis tabulata ſuæ.
Imprudens in Araneæ opus leue fertur & atram
Sæpè venenato puncta pede necem adit.
Sic te vbi Scriptorum omne genus Guilielmie, ineſcat,
Per quos & Latij, & Græciæ honora plaga eſt,
Indeq́; pinguem omnem iuuat emulſiſſe medullam,
Ac linguæ accentus non ſinis eſſe rudes.
Circum retiris, miſer heu, indagine Mortis,
Circum retiris, heu miſer, & moreris.

EIVSDEM.

Hoc monumen poſuit Guilielmo inane Gruteri
Officioſus amor.
Teſtatum vt cunctis faceret, Mortis properè vngus
Optima quæque rapi.
Nam fruſtra eſt, ipſum qui heîc laudi ac enthea mentis
Tot bona poſſe putet.
Is dignè vt detur tumulus: ſit Terra vice Vrnæ,
Pro Capuloq́; Mare.
Omnis, & in ſalſos lacrymarum funditus amneis
Lympha eat Oceani.

Stetq́;

Stetq; ſepulcrali totum pro Fornice Cœlum,
Aſtraq́; pro Facibus.
Grexq́; Deûm cineri noctuq́; diuq́; parentent
Eſurie atq́; ſiti.
Donec protractis inferno è carcere, ad vnam,
Indomitis Furijs.
Cultrum adigatur ijs per guttura, ſanguine placent
Et Guilielmiadem.

Ex quodam.

HOSPES ET TVMVLVS LOQVITVR.

Quid iacet hac ſub mole? cinis. nil amplius? oſſa.
Cuius? quo careo. quò petijt? ſuperos.

AD HOSPITEM DE TVMVLO.

Siſte gradum hic hoſpes. Tumulum quem cernis, in iſto
Pierides, Mylius, Brema ſepulta iacent.
At cur tres vno? miraris? deſine. namque
Illis vna fuit vitaq; morſq́; tribus.
Et te felicem credas hoc nomine, & illos,
Quòd vidiſti oculis, qui periêre ſimul.

Epitaphia aliquorum Comitum Hollandiæ & Zelandiæ.

THEODORICI II.

Virtutis patriæ, patrij quoque nominis hæres
Marte meo clarus, vt fuit ille, fui.

Idem hoſtis Friſius, ſic & victoria vtrią;,
Hæc blanda imperijs, hoſtis vt ille meis.
Mox etiam flamis monumenta abſumpta paternis
Manibus æterno marmore reſtitui.
His geſtis morior: teſtis mihi fama, tueri
Me nec ſceptra magis, nec potuiſſe patrem.

ARNVLPHI III.

Ardua, dum vixi, generoſo pectore bella
Suſtinui, ad pacem tardus, ad arma celer.
Teſtes ſunt Friſij, Phrygij qui ſanguinis hoſtes
Senſerunt, hoſtem quid ſit habere Phrygem.
Hæc mea vita: necem memor ipſa Batauia narret,
Quæ patrio exanimem me poſuit tumulo.
Pace quieuit auus, genitorą;, ego primus in armis:
Vtrą; mors laudi eſt. elige poſteritas.

THEODORICI IV.

Quid vitam carpis? quid prælia geſta viator?
Sit ſatis, hoſtili me perijſſe manu.
Nam, quòd Eburonum maculaui ſanguine ludos,
Tota reſiſtentis, non mea culpa fuit.
Bella ſequuta tamen: quæ nullis viribus hoſtis
Geſſit, at internæ proditionis ope.
His cecidi moriens, illis velut ante cecîdi:
Tolle necem hanc, & tunc iudicet ipſe Cato.

GERTRVDE SAXONIÆ.

Dum nouus imperij ſucceſſor quæritur, anceps
Fœmineo dudum pectore pugna fuit.
Imperium ſpreuit ſexus, mens alta cupiuit,
Sexuą; euaſit altior illa meo.

Cœpta

Cœpta ſecundauit bona pax, pulſusq́, repentè,
Quod dederat paci, Mars tulit exſilium.
Sic ego regnaui: nunc tu cape regna Roberte,
Quid numeras annos? reſpice pacis opus.

GODEF. LOTH. GIBBI.

Quid malè parta meis hoſpes regna obijcis armis?
Quid pœnam expoſcis? mors mihi pœna fuit.
Reſpice iuſtitiam, victrices reſpice palmas,
Quâ rexi Batauos, queîs Friſios domui.
Reſpice fundatas celebres, me principe, Delphos,
Mox tangent ipſis ſidera verticibus.
Hæc volui te ſcire, hoſpes: nunc i memor, & dic,
Quam benè firmauit, quæ malè quæſierat!

FLORENTII III.

Quid peregrinum (hoſpes) miraris in vrbe Seleuci
Funus? & ignoto marmora ſculpta ſolo?
Deſine: nam latet hoc Florentius aggere: virtus
Quem ſua Mennonias vexit ad vſque plagas.
Qui Sarraceno redijt bis victor ab hoſte,
Qui pacem extorſit ſupplicibus Friſijs.
Inuidit Batauos illi tamen ecce triumphos
Mors, ne victa foret, Mars, quia victus erat.

ADÆ THEODORICI VII. FILIÆ.

Nec ſexus mihi, nec fuit ætas apta regendi,
Iura tamen Batauis, vt pater antè, dedi.
Quàm benè, fœminei taceo memor ipſa pudoris,
Poſteritas vitæ conſcia teſtis erit.

Bel-

Bellaq́; cùm Ducibus vicinis geſta loquetur,
Dum noſtrum infeſtant, ô Ludouice, thorum.
Fœmina quid poſſit, cerne hoſpes. nupta Roberto
Pacis opus dederat, nunc tibi Martis habe.

FLORENTII IV.

Quin pergis? ſatis eſt. nomen ſi videris hoſpes:
Nam mea, ſi quæras, quilibet acta canet.
Aut qui tercentum me nauibus æquor arantem
Oceani rector vidit, & ingemuit.
Aut qui tum cæſos duce me meminêre Statingos
Turbantes noſtræ relligionis opus.
Hæc mea facta: necem narrarem nunc quoque: ſed vel
Non perij, vel mox reddita vita mihi eſt.

FLORENTII V.

Quid mihi bis mortem facinus moliris ob vnum
Poſteritas? ſemel ab ſit perijſſe ſatis.
Quin me, quin potius cum Flandris bella gerentem,
Aut mea cum Friſijs prælia geſta refers?
Mitto ego, quæ patrijs vmbris monumēta dicaui,
Eximiæ teſtes quæ pietatis erunt.
Huic, ſpero, laudem tribues, mutataq́; dices.
Quod te delenit, delet & illa ſcelus.

GVILIELMI V.

Natus ego Auguſto Bauarorum ſanguine, Princeps
Pòſt matrem Batauis Hannonijsq́; fui.

Omni-

Omnibus his videor felix potuiſſe videri,
Imperij niſi me præcipitaſſet amor.
Hinc mihi prima mali labes, hinc cetera nata,
Quæ taceo facti conſcius ipſe mei.
Tu pia poſteritas, quoniam mihi vita negata eſt,
Æterna hæc mecum morte ſepulta ſinas.

GVILIELMI VI.

Si quis ades longis hoſpes peregrinus ab oris,
Ni graue ſit, paucis te volo, ſiſte gradum.
Hic iacet heu Bauaræ Guilielmus gloria gentis,
Nec bello proauis, nec pietate minor.
Geldria quem timuit, Leodinaq́ue mœnia bello
Aſpera, dum pulſo prælia fratre mouent.
His geſtis moritur: nunc hac iacet æde ſepultus:
At tu facta memor reſpice, non tumulum.

CAROLI BVRGVNDIÆ.

Hannibal in caſtris, Romanus in agmine Cæſar,
In pugnis Macedo, Carolus vnus erat.
Sic triplici geſtans inuictum pectore pectus
Vertit Eburonum mœnia capta ſolo.
Mox quoque Menapios, Leucorumq́ue aſpera colla
Inuicto victor ſubdidit imperio.
Occubuit tandem Nanci: nunc prius armis,
Nomine ſic Martis viuit, Olympe cares.

MAXIMILIANI AVSTRII.

Auſtriacæ gentis ſoboles patre Cæſare Cæſar
Inuicta geſſi Belgica ſceptra manu.

Te quoque ſanguineos enſes Ludouice minantem
Coniugio docui ſanctius eſſe nihil.
Hæc feci princeps: quæ Cæſar deinde peregi,
Indicium populi vox lacrymæq; dabunt.
Sunt hæc ſigna meæ mortis, ſed ſunt quoque vitæ:
Felix, qui ſola morte ſuis grauis eſt.

PHILIPPI II. AVSTRII.

O fluxum decus imperij! vix Belgica nactus
Sceptra heu crudeli morte Philippus obit.
Nec licuit creſcentem animo proferre vigorem,
Æmulaq; heu patri facta patrare ſuo.
Belgica tu tanto ſuſpires orba parente,
Et dic, heu magnis mors inimica viris!
Nam ſi aut hic ſenior, aut ſerior illa fuiſſet,
Dixiſſes: iacet hîc, qui patre maior erat.

Ex Cæſare Duchio.

IVL. G.

Hîc quæ nuper erat pulcherrima conditur; inque hoc
Conduntur tumulo Iuno, Minerua, Venus.
Hîc tela, hîc ignes; arcusq; Cupidinis; ingens
Et decus; & ſanctæ norma pudicitiæ.
Aduena luge legens qui tranſis; & aſpice, namque
Quæ nihil eſt; orbis gloria nuper erat.

Ex

Digitized by Google

Ex Nicolao Siccio.

FRANCISCI OLIVÆ.

Quæ iaceo iniuſta mortis ſucciſa bipenni,
Culta per Inſubres Palladis arbor eram.
Teſtis erit, quam vena mei ſit dulcis Oliui,
Quæq; per ora virûm fama ſuperſtes erit;
Tu qui ſucciſo veneraris ſtipite truncum,
Dic lacrymans, arbor, ſit tibi mollis humus.

BENEDICTI VARCHII DE SEIPSO.

Si mihi quæ dederant neuerunt ſtamina parcæ,
Et Lacheſis iam iam rumpere fila parat,
O mihi dent ſaltem superûm pia numina Diuûm
Feſulei vt ſumma condar in arce iugi,
Quà patet immenſus partes proſpectus ad omnes
Et cælum nullo ridet in orbe magis.
Illic perpetuo deuictum lumina ſomno
His inſcripta notis qualibet vrna tegat.
Varchius ingenui ſemper ſectator Amoris
Conditur hîc, totum quod cupiebat, habet.

Ex Franciſco Antonio Rinerio.

LEPIDISSIMI CATELLI.

Hinnule mi, mihi te rapuit mellite Catelle
Diti rapta olim pallida Perſephone.

Illa

Illa quidem mihi te nimirum inuidit habenti,
Et manibus tenerum ſuſtulit ipſa ſuis.
Huic tu delicias facito, ſat nos tua fata
Fleuimus, & longùm diximus Hinne vale.

TOTILÆ GOTORVM REGIS.

Hæc Totilæ effigies, quo iuncta leguntur in vno
Et decor & robur & pudor & pietas.
Miſcetur decori robur, pudor emicat armis,
Quàm forti apparet pectore, tàm pius eſt.
Vrbem terrarum Dominam capit, attamen vrbis
Seruat captiua templa, Deosq́ colit.
Semiuir aſt illum valido domat agmine Narſes
Infractum bellis omnibus antè virum
Flebilior ſors nulla fuit: nam contigit illi
(Heu) propè fœmineâ procubuiſſe manu.

GOTIFREDI BILIONII.

Gotifrede pijs Solymos dùm ſubijcis armis,
Et renuis capiti regia ſerta tuo.
Nil vmquam humano diuinius exijt ore
Regali quam quod exijt ore tibi.
Laurea non hominem geſtare, nec aurea Regem
Fas, vbi rex Diuûm ſpinea ſerte tulit.
Macte Heros tam voce hac, quam victricibus armis,
Quæ Babylon, omnisq́ horruit Aſſyria.

Ex

Ex Franciſco Stoa.

ANSVIGI MARTINENGII EXTINCTVS MATRI SVÆ.

Quid mea fata gemis dulciſſima mater? & altis,
Quòd perij in bello, fletibus ora rigas?
Deſine chara parens, miſeris fœdare querelis
Perpetuum nomen: perpetuumq́; decus.
Audio maternos gemitus: maternaq́; verba
Triſtia: percuſſos & ſine fine ſinus.
Captiuus poteram noſtræ dare tempora vitæ,
Sed magis egregium, ſum ratus enſe mori.
Liber ego opperij non hoſtis robore victus:
Sed numero hoſtiles continuante manus.
In me vnum fluxere acies: ego fulminis inſtar,
Fregi hoſtes qui in me grandinis inſtar erant.
Annis penè puer: vir pectore: crudus in armis,
Corporis atque animæ, prodigus vſque meæ.
Chara vale genitrix; finemq́; doloribus adde,
Aſſiſtet lateri gloria noſtra tuo.
Sic ego, qui cecidi tanto pro rege, triumpho,
Principe pro tanto: viuo ego non perij.

Ex incerto.

CARVLI VIII. GALLORVM REGIS.

Carule, te hîc Titam ne ſe properantius orbem
Ambires victor, condidit ante diem.

CARVLI V. CÆSARIS.

Pro tumulo ponas orbem, pro tegmine cœlum,
Pro faſcibus ſtellas, pro Imperio, Empireum.

Ex Diomede Sala.

DE TORQVATO CVI SPINVLA EPIT. INSCRIPSIT.

Torquati iacet hîc corpus, nomenq́ ſepultum,
Horum vnum extinxit Spinula, mors aliud.

Ex Ioan. Antonio Taygeto.

CHRISTOPHORI FRANZONI.

Dum validis flauum findis FranZone lacertis
Meduacum, inſano Nais amore rapit;
Hæc potitur, ſed te iuuenis clariſſime, raptum
Flent Leges, Mauors, Gratia, Muſa, Lepor.

HYPPOL. CORSINI.

Cuius hic eſt tumulus? Corſini; copia florum
Vnde viret? cineri Ver ſua iura dedit.
An ne hic pubeſcunt glaciali tempore flores?
Quid mirum, ille etiam flos modò vernus erat.
Quis fundit lacrymas? Aſtræa interprete adempto,
Quis gemit? alma fides, Relligio, & Pietas.
Heu genus infelix hominum; qui veſcitur aura,
Vt roſa vix orto languida ſole, cadit.

DE AVFIDIO, CVI SPINVLA EPIT. INSCRIPSIT.

Aufidio iniuſtæ ruperunt ſtamina Parcæ,
Inſcripſit titulum Spinula; bis perijt.

Digitized by Google

RICIARDI MVTII.

Mutius hîc ſitus eſt: fractum quem cernitis arcum,
Et ſparſos flores, & ſine lege comas.

IVLIÆ DVRANTIS IN EODEM ſepulchro cum marito & filia conditæ. Ipſa loquitur.

Quod caram nobis natam dulciſſime coniux
Mors nuper iuſtos abſtulit ante dies.
Non ipſe ignoras quis me cruciatus adegit
De fatis toties pignora rapta queri;
Sed poſtquam medijs etiam tu raptus in annis,
En nimio tecum victa dolore cado.
Spiritus vnus erat nobis, dum fata ſinebant,
Spiritus Elyſios vnus adibit agros.
Et quondam fuerant vna tria corpora carne,
Nunc eadem triplices vna teget cineres;
At tu dic terno verſu pia verba viator;
Tres ſumus in tumulo, nata, pater, genitrix.

IRENES SPILIMBERCIÆ.

Hic cineres liquit ſuperûm nitidiſſima proles
Irene, ad ſedes diua reuerſa ſuas.
Quicquid habet miri cœlum, natura decoris,
Quicquid habent fauſti ſidera, contulerant.

Hæc cantu ſilices traxit, doctiſſima mixto
Carmine, Threiciam ſollicitare lyram.
Hæc quoque Apellæas æquauerat arte tabellas,
Pallada acu, Phœben moribus, ore Charin.
Ergo quas tumulo violas, quos cernis odores,
Suprema inuitæ dona tulere Deæ.
Quiſquis ades, venerare vrnam: poſt fata ſuperſtes
Virtutis grata eſt gloria, gratus honor.

LAVRÆ PVELLÆ AMATOR AD TVMVLVM CONQVERITVR.

Hîc mea procubuit Laurus, quam lumine diro
Arſere æſtiui ſidera læua canis.
Lugete Aonides, Dryades lugete ſorores,
Et cineres Arabo ſpargite rore pios.
Sol qui Daphnæo gemuiſti accenſus amore,
Heu quantò melior ſors tua ſorte mea eſt?
Dum Daphnem amittis, ſurgit pulcherrima Laurus
Laurus noſtra cadit, noſtra puella iacet.
Laura iacet, nec quæ niuea ceruice fluebant
Illius auratas iam mouet aura comas.
Sola humus hæc rapto potitur, mea gaudia claudit
Impia, delicias abſtulit iſta meas.
Redde meam, mihi ſæue lapis, mihi redde puellam,
Improbe, quid lacrymis immaduiſſe iuuat?
Sed tamen & madeas, & noſtros accipe queſtus,
Cumq; his, & Nardum, donaq; veris habe.
At tu quæ felix cœleſti in ſede vireſcis
Pulchrior; æternùm Laura beata vale.

Laura

Laura vale: at mecum ſemper ploratus & aura
Anxia ſit, dum cor nutriet aura meum.

Ex Gaſp. Bruſchio.

IOANNIS VVALTENHOFERI.

Paruulus hîc iaceo VValtenhoferus Iannes,
Matre ex Lanetta, patre Ioanne ſatus.
Vix bene compleram luſtrum duntaxat & annum,
Cùm rapuit vitam mors mihi ſæua meam.
Additus angelicis nunc cœtibus, aurea Chriſti
Noctes atque dies templa frequento mei.

IOANNIS OCHSII.

Hac ſub marmorea ſitus eſt tellure Ioannes
Taurus, honorata nobilitate grauis.
Principibus multos qui cum ſeruiuit in annos,
Hac quoq; præfectus fidus in vrbe fuit.
Vir bonus, & magnus ſtudiorum fautor, honeſti
Defenſor, ſummè phasq; piumq; colens.
Huic prudens poſuit monumentum tale ſenatus
Pro virtute ſua, pro bonitate ſua.
Atque pio cineri felicia fata precatur,
Clementemq; Deum, propitiumq; Deum.
Qualem per Chriſtum ſe confidebat habere,
Perq; redemptoris vulnera quina ſui.
Is, qui corpus ibi ſepeliri iuſſit: at ipſam
Immortalem animam miſit ad aſtra ſuam.

EX STEPHANO COMITE BELLOCASSIO EPIT. QVOD SIBI AVTOR SCRIPSIT.

Hoc iaceo in tumulo, prius at quàm munere vitæ
Exuor, in voto hoc promere carmen erat.
Huc veni, hîc vixi, peregrinæ fabula vitæ,
Nunc acta eſt, redeo vita vbi perpes erit.
Cygneo ſic more mei ſum funeris ipſe
Cantator, longum, qui legis iſta, vale.

D. DANIELIS PAVONIS.

Hîc Daniel Pauo ter ſeptem dormijt annos
Solus nunc comitem Pauo quietis habet.
Coniuncti tumulo recubant, qui ſanguine iuncti
Viuebant, iunctæ ſint ſuper aſtra animæ.

D. GISBERTI SCONHOVII.

Quid ſpecies? quod vox? quod honor? quod copia rerum?
Poſt mortem virtus ſed ſua quemque manet.
Huius Cantor eras & tertius ordine templi,
Nunc Gisberte iaces, Sconhouiane Vale.

D. CORNELII COLBRANDI CORNELIVS ET VIATOR.

C. Fui. V. quis es? C. non ſum, at fui. V. quid audio?
C. Vmbram loqui. V. Cuius? C. loquar? Cornelij.

Col-

Digitized by Google

Colbrand, loquar nil amplius. Si plus rogas,
Umbram rogas, Abi, Vale, nam dormio.

ISABELLÆ. IMP. VXORIS CAROLI QVINTI.

Mors fera diſiunxit, quos Luſitania iunxit,
Parcáque trux Iouiam dimidiauit auem.
Altera pars animæ Caroli viget, altera adempta eſt,
Illa diu terras occupet, iſta polos.

D. VVALTERI DE LACV CANONICI D. DONATIANI.

Aurea Mercurij quòd me nunc virga coercet,
Prodiga tu culpa es nominis vrna mei.
Verùm ſiqua vmbras tangunt ſolatia, dicam
Non licet inſcriptum continuare diem.
Quindecimo à ſeclo noni pars altera luſtri
Tunc erat, & menſis tertia lux decimi.

Ex Gaſpare Scheto Coruino.

NICOLAI BVVSSII PRODITORIS.

Vrnam non habeo, cælo tegor, altera coxa
Ad Boream, ad medium eſt altera coxa diem.
Brachia ad Occiduum tendunt & ſolis ad ortum,
Exerit abſciſſum pertica longa caput.
Vas reliquum eſt auibus ſæuo candente reſecto,
Vti quo poterit docta cyrurga manus.
Id mea proditio meruit, ſex amplius annos
Externo fautrix regi inimica meo.

Promiſſis locuples Gallus, ſermoneq́ʒ blando
Impulit heu me iſthuc, nex mihi iuſta data.
Hoc doleo, vxorem & natos ſufferre paterna
Delicta, at rectum nihil niſi Cæſar agit.

Ex Iuliano Aurelio.

MARCI LAVRINI.

Vt viret æternum Phæbi Daphneïa Laurus,
Fulmina grandiſoni nec timet vlla Iouis.
Perpetuo ſic Laure tuum ſuper æthera nomen
Viuet, & inuidiam tempore non metuet.

EX ANTONIO SCHONHOVIO EIVSDEM.

Cùm tuus Aonidum cælo dimiſſus in hortos
Veniſſet Genius fonte ſacrandus equi.
Conſtupuere Deæ, patremque remittere plectron
Hortatæ, Fatum iudiciúmque petunt.
Viues (Phœbus ait) Ludouice, neque ille fefellit.
Nam dedit vt viuas nunc quoque poſt obitum.

Ex Petro Vulcano.

LVDOVICI VIVES.

Sit ſatis hoc dixiſſe, cubat hìc ter maximus ille
Hoc tumulo Viues, quod puto pondus habet.
Nam ſic mortales, Superique hoc nomen honorant,
Vt ſit virtutis, quod fuit antè viri.

IOAN.

Digitized by Google

EIVSDEM.

Ne lachryma, ne velle comam, ne pectora tunde,
Nulla premat cineres præfica dira meos.
Mutaui vitam, vita potiore, malorum
Subductus turbis. quid teris hunc tumulum?
Molirisque adeo fruſtra perrumpere leges,
Quas mihi fatales impoſuere Deæ?
Si quis amor ſupereſt viui tibi pectoris, extant
Ingenij paſſim tot monimenta mei.
Hæc te ſolentur, ſint hæc commercia, dices
In viuis Viuem ſemper adeſſe tibi.

EX FRANCISCO SCILTIO.

Mortuus eſt Viues? non eſt, ita vita relicta eſt,
Qui ſic? poſt vitam viuida vita venit.
Non vides cinerem, tumulúmq; & iura ſepulti?
Quid tum? non moritur, viuida vita venit.
Ergo non moritur Viues? non. Vita perennis
Nec moritur, cui ſic viuida vita venit.
Quiſquis ades, viuas ſic vt modò viuere cogit
Viuentem Viuem, viuida vita venit.

MORS ET VITA.

Quæ te Vita poteſt tetigiſſe philautia tanta,
Vt quæ nunc viuunt non peritura putes?
Scis ne mihi dextra falcem geſtarier? omne
Quod tegit hoc cælum, quæ metit omniuorax?

Dic vbi Zeno, Plato eſt? vbi Tullius ore diſerto?
Flaccus, Naſo, Maro, & doctus Homerus agunt?
Hos ego nec Sophiam curans, aut carminis œſtrum,
Aut fluidam linguam, demetere auſa fui.
Auſim ne ergo tuos Morum, Viuemq; & ....
Falce reſecatos eripuiſſe tibi?
Hunc ſenio rapui, febri iſtum, illum enſe Britanno,
Mille mihi ſpecies caſus & interitus.
Vit. Non eſt cur tumeas, ſi te diſcuſſeris ô Mors,
Ius in corpus habes, vita perire nequit.
Vita, inquam, vita in cælis, fama quoque vita
In terris, ſic poſt te vtraque vita manet
Viuet perpetuò Viues, Moruſque & ....
Hîc ſocij terras, nunc ſocij aſtra tenent.

Ex quodam.

ADAMI PRIMI HOMINIS.

Hac ego primus homo, de nomine dictus Adamus,
Poſt obitum egeſta ſum tumulatus humo.
Cùm Deus ex nihilo, Verbo mediante creaſſet
Quæq; ſolo conſtant corpora, quæq; polo.
Me ſimul humana, ruffa è tellure, figura
Condidit, os, oculos, membra caputq; dedit.
In me perfecta Archetypi fulgebat imago,
Omnis iuſtitiæ, ac omnis iudicij.

Hanc

Hanc niſi fallacis vafra quòd fraude colubri,
Amiſi, heu; lapſu turpiter ipſe meo.
Addidit huic culpæ magnã quoq́ fœminæ cauſam,
Ipſa meo facta è corpore corpus Eua.
Vnde auerſa Deo mens, vnde auerſa voluntas:
Vnde repentinæ mortis aperta via eſt.
At facilis iactura mei foret vnius: omne
Si non humanum tangeret illa genus.
Quicquid at eſt, inuenta graui eſt medicina dolori:
Vnde ſalus alijs contigit, vnde mihi.
Fœmineo nobis venturum è ſemine ſemen,
Promiſit lætis vocibus ipſe Deus.
Quodq́; caput Satanæ obtereret, vitaq́; referret,
Morte ſua Chriſtus munera vera, noua.
Sic ego, ſic Eua afflictæ ſolatia menti
Senſimus, accenſa eſt firmaq́; corde fides.
Hacq́; fide Chriſti, quod erat traduximus æuum:
Hancq́; docebamus pignora cara fidem.
Cepta coli tellus, me principe, cepta parari
Frugibus è natis prima alimenta ſolo.
Primus in excelſi inquiſiui ſidera cæli,
Quos habeant curſus æthere, quasq́; vices.
Primus & inueni doctas mortalibus artes,
Quis hominum numquam vita carere poteſt.
De me, deq́; mea, cuncti conſorte creati
Sunt homines: totus quotquot hic orbis habet.
Filius vt fratrem leto contradidit, eheu,
Aſpexi his oculis, ah miſer, ipſe meis.
Nongentos poſtquàm ac triginta vixeram in annos,
Paulatim vires deficerentq́; mihi.

Autor

Diluuio mundum vidi periiſſe priorem,
Et mundum peperi conditor ipſe nouum:
Tres nati, totidemq́ nurus, ego, fidaq́ coniux,
In terra fuimus tunc hominum omne genus.
Nos Pater omnipotens fluida ſeruauit in Arca,
Cætera cùm magnis turba periret aquis.
Antè Deum nam quum ſcelerate duceret æuum,
Exitio mundum tradidit ipſe Deus.
Nec mea, proh, duris caruit domus ipſa querelis,
Degener ex noſtris filius vnus erat.
Autor ego dulcem vini reperi ipſe liquorem:
Intulit autori vim liquor ille ſuo.
Creſcite nati, & tu gaude Semeia proles,
Ex te Meſſias exoriturus erit.

ABRAHAMI PATRIARCHÆ.

In Meſopotamijs degebam finibus Abras,
Culta fuit ſacris lux Orimaſda meis.
Me Deus omnipotens terris diſcedere ab illis,
Et Canaæ fines iuſſit adire ſoli.
Continuò monitis parens, Dominoq́ vocante,
Deſerui patriam deſeruiq́ meos.
Me pater eſt Thare fraterq́ ſecutus, & vxor,
Iuncta fuit ſterili quæ mihi Sara, toro.
Sarai, dixit Deus hinc tua Sara vocetur,
Antè Abras fueras, pòſt Abrahamus eris.
Spondebat Gnatum Dominus, quem præbuit idem,
Ex quo Meſſiæ ſtirpis origo foret.

Qui

Qui meritis omnes poſſit benedicere gentes,
E morte ad ſuperos & reuocare, ſuis.
His adhibens verbis firmam fiduciam, in illa,
Me Domino, ſaluus, iuſtificante, fui.
Hinc ego credentum genitor ſum dictus, & autor,
Si mecum viuant conditione pari.
Et moriens fixa venturo in Semine mente,
In cœli vitam ſede ſuperſtes ago.
Quiq́ mea fidei conſortes lumina claudunt,
Hos vehet in gremium cœlica turba meum.
Hanc precio terram pro meq́ meisq́ paraui,
Oſſa ſub hac Sara ſunt tumulata mea.
Huc etiam iuſſi a vita mea membra recondi,
Separet a prauis nos locus atq́ fides.

ISAACI PATRIARCHÆ.

Ex ſterili, fato natus genitrice ſub auras,
Meſſiæ inſignis ſpes & imago Dei.
Me pater Abramus Moriæ ſub montibus altis,
Imperio voluit ſacrificare Dei.
Cara mihi geminos dedit ipſa Rebecca puellos,
Ex quibus Eſaus hic, ille Iacobus erat.
Ex quibus electus fuit hic, fuit ille relictus,
Ex aluo quamuis prodijt ille prior.
Per varios caſus, varia & diſcrimina rerum,
Tranſegi vitæ tempora dura meæ.
Quo pater & genitrix poſt fata ſuprema teguntur,
Iſacus hoc etiam contegor in tumulo.

I A-

IACOBI PATRIARCHÆ.

Quem Deus innumeris exercuit vndiq; fatis,
A pueris ſummi ad caniciem ſenij.
Hoc mea Iacobus poſt vltima fata ſepulchro
Iſacides natis oſſa locanda dedi.
Præripui primo genituræ munera fratri,
Auſpicio matris conſilioq; meæ.
Illius hinc odio terram Bathuelis adiui.
Atq; greges paui, care Labane, tuos.
Qui mihi mercedis ne fruſtra ſeruolus eſſem
In fœdus natas connubiale duas.
Iunxiſti, mihi quæ lecti duodena dederunt
Pignora, de noſtro ſtemmate progeniem.
Hæc totidem poſt me Patriarchas *nomine dicent*
Quòd baſis, electi, ſint generiſq; patres.
Si numeres ſtellas cœli, numerabis & horum.
Progeniem, ſumma hæc gloria ſtirpis erit.
In patriam rediturus eram vi Numinis actus,
Heu quibus occurri tunc miſer ipſe malis?
Me ſocer inuaſit turmis: cùm milite frater
Eſauus voluit nos iugulare ſuo.
Ipſe metu trepidans Dominum magno ore uocaui:
Cum Domino mihi quàm lucta ibi dura fuit?
Vici tunc aliud nomenq; reporto, Iacobus
Ante, ſed Iſraël poſt modo, dictus eram.
Placatum vidi fratrem, Canaeq; ſubiui
Limina cum gregibus pignoribuſq; meis.

Heu

Quæ ſacra prodibis ſoboles Antiſtitis huius,
Officij diſcas munus obire tui.

MOSIS.

Ob meritum, nomenq́ tuum, celeberrime Moſes,
Nos populi Iſraëlis concio tota tui.
Pontificale tibi cuperemus ponere buſtum,
Inq́ illo titulos ſcribere magnificos.
Si modò conſtaret, quæ ſint in parte locatæ
Corporis exuuiæ relliquiæq́ tui.
Nam Dominus, ſed vbi, haud notum eſt mortalibus vllis,
Te manibus terræ condidit ipſe ſuis.
Nil tibi opus tumba eſt, pro corpore Biblia tota
Optima virtutis ſunt monumenta tuæ.

DAVIDIS REGIS ET PROPHETÆ:

Hoc mea Dauidis ſunt oſſa recondita buſto,
Iſraëlis regi paruit ora mihi.
Iſaio genitus patre ſum de ſtemmate Iudæ,
Abramides ſanctus quem generabat auus.
Ex humili puer in regem delectus ouili,
Suſcepi Saulis regia ſceptra loco.
Cura fui rerum Domino, celebriſq́ futuri
Meſſiæ genitor ſanguine, more typus.
Quas merui, ſolui, pœnas, ſeruator & vltor
Affuit in cunctis mî Deus ipſe malis.
Ædificare Deo volui venerabile templum:
Sed vetuit nimius fuſus ad arma cruor.

O Tu

Tu Salomon facturus id es, cariſſime fili,
Sub te perpetua tempora pacis erunt.
Compoſui dulces hymnos, dulciſq; ſonoram
Ad vocem digitis eſt lyra pulſa meis.
Dum Dominus Dominum ipſe meum, venientibus annis,
Ad dextram iubeat ritè ſedere ſuam.
Ex leto reducem, deſtructoremq; barathri,
Luce coruſcantem corporis ætherea.
Intereà hîc recubo, meus is me tunc quoq; ſecum,
Transferet ad cælos inclitus ille nepos.
Quod ſupereſt, mea gens, animo ſpes concipe lætas,
Ac aliquam facili pectore ferto moram.
Quos cecini dulces, recinas, age, tu quoq; Pſalmos:
Quæ feci, facias, tu quoq; vota Deo.

EPVLONIS.

Impius eſt epulo, dùm viuit, & odit egenos,
Inter & indignas luxuriatur opes.
Mortuus accenſi flammis torquetur Auerni,
Nec lingua guttam quò recreetur habet.
Cyclopes noſtri & Bacchi, crudiq; Thyeſtæ,
Quas Stygio pœnas in Phlegetonte dabunt?

LAZARI.

Lazarus hoc poſui mea ſqualida mẽbra ſepulchro,
Spiritus in gremio viuit, Abrame, tuo.
Pauper in ærumnis ſum mortuus, atqui ego non ſum
Mortuus, eſt mea ſed mortua pauperies.

PETRI APOSTOLI.

Squammigera qui gentis eram piſcator ad vndas,
Piſcatorem hominum me Deus eſſe iubet.
Illius audiui voces, & grandia vidi
Facta, fuit verbis materia illa meis.
Cætera ſuſtinui placidè: ſed proh dolor vna
Cura habuit mentem ſemper acerba meam.
Scis etenim, nec me pudeat commiſſa fateri,
Verterit heu noſtram mollis vt Aula fidem.
Fata mihi furca, Chriſto fuit exitus idem,
Fælix ſi Domino commoriare tuo.
Ipſi gregem paui Chriſto mandante: Miniſter
Ritè gregem paſcat quilibet ipſe ſuam.

PAVLI APOSTOLI.

Paulus ego celebris Phariſææ gentis alumnus,
Cædebam famulos vndiq; Chriſte tuos.
Poſt mihi qui vultu cælo conſpectus ab alto,
Vertebas animos ad meliora meos.
Moxq; tuli populos præco tua iuſſa per omnes,
Hisq; dedi nomen noſſe & obire tuum.
Dicta refutaui cæleſtibus impia verbis,
Seu tua gentilis ſeu Phariſæe tua.
Multaq; quùm Chriſti fueram pro nomine paſſus,
Roma caput ſcapulis abſtulit alta meis.
Verba Dei, moresq; pios pius ipſe docebam,
Doctores, exemplum ritè ſequare meum.

ANDREÆ APOSTOLI.

Andreæ celebres audiuit Achaia voces,
De Chriſto patulis quas dedit ille ſonis.
Impia deſtruxit varias idola per aras
Mœnia quâ nitidis culta fuêre Patris.
Præſidis vxorem docuit pia dogmata Chriſti,
Præſes at iſtorum feruidus oſor erat.
Hîc crucis inuerſo ad caua robora corpore fixus,
Andreas lentam pertulit ipſe necem.

TIBERII IMP.

Hoc ego Tiberius poſitus ſum marmore, dictus
Conſperſum turpi triſte cruore lutum.

C. CALIGVLÆ IMP.

Numen adorari volui, ſtuprata ſoror mî,
Scripta Poëtarum mens abolere fuit.
Ipſe Senatores triſti qui morte peremi,
Hac iaceo triſti morte peremtus humo.

CLAVDII IMP.

Claudius hiſtorias ſcripſi, precioq́ue redemi
Imperium, mortem dira venena dabant.

DOMITII NERON. IMP.

Vxores, matrem, Petrum, Paulumq́ue peremi,
Chriſtiados miris diripuiq́ue modis.
Vrget hians tellus, & ſpectra furentia terrent,
Quos necui, properant mî properare necem.

Ter-

Territus his, ego me proprijs Nero conficio armis,
Fumet ab interitu terra polusq́; meo.

FLA. VESPESIANI.

Compoſuit turbas à cæde Neronis obortas
Hinc meriti laudem Veſpaſianus habet.
Vrbs Solymana ſuum tulit hoc ſub Cæſare finem
Auſpicijs nati nam cadit illa Titi.

DOMITIANI.

Christiadum maſtyx, deſes, ſceleratus & exlex,
Cæſus ex vxoris, Domitiane, manu.

NERVÆ.

Ciuibus arua dedi, vana & ſpectacula Nerua
Abſtuli, eram tanti neruus & imperij.

VLPIANI TRAIANI.

Vlpius Hiſpanis genitus Traianus in oris,
Cæſarea geſſit Romula ſceptra manu.
Iuſtitiæ vindex acer, cuſtosq́; librorum,
Aſſyriæ victor Decebaliq́; fui.
Poſt Agarenæos triſtiſſima bella mouentes,
Dum peto, mors telis me petit atra ſuis.
Structa mihi Romæ fuit alta columna ſub auras:
Iſta meos ſummo vertice habet cineres.

ÆLII ADRIANI.

Diua Themis, Muſæq́; piæ mihi corde ſedebant
His decus & ſtudij tempora multa dedi.
Mœniaque obſedi longè Bethoridos altæ,
Illic Ben Chochab eſt datus ipſe neci.

Digitized by Google

Quo poſt fata ferar, quibus umbra vagabor in oris
Neſcius, inuitam nunc ego linquo animam.

ANTONINI.

Antoninus ego non vllis bella paraui:
Sed repuli quæ ſunt bella parata mihi.
Ciuem vnum volui potius ſeruare, poteruæ
Hoſtibus è cunctis quàm dare mille neci.

ANTONINI PHILOSOPHI.

Cattos & Parthos fudi, forteſq; Britannos,
Et Quadi ſignis terga dedêre meis.
Chriſtiadæ pluuias impetrauêre precantes,
In genus hoc hominum mitior ergò fui.
Præcipuè Vatum mihi erant ſtudia inclyta curæ,
Inde pij nomen Principis ipſe tuli.

COMMODI.

Enecui multos, ſum poſt etiam ipſe necatus
Commodus, haud vlli commodus, hîc iaceo.

SEVERI.

Peſcenium vici, vici Albinumq;, volebant
Hi bello imperium præripuiſſe mihi.
Omnia quùm fuerim, retuli nihil inde, Seuerus
Vicinus morti dixit, & interijt.

RASSIANI CARACALLÆ.

Turpis & inceſtus, ſæuuſq; Tyrannus & exlex,
Cæſus ab aſſeclis ſum Caracalla meis.

VARII HELIOGABALI.

Obſcenè vixi, cœno reuolutus obiui,
In Tybrim abiectus ſumque Heliogabalus.

ALEX-

ALEXANDRI SEVERI.

Fumos vendentes fumo punire ſueui,
Vlpius eſt chlamide tectus & ipſe mea.
Puniui in bello delicta admiſſa ſeuerè,
Inde mihi nomen tale, Seuerus, erat.
Inferri templis aurum, ditesq́ vetabam,
Victus & eſt forti milite Perſa mihi.
Poſt Moguntiaca dirè ſum caſus in vrbe,
Hoc Vates Druida pracinuêre mihi.

MAXIMINI.

Thrax ego quadratus, celerum pracurſor equorum
Maxminus regni ſceptra verenda tuli.
Cadibus indulgens triſti ſum cade peremptus,
Fortis enim Tygris eſt, & tamen opprimitur.

GORDIANI.

Gordanus iuuenis Perſas ſuperauit, & ipſe
Heu miſer indigno vulnere caſus obit.

DECII.

Percuſſit Gotos, & ſum percuſſus ab illis,
Nam vitam putrida linquo palude meam.
Qui Decius decies afflixi Chriſtida gentem,
Manibus affligor nunc ego tartareis.

VALERIANI.

Humanum fudi, facio dum ſacra, cruorem,
Obieciq́ viris omnia dira pijs.
A Sapore & victus, tritus pede, tum cute caſſus:
Ad manes miſer (heu) Valerianus eo.

GALIENI.

Hos Galienus ego è multis ſum nactus honores:
Obſtitit aſt Franca Poſthumus ipſe manu.
Qui ſimul vt perijt, perij quoq; protinus ipſe,
Factaque multorum eſt tunc laniena Ducum.

FLAVII CLAVDII.

Deleui Gotos in Theſſala regna ruentes,
Claudius: ex auro ſic clypeumq; tuli.

VALERII AVRELIANI.

Deleui Francos Marcomannum atq; Sueuum,
Mogi ad aquas illos: hos ſed in Italia.
Zenobiam vinxi, fortes repuliq; Bohemos:
Militiæ & ſtatui iura ſeuera meæ.
Sic odium meritus ferali cæde peremtus,
Trudor ad infernas Aurelianus aquas.

CARI.

Sarmatas & Perſas domui propè Tygridis amnem,
Abſumptis Carus viribus occubui.

DIOCLETIANI.

Dalmata felici cum Marte Diocletianus
Carinum vici: nam meus hoſtis erat.
Conſortem ſceptris delegi Maxminianum:
Vt facerem, moles compulit imperij.
Iungimus hinc alios nobis: Ægyptia vici
Spicula ego: Gallos ille ſed agricolas.

Maxminus Perſas, Francos Conſtantius acres,
Collega, ingenti fudit vterque manu.
Mens mihi Chriſtiadas eſt tollere, millia quorum
Vno litauit plurima quoq; die.
Vltrices ſtimulos nequeo perferre, palamq;
Ipſe mihi diras infero ſponte manus.

MAXIMIANI ET MAMINI.

Maxminus, tum Maxminianus vterq; Tyrannus:
Hic ferro: at diris vermibns ille perit.

CONSTANTINI MAGNI.

Vexauit Chriſti Maxentius ipſe fideles,
Et dedit illorum millia multa neci.
Ipſe ego Conſtantinus eum feralibus vndis
Immerſi: eſt medio crux mihi viſa polo,
Victricem ſpondens palmam, per ſœua Tyrannum
Maxminum vicit prælia Licinius.
Phtyriaſi perit ille, ſed hic quùm triſtia latè
Inferret placidis tormina Chriſtiadis.
Illum ego cœleſti confiſus Numine fudi,
Et templa & pacem reſtituiq; pijs.
Autor Feudorum primus legumq; bonarum,
Hinc Magni nomen contribuêre mihi.
Vrbs reparata mihi Conſtantinopolitana,
Nomina Bizanti geſſerat illa prius.
Concilio in magno membrum præluſtre ſedebam
Chriſte, probabaris verus vbi eſſe Deus.

Digitized by Google

Egregij mea vos olim paradigmata reges,
Iuuerit aſſerta Religione, ſequi.

CONSTANTINI.

Conſtanti fratri bellum infero Conſtantinus,
Eripuit vitam qui mihi, frater erat.

CONSTANTIS.

Cui tribui vitam, vitam Magnentius aufert,
Auguſta factus Cæſar in vrbe, mihi.

CONSTANTII FRAT. IMP.

Iunior egreditur ſæuis Conſtantius armis,
Induperatorem pellat vt ille nouum.
Prelio in hoc omnes Romano in corpore vires
Irreparabilibus ſic cecidere modis.
Facta ſit externis vt peruia gentibus, omnis
Italia, ac omnis Gallia & Heſperia.
Quas cohibere dein vis nulla, aut pellere quiuit,
Oſtrages tanti, caſus & Imperij.
Sic minimus fratrum tenuit regna omnia ſolus:
Ambitio & luxus ſuſtulerat reliquos.
Æmulum & Imperij Iulianum vincere quùm vult,
Vltima cum mœſto funera obit Genio.

IVLIANI APOSTATÆ.

Qui Chriſtum edoctus, poſt abiurauit eundem,
Exhibuit ſanctæ probraq; multa gregi.
Quiq; graui tactus dira ad præcordia telo,
Ad cœlum ſparſo tabo, ita victus ait.
Viciſti tandem Galilæe, ita Chriſte vagando
Te, ſtomachabundo nequiter ore, Deus.

Iuliani

Iulius hîc Chriſti maſtyxq́ piorum
Oſſa habet, illius, at Styx habet atra animam.

THEODOSII I.

Atalarice meis vltrò te ſubijcis armis,
Caſus es Imperio, Maxime ſaue, meo.
Eugenium vici, Chriſto Duce, grataq́ letæ
Reſtitui pacis munera Chriſtigenis.
Bile calens, fateor, lætaui funere ciues,
Agnoui culpam ſed, doluiq́ meam.
Orbis & Imperium tenui poſtremus vtrumq́,
Facta dein præda eſt gentibus Oenotria.
Vtq́ ſacræ fontem accepi Theodoſius vndæ:
In Chriſti ſubij fata ſuprema fide.

ARCADII.

Vis mihi Ruffini victa eſt, victaq́ rebellis
Caiani fraudes, Eutropijque dolus.
Vt tredecim faſces annis Orientis habebam,
Mutaui terram cum meliore loco.

THEODOSII II.

In Conſtantini Theodoſius vrbe Monarcha,
Octo per luſtra, ac amplius ipſe fui.
Pacem cum Gotis, gente & cum Perſide feci,
Collecta in ingens Bibliotheca mihi.
Impius eſt ſub me damnatus Neſtoris error,
Vera mihi curæ relligio ipſa fuit.
Sicut auo patriq́ fides fuit vna mihique,
Vrna ſepulturæ ſic fuit vna tribus.

VA-

VALENTINIANI.

Hacce Valentinianus ego qui ponor in vrna,
Vltimus occidua rector in vrbe fui.
Dum Venere & Baccho Romæ bona tempore perdo:
Interea prædam barbarus hoſtis agit.
Genſericus miſeros inuadit & occupat Afros,
Atila Gallorum milite inundat agros.
Qui vicit diros, mihi carus Aëtius Hunnos,
Pertulit is iuſſu triſtia fata meo.
Cuius ego allexi pellaci fraude maritam.
Maximus eſt leti maxima cauſa mei.

MAXIMI QVI RAPVIT IMP.

Maximus occidui rapui quia munia regni,
Genſerico occiſus, Romam adeunte, fui.
Qui verò hoc poſt me voluêre capeſſere regnum,
Vulneribus quiuis interiêre ſuis.
Ex illo Italiæ Odoacer ſibi ſumſit honores,
Deijcis hunc armis Theodorice, tuis.
Sceptra diu poſt te Goti Romana gerebant,
Quorum Rex Teias vltimus ille fuit.

MARTIANI.

Eutychis errorem Synodus celeberrima damnat,
Me duce, qui Martis nomine dictus eram.
Vandala gens pacem me dante, & Perſia cepit,
Nupta mihi Virgo Pulceriana fuit.
Poſt regni ſuperos moriens ſeptennium adiui,
Hocq; meum poſui corpus inane loco.

LEONIS.

Thrax Leo Byzanti regno potiebar in vrbe:
Italiæ faſces Anthemioq́ dedi.
Qûum ſeptem decies ſua ſigna reuiſit Apollo,
Sunt mea membra ſolo reddita, menſq́ polo.

ZENONIS.

Seditione potens miſerè Baſiliſcus obiuit:
Dùm Zeno in magno Rex Oriente fui.
Me mea (ſentio adhuc) viuum temetoq́ rigentem,
Obruit effoſa nobilis vxor humo.

IVSTINIANI.

Iuſtinianus ego tot magna volumina legum
Contraxi in formam diſpoſuiq́ breuem.
Grandibus vndantem muniui turribus Iſtrum,
Ingreſſus prohibens barbara turba tuos.
Aſſueruêre ſuis Aſiam & regna Itala ſignis,
Quos habui magnos Marte manuq́ Duces.
Eſt celebrata mihi Synodus Byzantide terra,
Quæ numero ex magnis ordine quinta fuit.

MAVRICI.

Placaui Perſas Longobardosq́ ſubegi
Inde ſed aſperior languidiorq́ fui.
Captiuos auro ſoluiſſe ex hoſte negaui,
Incluſi diris carceribusq́ meos.
Ipſe dedi meritas (nos enim emanet vltio) pœnas,
Impius occidit meque meosq́ Phocas.
Agnoui culpam, Chriſto veniamq́ rogaui:
Inq́ fide firma ſupplicium omne tuli.

Digitized by Google

Diſcite iuſtitiam atq; æſtum compeſcere mentis
Vos quibus inſenſa eſt lubrica Diua, Duces.

HERACLII IMP.

Pacem cum Perſa firmaui Heraclius almam,
Quam rapuit ſanctam reddi[illegible] ille crucem.
Eheu, Cæſare me Machometica factio cepit,
Quæ vomit in verum probra nefanda Deum.

LEONIS QVARTI IMP.

Luſtrum vbi regnaſſem, puerum regemq; creaſſem:
Hîc mea depoſui corporis oſſa, Leo.

PHILIPPI ET ARTEMII IMP.

Secretas tenui qui res Artemius aulæ
Vt raperem Domini ſceptra verenda mei.
Induperatorem priuaui luce Philippum,
Et titulos geſſit, ſic ego Cæſareos.
Quos iterum amitto Monachorum ad ſepta repulſus:
Et quia ad imperium tento redire, necor.
Et Scriba & Doctor, Monachusq; & deniq; Cæſar
Miles & hoc vno tot recubant tumulo.

IRENÆ IMPERATRICIS ET CONSTANTINI IMP. EIVS FILII.

Imperium denos Irena regebat in annos.
Cùm nondum pubes filius ipſe foret.
Poſt oculis mater regem priuauit eundem
Reſtituit ſacris & ſimulacra locis.
Romani cædem & regnum muliebre peroſi.
Cùm peteret proprios Itala terra Duces.

Carole.

Carole, regnorum ad faſces te, Magnè, vocarunt
Sic decus imperij Teutonis ora capit.
Quæ propter vita caſſos, ſua lumina viuis
Abſtulit Irena hîc lucis egena cubat.

Ex Ouidio.

PHAETONTIS Met. lib. 2.

Hîc ſitus eſt Phaëton, currus auriga paterni,
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

FABIORVM Faſt. 2.

Hæc fuit illa dies, in qua Veientibus aruis
Ter centum Fabij ter cecidêre duo.

CRASSI IN CLADE PARTHICA Triſt.

Craſſus ad Euphraten aquilas, natumq́; ſuosq́;
Perdidit, & leto eſt vltimus ipſe datus.

HYPERMNESTRÆ Heroid.

Exul Hypermneſtra, precium pietatis iniquum,
Quam fratri mortem depulit, ipſa tulit.

DIDONIS Faſt. 3. & Heroid.

Præbuit Aeneas & cauſam mortis, & enſem:
Ipſa ſua Dido concidit vſa manu.

PHYLLIDIS Heroid.

Phyllida Demophoon leto dedit hoſpes amantem,
Ille necis cauſam præbuit, ipſa manum.

CAIETÆ Met. 14.

Hîc me Caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam Argolico, quo debuit, igne cremauit.

OVI-

OVIDII NASONIS. 3. Triſt.

Hîc ego qui iaceo tenerorum luſor Amorum,
Ingenio perij Naſo poëta meo.
At tibi, qui tranſis, ne ſit graue, quiſquis amaſti,
Dicere: Naſonis molliter oſſa cubent.

PSITTACI. Amo. 2.

Colligor ex ipſo domina placuiſſe, ſepulchro,
Ora fuêre mihi plus Aue, docta loqui.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Quiſquis ad hunc tumulum figis tua crura viator,
Quem tenui viridis ceſpite ſignat humus.
Siſte pedes rapidos, & in hac quis dormiat vrna,
Et qua viuamus conditione, vide.
Hic iacet .... cognomine dictus:
Frigida quem molli tumba quiete premit.
Corpore nuper erat ſaluo, ſtudijſq; vacabat,
Sancta quibus Chriſti turba carêre nequi.
Nunc iacet, & placida ſopitus morte quieſcit:
Nec vacat officijs, nuper vt antè pijs.
Sic eſt vita breuis, ſic eſt ſors lubrica vita:
Atque hominum nulli firma tenaxq; manet.
Et nihil eſt aliud, vanus niſi puluis, & vmbra:
Vmbra breuis, velox amnis, & aura leuis.
Præterit aura leuis, velox citò labitur amnis:
Vmbra breuis fugitat, puluis inanis abit.

Sic

Sic hominis properans æuum fugientibus horis
Labitur, & penna ceu rapiente volat.
Quiq́; hodie viuit curæ ſecurus inertis,
Verbaq́; cum ſocijs ludit amica ſuis.
Cras obit, ſocijq́; ipſum lugentibus ægrè
Nomine, non autem corpore carus adeſt.
Nomen in orbe manet, ſed ſpiritus appetit aſtra:
Quod ſupereſt, recipit vile cadauer humus.
Sed quamuis illud tenui claudatur in vrna,
Fiat vt in putrido vermibus eſca ſolo.
Mox tamen hoc ipſum ſpecie fulgente redibit,
Corpus, in extremo ceu roſa verna die.
Tunc erit æternæ ratio firmiſſima vitæ,
Gaudia tunc numquam deperitura feret.
Hoc eſt, quod cupio diſcas vt care viator:
Nunc licet à tumulo rurſus abire. Vale.

CVIVSDAM.

Non ego cultus eram formoſis moribus: vllæ
Nec mihi diuitiæ, nec bona forma fuit.
Nec muſis placui: quare, non dicere poſſum:
Nec tibi formoſus pulcher Apollo fui.
Neſcio quid veniens in me mors viderit ætra,
Vt rapido ſecum iuſſerit ire pede.
Sed necis hæc lex eſt, hæc æqua & iniqua poteſtas:
Præteriens æqua pulſat vbiq́; manu.
Communemq́; viam nos ibimus, ibitis, ibunt:
Hic, is & ille: puer, fœmina, virgo, ſenex.
Sic agitur: verùm felix, ſuper omnia felix,
Migrandi placidè cui breuis hora datur.

HELIÆ PISCATORIS.

Hoc puer egregius gelido ſub ceſpite dormit,
Qui tenuit Vates nomen Helia tuum.
Eximij de ſe fructus ſpem præbuit ille,
Quem ſenior magna laude daturus erat.
Sed veluti teneras fruges inimica perurit
Grando, renaſcentes dum malè perdit opes.
Sic grauis eripuit ſubitæ violentia mortis,
Quicquid ab hoc nobis vtilitatis erat.
Spes adeò eſt fallax, quæ magnum ſæpè dolorem
Lætitia ex magna verſa repentè parit.
Vos quicunq; almas non ſegnes diſcitis artes,
Et ſacra Muſarum quos coluiſſe iuuat.
Eius in exequijs mœſti date ſigna doloris,
Et funus lachrymis triſte rigate pijs.

TRIVM SORORVM, ANGELÆ, COELIÆ, FELICIS.

Tres ſubitò raptæ crudeli peſte ſorores,
Clauſerunt paribus lumina caſta modis.
Forma quibus præſtans fuit, & ſine crimine vita:
Innocui mores, & ſine labe pudor.
Vna fuit pietas, virtus, mens omnibus vna:
Vnus amor pulchræ laudis, & vna fides.
Tales omnino, quas aurea condidit ætas,
Tempore quo rerum floruit omne decus.
Cœlius his pater eſt, docta cultiſſimus arte,
Curio, qui nomen tale Secundus habet.
Mater ab Iſacia deſcendens ſtemmate gentis,
Fœmineos ornat fœmina ſancta choros.

Angela prima fuit non falſo nomine dicta:
Namque fuit mortis nuncia certa ſuæ.
Altera de patrio traxit ſua nomina Cœlo;
Cœlia: cœlicolis digna puella choris.
Tertia dicta fuit Felix, feliciter: illa
Felicis felix nam tenet aſtra poli.
Sic ſua conueniunt interdum nomina rebus:
Quodq́ȝ putes minimè, ſæpius omen habent.
Et quamuis lateant nunc cæcis abdita tumbis
Corpora, quò repetant iura, locumq́ȝ ſuum.
Hora tamen veniet, tumulis cum viua reſurgent,
Et mox lucentis ſideris inſtar erunt.
Angela tunc felix erit angela: Cœlia felix
Cœlia: ſed Felix nomen vtrumqȝ feret.

CVIVSDAM MATRONÆ QVÆ VNDECIM MARITIS NVPTA FVIT, QVOS OMNES CONFECIT.

Quæ iacet hoc mulier parui ſub fragmine montis,
Non certe fauſto ſidere nata fuit.
Quæ ſit cauſa rogas? nam tres atqȝ octo maritos
Legitimi ſocios cœpit habere thori.
Quos ea, quæ culpa neſcitur, perdidit omnes:
Et fuit in quouis nubere menſe malum.
Dij meliora mihi, cum quondam tempore iuſto
In thalamos ibit ſponſa petita meos.
Huic totidem verſus, fuerat quot nupta maritis,
Fecimus: vndecimus ſed benè talis erit.
Apta viro nulli fœmina, digna mori.

Digitized by Google

Ex Antonio Viſdomino.

HELISABETH DE PEPVLIS.

Bentiuoli generant: pepulorum thaeda iugalis
Me capit Eliſabeth, quæ modo condor ibi.

EIVSDEM.

Bentiuolea fui virgo: ſed nupta ferebar
De pepulis, poſita hoc Eliſabetha loco.

IN CVIVSDAM SEPVLCRO.

Aſpice qui tranſis quid opes habuiſſe: quid vrbes
Profuit: & miſero bellica terra mihi.
Ædificaſſe domos altas: feciſſe quid arces:
Quidq; dediſſe meis funera ſæua viris.
Impietate mea reſidet meus vndiq; ſanguis
Diſtrahor infelix impietate mea.
Impietate mea tribuit vix terra ſepulchrum:
Erripiuntur opes impietate mea.
Impietate mea ſoſpes vix aſtitit vxor:
Nati vix viuunt impietate mea.
Impietate mea diram fert bellica pugnam
Tellus: & mortes impietate mea.
Impietate mea tumulo modo contegor iſto:
Mors rapit ante dies impietate mea.
O quicumq; regis ciues: quicumq; gubernas
Imperium, exemplar ſit mea vita tibi.

IN

IN EODEM.

Quam dederam multis populo crudelior omni
Eſt data mi tandem ſanguinolenta dies.
Heu tandem patior vulnus pro vulnere: funus
Funere: pro mortem morte: calore focum.

EIVSDEM.

Quo vixit nullus mundo crudelior vmquam
(Nomen enim taceo) me tenet iſte lapis.

ANTONII.

Claudor in hoc tumulo raptus iuuenilibus annis
Dilectus muſis, aonioq; lacu.
Hoc quicumq; vides antoni dicito ſalue
Salue inquam, Solitum non ego curo vale.

FRANCISCI SARZANENSIS.

Conditus hîc ego ſum phœbea doctor in arte
Franciſcus prima natus in hetruria.

BAVCEGALOI.

Hac tranſis quicumq; tuos ibi comprime greſſus,
Noſceq; virtutis præmia digna mea.
Baucegalouus ego appellor cognomine fuſta,
Bachius & vero nomine natus ineſt.
Et quoniam per nos fundamina prima fuere
Huic domui: & noſtra terra cauata manu.
In laudem, in famam, monumenta, decusq; perenne
Signamur ſuper hoc marmore carario.

 Tu

Tu quoque diſce igitur membra exercere ligone,
Vt non cum fragili corpore fama ruat.

Ex Domicio Palladio.

CONSTANTIÆ.

Clara Salernatis Conſtantia Principis vxor
Hic eſt: quem pulſum Gallia maior habet.
Vrbinas Federicus Dux Baptiſta benigni:
Feltrius hic genitor: Sfortia mater erat.

BERNARDI PRIOLII PATRITII VENETI.

Sanguine clarus eram: & natis: & coniuge felix:
Nobilis & patria: gratus & officijs.
Littore ab Ægypti gemmarum diues: & auri:
Dum redeo inſani me rapit vnda maris.
Pone modum votis peregrina ad littora tendens:
Perfringet curas nam breuis hora tuas.
Ventorum flatus non omnes Nauita callet:
Bernardi exemplo diſcere: diſce potes.

Ex Ioanne Secundo.

PVELLÆ CASTÆ.

Mille procos habuit, contempſit mille Lycoris,
Pacta fides vni ne violata foret.
Vni fida viro cantetur mille Poëtis,
Viuat & in canis inclyta marmoribus.

Digitized by Google

IACOBI VOLCARDI.

Hoſpes, qui calcas loca triſtia defunctorum,
Siſte gradum, cineres hîc Iacobus habet.
Aſpera quem fata, & noſtro nimis inuida ſeclo
Non ſunt maturos paſſa videre dies.
Volcardo cognomen erat, primordia vitæ
Berga dedit, quo ſtas, nunc habet oſſa, locus.
Quidquid Roma docet, quicquid docuiſtis Athenæ
Nouerat, obſcurum non minùs iuit iter.
Illius ad tumulum Nymphæ Parnaſſides vdas
Effundant lacrymas, Pallas & ipſe gemat.
Illius ad tumulum ſuccreſcat Apollinis arbor,
Mixtáque cum violis lilia, cumq; roſis.

FAVSTINI CVIVSDAM.

Feruenti Veneris Fauſtinus ab igne peruſtus
Hîc iacet, & tecto ſtillanteis excipit vndas.
Quæ vel inextinctas ſedent poſt funera flammas.
Tu quicumque pareis ſenſiſti fortè fauillas
Hoſpes, & iſta legis, dic molliter oſſa quieſcant,
Nullaq; ſentiſcant oneroſæ pondera terræ.

MENELAI CVIVSDAM.

Inter opus medium laſciua morte ſolutus,
Hìc ſitus eſt, & init iam Menelaus humum.
Qui blandæ Veneri vitæ ſacrauerat annos,
Haud aliter vitam ponere dignus erat.

CLARISSIMÆ MATRONÆ FRANCISCÆ ab Haro Vxoris Maximiliani Tranſſyluani.

Hoc ſaxo Franciſca tegor, quæ ſtemmatis Hari
Coniugio felix Maxmiliane tuo.

Digitized by Google

Tranſſyluane fui, potui cui nupta placere,
Quis fuerit genitor quæris? Iberus erat.
Belga fuit genitrix, luſtris vix quinque peractis
Egit in ignotas me fera Parca vias.

LVCII TABELLARII, IN VIA AB LATRONIBVS OCCISI.

Et tumuli, & mortis ſedem ſortitus eandem,
Hac ſitus eſt, moriens quam rubefecit, humo:
Nuncius infelix, vita ſpoliatus & auro,
Securum vacuus carpe viator iter.

Ex Adriano Mario.

IOANNIS SECVNDI.

Hoſpes, ne teneri ſiſtas ſuper oſſa Poëtæ,
Hîc ſacer eſt Muſis & tibi Phœbe locus.
Seruat Ioannis qui corpus inane Secundi,
Quo iuuenis noſtro haud doctior orbe fuit,
Mollia ſeu facili deducere carmina verſu,
Siue hominum vultus ſculpere, ſiue Deûm.
Teſtantur monimenta, atque hac, atque illa, per orbem
Plurima, quæ morti cedere viua negant.

Ex Michaële Tarchaniota Marullo.

THEODORI GAZÆ.

Hîc Gazes iacet, & Gazæ Sophia addita mater:
Alt erutrum quoniam mors rapere haud potuit.

GER-

Digitized by Google

GERMANI CÆSARIS.

Parce hoſpes tumulo, Cæſar Germanicus hic
ſum:
Sæpe etiam ignotis ipſe dedi requiem.
Quòd ſi quem tituli nihil huius gratia tangit,
At moueat patria fraude quòd hîc iaceo.
Sed iaceo quamuis non vitæ, at plenus honorum:
Hoc vno ingratus quod genui patriæ.
Teſtata eſt mores lachrymis plebesq́; patresq́;,
Hæc ſunt ſinceri iudicia ingenij.

FRANCISCI SFORTIÆ.

Si genus audieris, ſpernes, mirabere geſta,
Illud fortunæ eſt, hoc opus ingenij.

DEIPHYLES.

Deiphyle iacet hîc, prima intercepta iuuenta,
Et ſecli & ſexus gloria rara ſui.
Quæ dum vita fuit, ſuperos ipſumque tonantem
Terſerat, inferno nunc monet arma Ioui.

ALBINÆ.

Hîc Albina iacet: ſed non tamen hîc iacet vna
Albina, hoc Veneris non tulit ipſe puer.
Sed tela atque arcus, pharetræq́; Cupidinis arma,
Quiq́; fuit mollis ſemper in ore decor.
Spargite humum folijs, verno nec parcite flori,
Hæc quoque quæ cinis eſt, flos modo vernus
erat.

SIMONETTÆ VESPVTIÆ.

Si lacrymis decoranda nouis generoſa puella eſt,
Hæc vna eſt lacrymis condecoranda nouis.
Sin deflere nefas tam raræ funera vitæ,
Hæc eadem ſiccis vna adeunda genis.

AVRÆ.

Quænam hæc pompa? Aura. quis circumplanctus? amorum.
Quæ tam lugubri veſte adoperta? Charis.
Vnde rogus? fracti ſtruxêre Cupidinis arcus,
Quis ſimul indigno qui iacet igne? decor.
Heu ſortem miſerandam hominum, quò faſtus inanis!
Delitias æui tam breuis hora tulit.

LVCIÆ PHOEBES.

Lucebas ſuperis mea Lucia lucida Phœbe,
At nunc Perſephone tertia regna tenes.

MANILII MARVLLI PATRIS.

Flens primùm has auras hauſi puer, omine diro:
Flebilis erepta vita fuit patria.
Hunc quoque flens morior, ne quid non flebile reſtet,
Hæc eſt humani conditio generis.

ANNIBALIS.

Cuius hic eſt tumulus? quæ tu rogo? & vnde verendas
Tunſa genas, crinem ſic laniata ſedes?

Anni-

Digitized by Google

Annibalis cinerem ſacrum aſpicis: aſt ego Enyo
Fata viri, & caſus hîc queror immeritos.
Quem Roma deuicta, odio, inuidiáque ſuorum
Tam procul à Lybia terra Libiſſa tegit.
Non tamen Annibalis opera, niſi & enſe ſuperbo
Annibalem potuit perdere Parca nocens.

TELESILLÆ.

Si patriam, patria eſt Argos, ſi nomina quæris
Scire, Teleſille nobile nomen erat.
At ſi artes animóſque, vetat pudor hiſcere de me:
Muſa ſed has, dicent hos Lacedæmonij.
Nam quamuis pudeat Sparten ceſſiſſe puellæ,
Vera tamen fari mos Lacedæmonijs.

BRACCII PERVSINI.

Braccius hîc ſitus eſt; quæris genus, actáq; ? vtrumq;.
Ni teneas dicto nomine, nil teneas.

IOANNIS PICI.

Occidis ætatis media quod Pice iuuenta,
Vltima Socraticæ flenda ruina domus.
Nec vel nobilitas, vel opes, vel gratia formæ
Profuit, aut animi tot bona rara tui.
Non hoc, crede mihi, naturæ iniuria matris,
Larga vel imprimis quæ fuit vna tibi.
Sed vitæ documenta hominum, quàm fluxa ſit ollis
Forma, genus, dotes ingenij, imperia.

Ex

Ex Valerio Mar.

AQVINI ET FABRICII.

Fabricio iunctus fido requieſcit Aquinus,
Qui prior Elyſias gaudet abiſſe domos.
Ara duplex primi teſtatur munera pili:
Plus tamen eſt; titulo quod breuiore legis,
Functus vterq; ſacro laudatæ fœdere vitæ,
Famaq; quod raro nouit, amicus erat.

FVSCI.

Ille ſacri lateris cuſtos, Martisq; togati,
Credita cui ſummi caſtra fuere ducis.
Hîc ſitus eſt Fuſcus, licet hoc fortuna fateri;
Non timet hoſtiles iam lapis iſte minas.
Grande iugum domita Dacus ceruice recepit,
Et famulum victrix poſſidet vmbra nemus.

PATRIS ETRVSCI.

Hîc iacet ille ſenex Auguſta notus in aula,
Pectore non humili paſſus vtrumque Deum.
Natorum pietas ſanctis quem coniugis vmbris
Miſcuit: Elyſium poſſidet ambo nemus.
Occidit illa prior viridi fraudata iuuenta:
Hic prope ter ſenas vidit Olympiadas.
Sed feſtinatis raptum tibi credidit annis,
Adſpexit lacrymas quiſquis, Etruſce, tuas.

VRBICI

Digitized by Google

VRBICI PVERI.

Conditus hîc ego ſum Baſſi dolor Vrbicus infans:
Cui genus, & nomen maxima Roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menſes,
Ruperunt tetricæ cum mala penſa deæ
Quid ſpecies, quid lingua mihi, quid profuit ætas?
Da lacrymas tumulo, qui legis iſta, meo.
Sic ad Lethæas, niſi Neſtore ſerior, vndas
Non eat, optabis quem ſuperiſſe tibi.

LATINI.

Dulce decus ſcenæ, ludorum fama, Latinus
Ille ego ſum; plauſus, deliciæq; tuæ.
Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem,
Soluere qui Curios, Fabricioſq; graues.
Sed nihil a noſtro ſumpſit mea vita theatro,
Et ſola tantum ſcenicus arte feror.
Nec poteram gratus domino ſine moribus eſſe:
Interius mentes inſpicit ille Deus
Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi;
Roma ſui famulum dum ſciat eſſe Iouis.

PHILÆNIS.

Sæcula Neſtoreæ permenſa Philæni ſenectæ,
Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas?
Euboicæ nondum numerabas longa Sibyllæ
Tempora: maior erat menſibus illa tribus.
Heu quæ lingua ſilet! non illam mille cataſtæ
Vincebant, nec quæ turba Serapin amat.
Nec matutini cirrata caterua magiſtri,
Nec quæ Strymonio de grege ripa ſonat.

Digitized by Google

Quæ nunc Theſſalico Lunam deducere rhombo,
Quæ ſciet hos illos vndere lena thoros?
Sit tibi terra leuis, molliqne tegaris arena;
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

SCORPI.

Ille ego ſum Scorpus, clamoſi gloria circi,
Plauſus Roma tui, deliciaque breues.
Inuida quem Lacheſis raptum trieteride nona;
Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

EROTIONIS.

Hic feſtinata requieſcit Erotion vmbra,
Crimine quem fati ſexta peremit hyems.
Quiſquis eris noſtri poſt me regnator agelli;
Manibus exiguis annua iuſta dato.
Sic Lare perpetuo, ſic turba ſoſpite, ſolus
Flebilis in terra ſit lapis iſte tua.

NOBILIS MATRONÆ.

Marmora parua quidem, ſed non ceſſura viator
Mauſoli ſaxis, Pyramidumq; leges.
Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento;
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas:
Cluſerunt omnes lumina noſtra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara; fuitq;
Vna pudicitia mentula nota mea.

CANIS LYDIÆ.

Amphitheatrales inter nutrita magiſtros
Venatrix, ſiluis aſpera, blanda domi.

Lydia

Lydia dicebar domino fidiſſima Dextro
Qui non Erigones mallet habere canem.
Nec qui Dictæa Cephalum de gente ſecutus,
Lucifera pariter venit ad aſtra dea.
Non me longa dies, nec inutilis abſtulit ætas,
Qualia Dulichio fata fuere cani.
Fulmineo ſpumantis apri ſum dente peremta,
Quantus erat Calydon, aut Erymanthe tuus.
Nec queror, infernas quamuis cito rapta ſub umbras
Non potui fato nobiliore mori.

CANACES.

Æolidos Canace iacet hoc tumulata ſepulcro,
Vltima cui paruæ ſeptima venit hiems.
Ah ſcelus, ah facinus! properas quid flere viator?
Non licet hic vitæ de breuitate queri.
Triſtius eſt leto leti genus: horrida vultus
Abſtulit, & tenero ſedit in ore lues.
Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi,
Nec data ſunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via.
Sed mors vocis iter properauit cludere blandæ,
Ne poſſet duras flectere lingua deas.

Ex Dom. Baudio.

DVCIS BIRONII.

Quo magis illuſtrant ingentia facta Bironem,
Hoc magis infamat cauſa genuſque necis.

Vixit

Digitized by Google

Vixit ad inuidiam fama florente beatus,
Dum moritur lachrymas nec meruiſſe poteſt.

EIVSDEM.

Vix tua mortalis poterat fortuna videri,
Dum ſtetit incolumi fama fideſq; gradis.
Poſtquam præcipiti miſer ambitione periſti,
Impius eſt cineri qui pius eſſe volet.

Ex Ludouico Alealmo.

LAVRÆ AVINIONENSIS.

Tres ſibi Franciſci Diuus, Rex, atque Poeta,
Fronde tua optarunt cingere, Laura, caput.
Moribus hoc diuus; validis Rex inclytus armis;
Hoc meruit Tuſca laude poëta lyræ.
Nunc tibi communi pro munere, gratia triplex
A ternis terno redditur officio.
Rex decorat tumulo; celebrat te carmine vates;
Impertit templi Diuus honore ſui.
Attamen (ingenuè quod regia Muſa fatetur)
Vincuntur meritis hæc tria dona tuis.
Non tumulus formam non reddunt carmina mentem;
Tam parua hoc numen non capit ædicula.
Salue igitur, virgo ter maxima; tu quoque ſalue
Numquam deciduis arbor opaca comis.
Vnde decus capiti, ſanctæque modeſtia vitæ,
Et cum Phœbeo Martius ambit honor.

Quum-

Digitized by Google

Quumque tria vnius laudes æquare laborent;
Ipſa coronandis ſufficis vna tribus.

Ex Daniele Augentio.

GEIONIDIS, MACRINI CONIVGIS.

Altera maternâ iacet heic Cornelia curâ;
Altera coniugij Portia facta fide.
Altera Calliope, Charis altera; cara Gelonis
Macrini requies deliciæque ſui.
Cùm Stygio Diti viſa eſſet gratior Orphei
Eurydice, Lyricis vt magis apta modis;
Scilicet erepta eſt, quò dulce per ima ſonaret.
Dum ſupero hanc Latijs vir canit axe modis.
Quam bene Dij ſuperi fato vigilaſtis in iſto!
Hæc canit ad Manes; vir canit ad Superos.
Threicio melius modulatus vate; Gelonim
Ad Superos, vt non ſit peritura, vehit.

Ex Ioan. Aurato.

PHYANCEI MEDICI.

Si laudatur amor pietasq́ fidelis in armis,
Qualis quæ Niſi fertur in Euryalum.
Qualis erat Pyladæ inſanum comitantis Oreſtem,
Quiq́ ſuum rapuit de Styge Pirithoum.
Talis apud memores pia cura fidesq́ nepotes
Inter te Chauini, teq́ Phyances erit.
Hoc vnum intererit: fuit illis ſemper in armis
Fictus amor: vobis fidus in arte pari.

Si ſocium ſocius, nunc viuum viuus amaret;
Vtilis ob cauſſam, laus ſit vtrique minor.
Spe ſine ſed fructus, fructum qui plorat amicum,
Et tot doctorum verſibus oſſa piat.
Hic veris ſocium lacrymis deplorat ademptum,
Eripiens Lethes gurgite Pirithoum.

PASSERIS.

Membra ſepulta iacent crudeli felis in aluo:
Peruolat elyſium paſſeris vmbra nemus.

THEODORI FERRERII.

Hac Theodorus humo Ferrerius ille ſepultus,
Mechanicâ quo non alter in arte prior.
Omnia Vulcanus ſua cui commiſerat ignis
Inuenta, & quicquid Dædala dextra facit.
Bellica cui varios varia extat machina in hoſtes,
Temporibus belli facta per ingenium.
Tempore ſed pacis non hoc ſolertior vllus,
Conflaret florum qui genus omne faber.
Et qui vix credenda ſuo miracla camino
Naturam ſimulans artibus efficeret.
Sed naturales qui vicerat artibus artes,
Natura heic tandem victus ab arte iacet.

EIVSDEM.

Quæris in hoc tumulo cuius ſint oſſa? Thuani;
Qui Gallo-dictus nomine totus erat.
Dum vixit, ſancti vixit lux tota Senatus:
Quo viuo vixit, quo pereunte perit.

Digitized by Google

Ex Ludouico Balſaco.

CANICVLÆ A DOMINO FVRIOSO CÆSÆ.

Blanda domi, ſiluiſq́ue ferox, & curſibus Euros
Exſuperans canis, hac nunc requieſcit humo:
Quam ſibi cùm vellet ſociam ſuccedere cœlo,
Cœleſtis Canis, & ſidus obire nouum;
Armauit dextram Domini ſæuire furentis;
Cui prius & fuerat cara, odioſa fuit.
Falleris, ah, nimium blandæ crudelis alumna;
Proficiens multum dum cupis officere.

GVISIADIS.

Conditur exiguo ſub marmore maximus armis
Guiſiades. plures vnus habet tumulus.
Gallia namque ſimul, Gallûmq́ue caterua ſepulta eſt,
Occidit illa etenim tota, cadente Duce.

AVMALIDIS.

Aumalidem triſtis Rupellæ ad mœnia cæſum,
Parte hoc nunc marmor deteriore tenet.
Lætatur Cœlum & Tellus; Mors ſola gemiſcit,
Triſte boans, lacrymis ora rigatq́ue ſuis.
Namque animâ Cœlum, Tellusq́ue cadauere gaudet:
Sola ſuum vinci Mors dolet imperium.

MARTIGI.

Hoc Pietate & Marte grauis ſub marmore tectus
Martigus eſt; ſimul & Mars Pietasq́ue iacet.

VALETI.

Valetum cùm non potuiſſet vincere Mauors,
Parcarum dextras mutua in arma vocat.
Scilicet egregiam parit hæc victoria laudem;
Numina cùm ſuperent quatuor vnum hominem.

Ex Rolando Betolaudo.

IOAN. ROMERII.

Quamuis quemque probent aliena negotia Lynceum,
In re quiſque ſua neſcimus cernere acutum.
Romerius celebri notiſſimus arte medendi,
Qua reliquos ſolitus, ſeipſum ſeruare nequiuit.

Ex Germano Brixio.

DELOINI.

Iuſtitia è cœlo, doctâ cum Pallade, in orbem hunc
Tædia poſt longi venerat exilij.
Iamque Deæ, cœli oblitæ, noſtra arua colebant
Præſide Franciſco. Iupiter indoluit;
Moxque ſuo in cœlum reuocat cum Præſide Diuas;
Exiliumque harum perpetuum eſſe iubet.

Digitized by Google

HERVEI.

Magnanimi manes Heruæi nomenque verendum,
Hic lapis obſeruat; non tamen oſſa tegit.
Auſus enim Anglorum numeroſæ occurrere claſſi,
Quæ patriæ infeſtins iam prope littus erat.
Chordigera inuectus regali puppe Britannis
Marte prius ſæuo cominus edomitis.
Arſit Chordigeræ in flamma; extremoque cadentem
Seruauit moriens excidio patriam.
Priſca duos ætas Decios miratur: at vnum
Quem conferre queat noſtra duobus habet.

Ex Nicolao Borbonio.

DVORVM AMICORVM.

Quos habuit quondam viuenteis vna voluntas,
Nunc vitâ functos vrna habet vna duos.

MARRONIS AVARI.

Ah fœtet nimis. huic foueæ Marronis auari
Corpus ineſt & mens. flecte viator iter.

SAMII PVERI DOCTI.

Ergo obijt Samius linguâ facundus vtraque?
Dictus, amor ſecli deliciumque ſui?
Occidit ante diem: ſic Mors inimiciter egit,
Vtraque flet laceris mœſta Minerua comis.

SARGII.

Sargius heic iaceo, necuit quem copia vini,
Hic mihi viuendi finis fuit atque bibendi.

TALTIBII MEDICI.

Taltibius iacet heic medicâ clariſſimus arte;
Qui fuit ætatis dictus Apollo ſuæ.
Ægros omne genus curabat, & arte leuabat:
Aſt alijs medicus, defuit ipſe ſibi.

CHR. LONGOLII.

Nuper apud manes crudeli funere raptum
Longolium Cicero vidit & obſtupuit.
Queis nouus hic error? noſtri altera venit imago?
Vtra, ait, vmbra mea eſt? aut vter eſt Cicero?

Ex Gilberto Cognato.

CVIVSDAM.

Magnus .... obijt; cui non habuit prior ætas,
Sed nec poſterior eſt habitura parem.

PHILIBERTI A CHALON.

Quis iacet hoc tumulo? Princeps Aurengius, ortum
Gallia cui tribuit, Tuſcaque terra necem.
Septimus hunc Clemens, & Quintus Carolus orbi
Martigenam Italico præpoſuere Ducem.
Cuius honor mundo, cœlis eſt ſpiritus, oſſa
Reſtituit patriæ, viſceraque Italiæ.
At quid diuiduus geminis requieſcit in oris?
Terra capax tanti non erat vna viri.

Ex

Digitized by Google

Ex Lucio Ducatio.

TIMONIS.

Hinc quoque formoſa procul ô procul ite puellæ :
Qui iacet heic, odio vos habuiſſe ferunt.
Siſte vir : ille viros æquè miſer oderat ; & nunc
Vmbra vocat ſolas ad ſua buſta feras.

Ex Petro Fuluio.

ERRICI REGIS NAVARRÆORVM.

Eſt cœlum tumulus : ne fingite marmora nobis ,
Gloria ſi cœlo maior in aſtra volat.
Sit breuis vrna licet ; fama eſt & gloria , qualis
Vel decuit Regem, vel ſuperâ arce Deum.
Scilicet hoc potuit, quo me mors vulnere ſumpſit,
Hac etiam ſummos tollere cæde Deos.

CL. MAROTI.

Bucolicos verſus, Elegos, Epigrammata luſit ;
Dauidem Gallos iuſſit inire ſonos.
Sarcophas planxit, mutatas vertere formas
Auſus : ſed periit dum fera bella parat.

ANNÆ MEMORANTII EQQ.
MAGISTRI.

Heic iacet ille Ducum ductor , Regumque ſodalis,
Et cui ſors ſua nil, niſi Regia ſceptra, negauit.

TIMOLEONTIS BRISSACI.

Rex animum noſtrum cape, res cape Gallia geſtas,
Perfruitur cælo mens pia, corpus humo.

IACOBI SYLLII.

Syllius heic tegitur, viridi ſublatus in æuo;
Et ſecli, & regni faxque timorque ſui.
At dum vita fuit homines ipſumque Tonantem
Vexabat; Stygio nunc mouet arma Ioui.

CLAVDII BAILLIVI MEDICI.

Quem cernis, cernenſq; hæres meditaris & hærens,
Et tumulum, & tumuli nomen, opuſque loquax:
Baillinus retinet, medica ſpectabilis arte;
Et Morti & nigro conſcius inde Ioui.
At ne Tartaream comes ille diutius aulam
Fraudaret, manes eximeretque nouos;
Conſpirant in eum Somni germanaque Diſque,
Et fato ægrotum clam ſubeunte petunt.
Certa cano: ſed ni mors omnes vna maneret,
Soſpes Baillinus nex foret ipſa Necis.

RVSTINÆ TVMVLVS. VIATOR ET GENIVS COLLOQVVNTVR.

V. Quæ lapidum moles? G. tumulus. V. quæ nænia circum?
G. Mœret Amor Charites & male fauſtus Hymen.

V. Pro h

V. Proh dolor! G. eſt equidem iuſti noua cauſſa doloris
Nympha, laboranti nuper adempta viro.
V. Quæ. G. Ruſtina decens, Venus altera. V. parcite Parcæ;
Neſcieram certe Numina poſſe mori.

Ex Mich. Hoſpitalio.

FR. LOTHARINGI DVCIS GVISII:

Hunc belli rabies, ciuilis & abſtulit æſtus,
Dignum poſt tantos, fato meliore, triumphos,
Dignum qui nobis venturis eſſet in annis
Præſidio contra Francorum nominis hoſtes
Perpetuos. At tu mea dormis Gallia, nec tot
Orba viris ducibuſque domeſtica vulnera ſentis.
Æmula nec regum circumſpicis arma potentum.

IACOBI BVRDINI REGIS SECRETARII.

Hîc turbas inter medias, aulæq; tumultus
Poſſe homines mortem meditari, & viuere rectè,
Rectè poſſe mori docuit: plus denique nobis
Profuit exemplo: quàm ſi vixiſſet in vmbrâ
Deſertiſque locis Cilicum contentus amictu,
Vtilis ipſe ſibi fortaſſis, inutilis orbi.

Ex quodam.

GVLIELMI MILOARDI.

Quid virtus quid cana fides quæ proxima cœlo
Sit Pietas, Veri genius quid poſcat & Æqui,

Noxia quo noſcenda modo quo recta Voluptas,
Quæ ratio aduerſis & quæ ſeruanda ſecundis,
Quid patriæ telluris amor, quod denique ſancti
Iudicio officium, quis opum quiſve vſus honorum,
Quæritis æterno nimirum ſecla labore:
Et magnam vanumque ſophos iuueneſque ſeneſque
Pulpita conferti circum argutiſſima iactant.
At ventura mihi & præſentia credite ſecla,
Credite, (nulla mihi ſimulatæ præmia laudis)
Id docet omne ſuæ Miloardus imagine vitæ.

Ex Melino Sangelaſio.

ANNÆ GALLIAR. REGINÆ.

Contendunt dum fortè Venus, Tritonia, Iuno,
Cui prior ex ipſis ſit tribuendus honor.
Iupiter iſta Deos veritus ne rixa moueret,
Expulſas ſupero priuat honore Deas.
Præreptamque Annam terris, ſuffecit Olympo;
Atque erit hæc, inquit, tribus pro vna ſatis.

Ex M. Monerio.

PTERONIS FAMOSIS. FVRIS.

Pteronis tumulo fuerat digniſſimus aër,
Inuidiſſet humus ni properata crucem.
Et patricidarum vindex aqua tollet eundem,
Ni prior hunc pelago ſubripuiſſet humus.

De-

Digitized by Google

Denique ſacrilegos tellus quod poſſidet artus,
In ius raptricem flamma trahit dominam.
Quid tellus? par ius auræque, vndæque, rogoque,
Non negat: at ſeſe quo tueatur habet.
Nempe quod iſta lucrum captent expertia damni,
Exanimi hæc repetat quod dedit incolumi.

IOAN. MENSENCALLI.

Menſencallus obit: tota eſt in funere tellus,
Non obijſſe hominem ſed latuiſſe Deum.

MACARDI INSIGNIS POTORIS.

Quod numquam Hippocrates, numquam Ægineta putauit,
Numquam Pergamei gloria magna ſoli.
Nec quos diues Arabs medicos, aut Græcia vidit,
Nec qui Romanâ pòſt nituere togâ;
Noſtra tulit vini mirandam Hydropiſin ætas,
Dicere quam poſſis verius Oenopiſin.
Prima nocens intercute aqua, hæc intercute vino;
Prima ſiti indulgens, hæc quoque plus ſitiens.
Exſtinctum videas morbi nouitate Macardum,
Addubites homo ne, an amphora mortua ſit.

IOAN. PERVSÆI.

Caniciem, Colchis, tumulique opprobria rugas
Te quondam Æmonio eſt fama fugaſſe ſeni.
Idne negare tuo potis es Medea poëta,
Quem minor eſt iuuenem reſtituiſſe labor?
Quo ſine adhuc, remo incaſſum tentante, fuiſſes
Phryxeo præter vix bene nota mari.

Nunc

Nunc age, ſi certi quicquam eſt medicaminis, orbi
Redde virum, orba fores qui niſi in orbe foret.
Æternum dedit hic Vates mihi carmine nomen,
Has noſtrum vires non medicamen habet.
Vnde dedit, ſuma : par, hoſpes, gratia non eſt,
Ex quo æterna feras, huic iterata dare.

BAVDETI NOBILISS. POTORIS.

Dolia, labra, cadi, tibi ſunt Baudete, ſepulchrum:
Non poteras tumulo commodiore tegi.
Noluimus ſaxis inter pia buſta locare;
Ne tibi cum reliquis ſpargeret vllus aquam.

IOS. PETIOTI.

Candida qui poſuit tam furuo nomina Monti;
Is Parcis etiam parcere poſſe dedit.
Eumenidumque truci tam dulcia nomina turbæ
Indidit, & lethum nomen habere necis.
Non ſit mors lethum, non Eumenis Eumenis vmquam,
Et Mons Albanus nomen habeto nigri.
Hæc te, irata in patriam, Petiote, ruina,
Elyſij in numeros hinc rapuere Dei.
Heu quid non miſeri blandimur Manibus atris?
At ſurdi Manes quem miſerantur ob id?

L. BR.

Sum natus, vixi morior, non flendus ab vllo:
Cur ergo extinctum Gallia deflet? ais.

Rideor,

Rideor, hoc tandem quia contegor oſſa ſepulchro:
Sed mors eripuit me quia ſera, gemor?
Quid tot equis? quid tot facibus? quid geſſimus armis?
Nempe orbem ſitij; ceſpite nunc ſupereſt.

C. MONSALEZII.

Gallia me, ridet: me, flet moriente, ſuperſtes:
Hac ſeruata manu, me viduata Duce.
Amiſſamque meo iurat pro ſanguine palmam,
Hoſtibus agnoſcit libera rurſus eam.

QVINTII FAMOSISS MOECHI.

Cornibus Elyſium pingunt Plutona timendis:
Libertas artis, credo, neceſſe tulit.
Diuinum pictor genus eſt, conforme poeta:
Hic verum ridens occinit; ille facit.
Cornua Plutus habet, non formidabilis illis.
Nam poſtquam vidit Quintius Elyſium.
Sit nigra, ſit Ditis coniunx anus, effera, & edens,
Addo centoculus Plutus, eam ſubiget.

I. MELETI.

Meletus cytharam & chordas ſi ferret ad Orcum,
Meleti manes non premeres, Hecate.
Orphëo id indultum eſt, ſed non benè calluit artem,
Meleto vetitum, vincere qui poterat.

LVD. LVVVERGNACII.

Terra vale, primæque leues lanuginis anni,
Speſque fugax, & res ſors tibi habeto tuas.
Speratum patria tellus hic inuida cluſit:
Terra iuuas multum, ſed magis hercle noces.
Fœnore quod recipis, reddis duplove triplove,
Fœnore ſed quod das mox repetis decuplo.

DVORVM CONIVGVM.

Cur ad idem, veſpillo, facis duo buſta cadauer?
Cur vno duplicem illam funere ſandapilam.
Iunge manus, vnaquaque pedes, atque ora duorum
Ne putet alteruter ſemet abeſſe ſibi.

Ex M. Antonio Mureto.

OTTHONIS HOMINIS VORACISSIMI.

Conditus hac ſub humo eſt gurges vaſtiſſimus Ottho,
Cui nunc officium iuſta rependit humus.
Condidit in ventrem terra tot iugera viuus:
Hunc ſub ventre ſuo nunc quoque terra tenet.

RAPHAEL. VRBIN.

Sic mea Naturam manus eſt imitata, videri
Poſſet vt ipſa meas eſſe imitata manus.
Sæpe meis tabulis ipſa eſt deluſa ſuumque
Credidit eſſe, mea quod fuit artis opus.
Miraris dubitaſque? audito nomine credes.
Sum Raphael. hei mi! quid loquor? imo fui.

Et

Et tamen his dictis, quid opus fuit addere nomen?
Alterutrum poterat cuilibet eſſe ſatis.
Nam mea & audito eſt notiſſima nomine virtus;
Et præſtare vicem nominis ipſa poteſt.

Ex Stephano Paſchaſio.

GVILLIELMI BVDÆI.

Nec voluit viuus fingi pingi ve Budæus,
Nec vatum moriens ambijt elogia.
Hunc, qui tanta ſuæ mentis monumenta reliquit;
Externa puduit viuere velle manu.

OPPIÆ.

Veſtalis virgo, violati ob clauſtra pudoris,
Oppia, eheu, diro marmore viua premor.
Quam natura alijs mortalibus eſſe quieti
Juſſit humum, ſoli eſt hæc mihi ſupplicio.
Siſte, & mirandum hoc, miſerandumque aſpice: virgo,
Non virgo, tumulo, non tumulata tegor.

IANÆ VIOLÆ.

Nata inter Violas molli requieſco ſopore,
Illa ego flos formæ, floſque pudicitiæ.
Cætera flos, niſi quod breuius ver floris; at iſtud,
Quæ vireo æternùm, neſcia ſola pati.
Vere meo potui quamuis longæua perire;
Nam fuit ætatis ver mihi perpetuum.
Pro lachrymis igitur flores hic ſparge, viator,
Parua etiam Violas hæc dabit vrna nouas.

HER-

Digitized by Google

HERMAPHRODITI.

In binis vnum, duo corpora corpore in vno,
Hoc tumulo, his tumulis conſociata iacent.
Fœmina virque; at enim quid ſi nec fœmina, nec vir;
Iſtorum neutrum, ſint quod vtrumque ſimul.

GASPARIS.

Gaſparis vnius non funus; funere in vno
Eheu quantorum funera mœſta vides.

PHILIPPEI COMINÆI.

Gallorum, & noſtræ laus vna & gloria gentis,
Hîc Cominæe iaces, ſi modò fortè iaces.
Hiſtoriæ vitam potuiſti reddere viuus,
Extincto vitam reddidit Hiſtoria.

CVIVSDAM.

Primorum maſtix, molli hac requieſco ſub vrnâ;
Viuenti cui mens irrequieta fuit.
Nulli ego mortali; Superis ſi forte peperci,
Ignoti Superi fortè fuere mihi.

IANI BRINONIS.

Hic ſitus eſt Brino quondam ditiſſimus, at qui
Prodigus in cinerem cuncta redegit inops.
Sed dum fortè aliquid, decoctis omnibus, eſſet;
Heu moritur; verè fiat vt ille cinis.

MARITI ET VXORIS.

Vna dies natalis eis, fatalis eiſdem,
Attulit alba duos, abſtulit atra duos.

Ambo

Ambo fœliceis; tumulo conduntur in uno,
Fœliceis vno qui iacuere thoro.

IANÆ MARIANÆ.

Haud tumulum, at thalamum: thalamum? non, imo viator.
Et tumulum & thalamum ſi pote cerne ſimul.
Sæuus adulterij pœnas à coniuge coniux
Dum petit, heu, iugulat me miſeram hoc thalamo.
Sic mihi qui thalamus tumulus quoque: ſcilicet idem
Cauſa mihi lethi, lætitiæque fuit.

MARRIOLENÆ CATELLÆ.

Fida ſuo domino cuſtoſque comeſque, viator,
Si qua catella fuit, Marriolena fuit.
Quattuor hæc mecum vixit mihi, non ſibi, luſtris;
Nutibus applaudens officioſa meis.
Atque vni vt prorſus vixit, mihi prorſus obiuit;
Hanc abijſſe tamen, non obijſſe putes.
Illam etenim annoſæ lauri in radice locaui,
Vt Catulæ Laurus viueret, interitu.
Quod ſi languentem reuocas à funere Laurum;
Per quam fatidicis vatibus eſſe datur.
Et quæ ipſos potis eſt vita donare poetas,
An non te morti ſuccubuiſſe nefas?
Ergo cum Lauro, Lauri columenque ſaluſque;
Æternum viues, Marriolena, tuis.

Digitized by Google

Et Domini viues gemitu, luchrymiſque rigata:
Non poteras vita nobiliore frui.

TRIVM.

Hoc auia hoc neptis, nata & , materque, ſororqu
Frater, vir coniux, filius atque pater.
Marmore contegimur. Tot in vno condita dicis.
Ne credas; ſolum corpora trina ſumus.

CVIVSDAM.

O quam ridiculum eſt, qui ſim fuerimve rogare,
Cum qui ſis tibi ſit diſcere cura leuis.
Ne quæras qui ſim; ni ceſſes dico nihil ſum:
At tu ſollicitus diſce vel inde quid es.

CORYDONIS.

Annua ſolemni tumulo votiua parate;
Non hic mortuus at mors reſupina iacet.

I. BOGVIERII CONSILARII.

Cui ſubiti fuit, heu grauis aer cauſa ſoporis,
Fac poſt fata, Deus, ſit mihi terra leuis.

CERDONIS.

Nuſquam tantillum viuus poſſedit agelli,
Quo poſſet miſerum ponere Cerdo pedem.
More ſed Æthiopum terras vagus hoſpes obiuit;
Donec mortuus hac nunc requieſcit humo.
Extincto dat mors, viuo quod viua negarat,
Scilicet & terram ſcilicet & requiem.

GELLIÆ.

Hanc ſi forte vides iſto ſub marmore condi,
Gellia cum vixit marmoris inſtar erat.

Nil

Nil nunc nil etiam cum Gellia viueret, audijt;
Nec precibus flecti docta puella meis.
Muta iacet; nullum expreſſi medicabile verbum:
Immota eſt; nulla mobilis arte fuit.
Atque vt longa dedi quondam ſuſpiria viua;
Heu lachrymis ſoluo manibus inferias.
Denique vix dicas an vixerit illa ſepulta;
Anne ſepulta ſub hoc marmore viuat adhuc.
Si tamen è viuis hanc exceſſiſſe putabis;
Inciſum, tali carmine, marmor habe.
Gellia conditur hic, cum qua Venus ipſa ſepulta eſt;
Imo hac in nobis viuit, & ipſa Venus.

PYRAMI ET THISBES.

Non feritas, non ira trucis trepidanda Leonis;
Sed feritas, ſed culpa trucis miſeranda furoris:
Idem amor, idem enſis Pyramum Thisbemque peremit;
Ambos votum & idem tumulo ſociauit eodem:
Vt quod nec bona ſors, nec vita indulſit vtrique,
Mors id in æternum miſero repararet amori.

LÆANDRI.

Leandrum ne forte putes periſſe, viator.
Ardet & in facili ludit amatque ſalo.
Cypria deprenſos vbi Martis ſenſit amores,
Atque truci, iacuit cæſus Adonis, apro;
Dum natat, & leuibus prurit Leander in vndis,
Illius ecce nouis ignibus vſta Venus.

Quod cælum huic Martem, terra, inuidiſſet Adonim;
Leandro medijs tecta potitur aquis.

NARCISSI.

Hei mihi quid prodeſt vana oſtentatio formæ
Quæ peritura fugit, quæ fugitiua perit?
En ego flos, olim noſtri tam ſtultus amator,
Obijcior pecori paſtus & eſca leuis.
Quod commune alijs, mihi cur natura negauit,
Vmbram vt qui colui, mortuus vmbra forem?
Nempe quod, & viuum, & morientem, pendere pœnas
Inuiſi faſtus me voluere Dij.

CVIVSDAM.

Quis iacet hic? nullus, nec quid niſi marmor inane:
Quamuis ſis aliquid, tu quoque nullus eris.

VIRI ET VXORIS.

Nimirum vitæ ſpeculum, mors dicitur eſſe:
Vita vt diſſimilis, mors quoque diſſimilis.
Ecce viro medicus medicamen porrigit ægro:
Abnuit ægrotus ſumere & occubuit.
Corpore ſed firmata magis, medicamen inhauſtum
Ne pereat, mulier ſumpſit, & interijt.
Diſſidijs tantis dedit exitus iſte quietem?
Falleris, inter ſe iugiter oſſa ſtrepunt.

Ex

Digitized by Google

Ex Ioan. Paſſeratio.

IANÆ HENNEQVINÆ.

Siſte gradum, & quamuis properas, lege pauca, Viator:
Quæ tegor hoc tumulo Iana Henequina fui.
Memmiadæ Henrico quondam fidiſſima coniux,
Pignora concordis bina relinquo thori.
Garrula nulla meum perſtrinxit lingua pudorem:
Et canit æternum poſthuma fama decus.
Limina iam canæ cùm intrarem prima ſenectæ,
Febre mihi funus, funere parta quies.

CARMEN QVOD SIBI IPSE SCRIPSIT.

Hìc ſitus in paruâ Ianus Paſſertius vrnâ,
Auſonij doctor Regius eloquij.
Diſcipuli memores tumulo date ſerta magiſtri,
Vt vario florum munere vernet humus.
Hoc culta officio mea molliter oſſa quieſcent:
Sint modò carminibus non onerata malis.

CLAVDIÆ MARILLIARÆ.

Æternis igitur, mea lux, es merſa tenebris,
Claudia, Cumæos digna videre dies?
Non licuit toto te cum mihi viuere luſtro,
Hei quanta in ſpatio gaudia rapta breui!
Expecta, propero: cineres miſcebimus vnà,
Oſſaque, vt in caſta iuncta fuere toro.

Digitized by Google

CHARTERII SENATORIS.

Qui legis hunc titulum tumuli, miraberis hoſpes:
Res ſimilis monſtri; vir bonus heic ſitus eſt.

Fr. LOTHARINGI GVISIACI DVCIS
Colloquuntur Hoſpes & Sacerdos.

H. Vnde redit populus lugens? S. E funere. H. Cuius
Lecta coronatus contegit oſſa lapis?
S. Æacidæ cineres anguſtâ cernis in vrnâ,
Quem flet vti patriæ Gallia mœſta patrem.
H. Cum natum Thetidos volucris cõſumpſerit ætas,
Pelidæ tumulus quei capit oſſa recens?
S. Gallicus iſte quidem, non Lariſſæus, Achilles.
H. Quæ viuus tanto nomine digna gerit?
S. Cæleſti de ſtirpe ſatus fortiſſimus heros,
Contraxit vitæ tempora longa ſuæ.
Dumque ſibi laudem iuſtis conquirit ab armis,
Sæpe domum pulſo retulit hoſte decus.
Altaque præcipiti tranſcendit mœnia foſſa;
Et ſpolia ad curuum fixit opima tholum:
Aut obſeſſa graui tutatus mœnia bello:
Solus enim regni murus ahenus erat.
Indomito demum cùm milite cingeret vrbem,
(O vrbs magnanimis exitioſa viris!)
Perfidus inſidijs quidam eſt aggreſſus inermem;
Hauſit vbi incautum machina dira latus.
Perfunctus vitâ, fato perfunctus eodem;
Num meritò inuicti nomen Achillis habet?
H. Hei mihi, Guiſiadæ metuo: certiſſima fama
Æacidæ celebrat, Semideisque parem.

S. In-

S. Inuida mors ipſum pallenti merſit Auerno,
H. Merſit? at in cælo creditis eſſe Deos?
S. Lingua quid obloquitur cæleſtibus impia Diuis?
H. Excutit inſanus verba nefanda dolor.
Mars pater, atque potens ſæui Bellona duelli,
Huc huc vltrices vertite quæſo manus.
Marmorea hoſtili perfundite ſanguine buſta;
Vt leuis officium ſentiat vmbra pium.
Exercete iras, odia exercete nepotes:
Iſthæc accipiat munera grata cinis.
S. Da lacrymas abiture hoſpes, da florida ſerta,
Vmbra hæc non Stygios viſet inulta lacus.
H. En flores, en vaſa nouo ſpumantia lacte,
En noſtris lacrymis ſacra madeſcit humus.
Guiſiaci manes mihi Numina ſancta valete;
Tuque leui cineres pondere terra premas.

VMBRA EIVSDEM LOQVITVR.

Quid ſtatuis tumulum? nil ſum niſi nomen & vmbra.
Elyſium felix incolit Vmbra nemus.
Nomen ab occaſu Solis percurrit ad ortum,
Méne putas vllo marmore poſſe tegi?

IACOBI CVIAÇII I. C. CLARISS.

Romulei iuris, lux & clariſſima legum,
Conditur exiguâ magnus Cuiacius vrnâ.
Vos tamen & lacrymis, & vano parcite luctu,
Muſarum ſtudioſa cohors. quem fletis ademptũ,
Tot vobis tanti ingenij monumenta relinquens,
Parte ſui meliore viget: nomenque ſepulti

Quæſitum meritis, quod nullo intercidet æuo,
Fama indefeſſis tollet ſuper æthera pennis.

ILLVSTRISS. PR. DVCIS LONGAVILLÆI, BELGII PROREGIS.

Inſignis virtus, priſcorum à ſanguine Regum
Nobilitas, Cliuioque mihi de ſanguine coniux,
Cui puerum heredem, pignus commune relinquo.
Me infelix miles, plumbi dum glande ſalutat,
Miſit ad Elyſium, ſexti ſub tempora luſtri.
I nunc, humanæ ſpes longas concipe vitæ;
Per mediam properent ad nos cùm fata ſalutem.

MARIÆ BRACHETÆ.

Aureliana domo, Brachetum è gente vetuſta,
Vndecies mater, Præſidis vxor eram.
Cetera narrarem: ſed qui me ad buſta ſecutus,
Integer haud patitur dicere plura pudor.

ANDREÆ NAVGERII.

Diſcet qui fuerim, qui ſim poſt fata futurus;
Legerit ingenij qui monumenta mei.

IN EVNDEM.

Memmius heic ſitus eſt: breuis huic vt contigit ætas,
Exiguo in tumulo ſic breue carmen habet.

ANNÆ IOIVSÆ, DVCIS, PARIS, ET Ammirallij Galliarum, Normanniæque Proregis.

Aſtra quid inſimulas, crudelis conſcia fati,
Dum gemis amiſſum, Gallia mœſta, Ducem.
Deſine vana queri: neque enim in certamine mirũ
Qui ſteterit toties hunc cecidiſſe ſemel.

EIVS-

EIVSDEM.

Ne Mauſolæi ſurgant mihi marmora buſti ;
Neu mea Niliacus contegat oſſa labor.
Regis enim magni totâ ſum mente ſepultus :
Quid noſtro tumulo clarius Orbis habet ?

EIVSDEM.

Quiſquis es, huc oculos vertas greſſumque, Viator:
Atque hæc pauca legas, Dux Ioiuſa rogat.
Mars aluit iuuenẽ, medijſque exſtinxit in armis,
Condidit heic Regis me pia cura mei.

MARIÆ BEAVHARNOIS.

Scanſura optati noua nupta cubile mariti,
Det cineri lacrymas, vltima dona, meo.
Quæ miſera adfulſit, non fauſto lumine, tæda,
Me ſimul in thalamum duxit, & in tumulum.

Ex Leodegario a Quercu.

MARIÆ CERARIÆ.

Quod modò non ſoli mortales funus ob iſtud
Mutarint veſtem, vultum habitum, ingenium.
Sed gemit alma Ceres, ſed plorat caſta Diana,
Sed plangant Muſæ ſed doleant Charites.
Sed ſit Mercurius triſtis, ſit mœſtus Apollo,
Iuno irata, Venus percita ſit furijs.
Dilaceret libros Pallas, Mars ſpicula, Bacchus
Crateres, Nymphæ carmina, Pan calamos.
Et ſit vtrique dolor, quantum nulla audijt ætas,
Quantum non etiam poſtera ſæcla ſcient.
Ne mirere: etenim perijt Diuûmque hominumq;
Delicium: perijt, heu muliebre decus.

Florens ingenio, forma, virtute, iuuenta,
Nomine, fortuna, nobilitate, viro.
Nec tamen hiſce bonis potuit mors inuida flecti,
Nec precibus Superûm, nec lacrymis hominum.
Vt diſcant omnes, eſſe omnia ſubdita morti.
Nam ſumus vmbræ omnes, fabula, terra, nihil.

Ex Franciſco Remundo.

DE INSIGNIBVS ALEX. FARNESII TVMVLO INCISIS.

Lilia quæ memori cernis florere ſepulcro,
Illa tulit Domino fertilis vrna ſuo.
Forſitan humorem clauſo de corpore traxit,
A Domino didicit forſitan eſſe ferax.
An non perpetuos, Princeps, florebit in annos,
Si potuit durus lilia ferre lapis?

Ex Iacobo Rogerio.

IOANNIS NECRI.

Quis iacet heic? Necrus; iam demum Necrus, in orbe
Dum vixit, ſolo nomine Necrus erat.

MAGNI MEDICI.

Dum fato in Stygium Magnus deſcēderet Orcum,
Lethææ extimuit Dis moderator aquæ.
En venit, exclamat, iam iam vigilate miniſtri,
Mortua qui vita corpora reſtituat.

Ex

Ex Sebaſtiano Roillardo.

IOH. PASSERATII.

Terrigenum ſi quando virûm vos perroget vllus,
O Muſæ Ægiochi ter tria corda Iouis!
Cuiuſnã graciles modò Phœbus amauerit hymnos,
Et reſonam melici nectaris harmonien?
Hoc ſubitò date reſponſum; Primatis alumni,
Cui præſigne tulit Paſſeris aura decus.
Quem Charis in Troiæ præpinguibus edidit aruis,
Et puerum lactans cœlitus enutrijt.
Sin dicto obſtupeat, tanti cognominis Hermen
Nunc ſtratum, exiguo puluere poſſe premi;
Verè hoc Pierides ſubiungite: carmina vatum,
Frangere vim fati præcipiteſque rogos.

Ex Claudio Roilleto.

IOACH. BELLAII.

Flãma mihi Veneris, Phœbi lyra, Martis & horror,
Pacis amor, mortis carmine dicta quies.
Hinc myrto, & lauro, palmaq;, oleâ atque cupreſſo,
Æternum cinctum eſt poſt mea fata caput.

Ex Claudio Roſeletto.

NICOL. FLAMMENTII ET IANÆ VXORIS.

Quos prædulcis Hymen arctauerat, improba telo
Nicolon & Ianam mors abolere nequit.
Amborum hoc vno ſunt poſta cadauera buſto,
Morbus quos vnus ſtrauit & vna dies.

Pyra-

Pyramus & Thysbe quondam his exempla dedere,
Exſtinxit Lacheſis quos rabida igne pari.
Vtroſque vnus amor iunxit: nox abſtulit vna;
Sic & mors dulcis, vita & vtriuſque fuit.

SVMMI NAVARCHÆ FRANC.

Franciſco arriſit medijs Neptunus in vndis:
Franciſco in terris Mars dedit arma ſuo.
Nunc maiora quidem Franciſcus cum Ioue tractat:
Qui terra atque mari floruit, aſtra tenet.

Ex Scæuola Sammarthano.

BELVILII AD MARGARETAM EIVS SOROREM.

Alter eram Mauors: cæli me in templa recepi;
Terra parum ſedes quod foret apta Deo.
Mirariſne, ſoror mihi cum ſit & altera Pallas,
Cur ſimili mecum non petat aſtra via?
Scilicet in terris homines miſerata remanſit;
Exemplo mores formet vt illa ſuo.

MONTANI DVCIS.

Mœnibus egreſſum infeſtis dum perſequor hoſtem,
Plumbeolo lethum venit ab orbe mihi.
Sed me hinc vita manet magnum celebranda per orbem:
Quique orbis damnum ſarciat, orbis erit.

RIC. REGII.

Languida me rapuit febris mea fata dolentem;
Non quòd acerba forent, licet immatura; ſed inter
Prœlia, magnanimum ſine vulnere obire pudebat.

HE-

HELENÆ IOVIÆ.

Tu quoq; raptum Helenæ Lacedæmonis æmula luges
Gallia, nam rapit hanc mortis auara manus.
Si rapienda fuit, ſi ſors ita dura ferebat,
Cur ſuus hanc Superi, non rapit ergo Paris;

IOAN. BENENAT.

Per vim perque dolos fatali conditus vrnâ
Mortuus hîc malè ſum qui Benenatus eram.
Mortis cauſſa Venus: nam cæco armauit ab æſtu
In me riualis corda, manuſque mei.
O fati ambiguas leges! quæ cuncta propagans,
Vita alijs cauſſa eſt, fit mihi cauſſa necis.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Heic ſitus eſt, qui nec vixit, nec mortuus olim eſt,
Nam mors vita illi; mortua vita fuit.

Ex quodam.

GVILIELMI BVDÆI.

Vnus Budæus, terramque homineſque poloſque
Deuinxit magnâ prouidus arte ſibi.
Cœlo animum, terræ corpus donauit habendum:
At cerebri nobis dona ſuperba dedit.
Sic deceſſit inops, nam nil ſibi liquerat ipſe;
Verùm hæc paupertas vnica vincit opes.

GASPARIS COLIGNII.

Quæ vita huic fuerit, quæ mors, quod deinde ſepulchrum,
Si rogites, paucis hæc tria, Lector habe.

Non

Non ſibi, ſed Chriſto & patriæ Colignius heros
Vixit: & ô cur non nunc quoque viuit adhuc?
Proh ſcelus! hoc prohibet patriæ patria ipſa, parentẽ
Sæuis dilanians vnguibus ipſa ſuis.
Optarunt ſepelire nefas hoc flumina tantum,
Optauit tantum flamma piare nefas.
Non paſſa eſt, lacerum, merſum ambuſtumque cadauer,
Quæ tandem appendit barbara turba cruci.
Ignoti donec manibus ſublatus amici,
Gaſparus hac tenui contegeretur humo.
Quiſquis es, ô referas pietatis præmia tantæ,
Nec ſinat hoc nomen fama latere diu.
At tibi quem tumulum ſic patria denegat, ecce
Conſtruxit mundi machina tota tibi.
Sic Aqua, ſic Ignis, ſic Aer, ſic quoque Tellus,
Namque parentarunt, Caſpare magne, tibi.
Illa autem (iuſta eſt quæ Numinis ira) cadauer
Ipſa ſibi, ipſa ſibi eſt patria iam tumulus.

N. CANÆÆ, N. CANÆI F. SIMVL NATÆ ET MORTVÆ.

Hic Canæa ſita eſt cognomine, nomine nullo,
Cuius penè eadem vitaque morſque fuit.
Quod ſi ſanctorum meritò mors eſſe beata
Creditur, atque piæ ſancta propago domus;
Sanctorum certè tantò felicior eſt ſors,
Quantò eſt illorum mors properata magis.
Quænam igitur tandem iuſta ratione fleatur,
Quàm citò nata ſolo, tam citò iuncta polo?

Ex

Ex quodam.

ADR. TVRNEBI.

In manes ingrata tuos hæc ora ferentur,
Quod taceant te, à te quæ didicere loqui.
Sed reus huius agi malo, cariſſime, laudes
Ingenij culpâ quam tenuare tuas.
Ergo alij laudent: ego tantum epigrammate teſtor,
Laudibus haud vllum par epigramma tuis.

Ex Ponto Tyardo.

PETRI RONSARDI.

Petrus Ronſardus iacet heic, ſi cætera neſcis:
Neſcis quid Phœbus, Muſa, Minerua, Charis.

Ex Simone Vallamberto.

MANIBVS THAIDIS.

Scribe mihi in tumulo: mortem ſi lubrica Thais
Noſſet, vixiſſet ſobria. diſce mori.

MANIBVS IAC. FABRII STAPVLENSIS.

Hac quicumque vrna Fabrum putat eſſe ſepultum,
Errat: cœleſtem non tegit vrna virum.

GVIDONIS MONTENATI.

Exceptum menſa Superûm mirare, viator
Guidonem? in terris hic homo Diuus erat.

MANI-

Digitized by Google

DIVIS MANIBVS.

Hoc quamquam tumulo mortale cadauer .. ..
Mors claudis, id fermè eſt nihil.
Non huius virtus, ſpes, fama, ſcientia poſſunt
Claudi. quid ergo, Mors, habes?

AVIÆ TERRASSÆ.

Huic quicumque, faber, faciendam ſuſcipis vrnam;
Vel facias nullam; vel ſit vt ampla, vide.
Sint vbi vis etenim, manes comitabor auitos;
Vel proprio incluſi pectore ſemper erunt.

Ex Ioan. Veuræo.

FRANCISCI I.

Perſonam Franco qua indutus præfuit orbi
Rex Franciſcus, in hoc depoſuit tumulo.
Iamque animo conſtans ſolo, & gentile reuertens
Ad Numen, priſcis adijciendus auis;
Quo me proſequeris mitte, inquit, Gallia luctum:
Non tua deterior; ſit mea ſors melior.
Pallada & Erricum tibi pignora cara relinquo:
Splendida rex inter me meus aſtra locat.

Ex Gulielmo Modicio.

BASILII ZANCHII.

Zanchius hic recubat Muſis dilectus, & orbi
Cognitus. heu magnos quàm breuis vrna capit!

IN

Digitized by Google

EIVSDEM.

Cùm docti fuſum ſit Zanchi nomen in orbem:
Puluere tam pauco quis putet oſſa tegi?

SENIS, QVI NON GENVIT.

Simulus hîc iaceo ſexagenarius Vmber,
Et cœlebs: vtinam ſic pater ante meus!

PETRI STROZÆ.

Flos Italum Petrus ſitus eſt hîc Strotia. fortes
Mars rapit; & ferro quos nequit, igne rapit.

PVELLÆ FLORENTINÆ.

Muſarum comes Irene, comes atque Mineruæ,
Hîc iacet Italidum dulce puella decus.
Ingenium, formam, mores vt vidit, & artes
Gens Hetruſca; fere credidit eſſe Deam.
Hanc, bis vt octauum miſerabilis attigit annum,
Suſtulit humanis inuida Parca bonis.
Floribus Irenes decoret, lacrymiſq; ſepulcrum;
Quiſquis amat Muſas, Pallada quiſquis amat.

LVDOVICI AREOSTI.

Verſibus Hippolytum celebrans, gratum eſſe probaſti
In Mecœnatem te, Lodouice, tuum.
Iunior Hyppolytus ſtatuens, Arioſte, ſepulcrum
Hoc tibi; pro patruo gratus & ipſe fuit.

Ex Mario Molſa.

LASCARIS.

Laſcaris hic ſitus eſt Ianus, quo ſoſpite Graiûm
Res olim fracta non potuere capi.
Hic etenim in Latium dilectas Palladi Athenas
Detulit, & gemino mox dedit ore loqui.
Sæpe etiam Regumque animos, populoſque feroces
Cecropio flexit tum ſale, tum numeris.
Annoſi donec confectum viribus æui,
Exitio obrepens curua ſenecta dedit.
Felicem ante omnes, ſolio qui pulſus auito,
Tam procul hic patria contegeretur humo.

IN POMPEII SEPVLCRVM.

Dux, Phariâ quamuis iaceas inhumatus arenâ,
Non ideo fati eſt ſæuior ira tui.
Indignum fuerat tellus tibi victa ſepulcrum:
Non decuit cœlo te niſi Magne tegi.

Ex Ioan. Thoma Muſconio.

TRISTANI N.

Triſtano peperere mihi cunabula nomen,
Triſtitiæ nomen, triſte quod omen erat.
Vt nunquam variúsve labor, curæve tenaces
Defuerint, lethi triſtis ad vſque diem.
Tres habui fratres; tria funera triſtia vidi,
Cum quibus in patrem tela cruenta tuli.
Triſtanus vix triſtis: mox triſtis: ab ipſis
Pœna mihi ſupereſt triſtior exequijs.

BAR-

BARTHOL. MAYSSI.

Hac iacet, heu, miſera Mayſſus cura parentis,
Ante diem raptus Bartholomaus, humo.
Flexiſſet duras vario modulamine lingue,
Suauiſonoq́; canens dulcius ore, Deas.
Inuida ſed blandam eripuit Proſerpina vocem,
Vt fieret campis cantor in Elyſijs.

STEPHANI AZANELLI.

Pharmaca amara agris ſolitus cōponere, & vndas
Ex herbis ſollers elicere igne nouas;
Conditur hac. Stephanus morbo conſumptus in vrnâ;
Olface, vt ipſe Arabo fragret odore lapis.
Scilicet in terris varios quia ſemper odores
Miſcuit, hos tumulo nunc quoque tectus olet.

FRANCISCI CHIZOLÆ.

Qui coquere es ſolitus panem, Franciſce, popello,
Nunc tibi cærulea eſt Styx ſuperanda rate.
At nullam quare meminiſti ferre placentam
Mellitam, crudo munera grata ſeni?
Quid facies? parcat vector, tamen oſſa relicta eſt,
Qua canis obſtrueres guttura tartarei.
Spes tamen vna tibi, video: Proſerpina Diti
Illic piſtorem quod volet eſſe, ſuo.

Digitized by Google

ALEXANDRI BONETTI.

Hoc iacet egregia tumulo puer indole, ruri
Dum nat Alexander, vortice raptus aqua.
Spem dederat patri ſumma trieteride plenâ
Virtutis, fuerat tantus in ore decor.
Inuidit Lacheſis; puerumq́; nitentibus vndis
Merſit, & Alcidæ Nympha remiſit Hylam.

NICOLAI CORII.

Quid fles? non obijt Corius, licet oſſa ſub iſto
Marmore ſint: armis gloria parta viget.

CAPS. PARMENSIS.

Certamen fuit egregium; Lucretia mater
Filius & triſti Caſpar in interitu.
Ille mori pro matre cupit: rogat illa ſorores
Ne liceat. vicit mater & occubit.
Filius amplectens genitricis corpus, amaro
Cum gemitu riguit: hæc habet vrna duos.

LOCARINI.

Quid clamas Locarine? vetat mea creditor vrnâ,
Oſſa tegi, donec debita perſoluam.
Addicas illi tua prædia. non ſatis vxor
Spondeat, at dotis nomine & ipſa perit.
Quid facies? viuens eluſi debitor omnes:
Nunc magis eludam mobilis vmbra manus.

FRAN-

FRANCISCI BRAMBILLASCHI.

Hac tegeris, Franciſce, Faber lignarius vrnâ,
Huic Brambilla domus. quem genuit patria.
Orbibus hîc olim cingebas vaſa rotundis
Impiger, & celeri dolia multa manu.
Atropos inuidit: filum ſecat. Orcus adegit
Fracta Charontaeae ligna dolare ratis.

LVCRETIÆ MANTELLÆ.

Æmula Romanae Lucretia caſta puellae,
Moribus, & patria nobilitate domus.
Clauditur hac, ſi terra tamen tegit vlla pudorem,
Et blandas Charites, coniugiijq; fidem.
Noluit huic Lucina manum florente iuuentâ
Porrigere, vt ſuperis poſſet adeſſe choris.

IOAN. BAPT. MVSCONII
F. DIALOGISMVS.

Quis mihi te rapuit miſero, Baptiſta, Deorum
Tam celeri fratrem morte ſecute tuum?
Decepi, pater, inuitus tua vota ſenectae
Debita ſed fato ſors erat iſta tuae.
Ergo nihil prodeſt pietas? nulli expedit ergo
Eſſe probum? noſtrae eſt hic pietatis honos?
Quid? tu rere tibi Diuos nocuiſſe, ſupremum
Pro terris, cœlum ſi tribuere mihi.

Ex Aloyſio Grotto.

PVERI ET PVELLÆ.

Condidit vna domus venter, quos edidit vnus,
Femina ſunt, & mas, frater hic, illa ſoror.

Nomine de ſtirpis, Guarneria dicta puella,
Laurentius puer eſt nomine dictus aui.
Illa obiens menſes vix dum compleuerat octo,
Hic captus ſubita morte biennis erat.
Ieiuni vermes infantum corpora rodunt,
Rodit ſed ferus corda paterna dolor.

QVATVOR PVELLARVM VNO TEMPORE SVBMERSARVM.

Quattuor hoc tumulo poſitę ſimul ecce puellæ,
Ætate, interitu virginitateque pares.
Vna tegit tellus, velut vnica ſuſtulit vnda;
Vna die rapuit condidit vna dies.
Iunxit amor viuas; morituras nauis, & amnis,
Mors morientes, & mortua membra lapis.
Diſce puella, nec ætati nec fidere formæ
Vna hora perdi forma iuuenta poteſt.
Bis binas, ſed ſi non fles potes adere quintam
Quinta erit hîc pietas nam tumulata ſimul.

Ex Petro Myrteo.

AMBROSII MONACHI.

Viximus ambroſia, ſed enim conceſſimus Orco,
Nunc iterum cœlo redditur Ambroſia.

ANTONII NEBRISSENSIS.

Me putat æternum ſaxo poſuiſſe ſub imo,
Acerba mors, & fallitur.
Non ingrata etenim mea gens volitare per ora,
Dat, & per oras omnium.

Hæc mihi pro reduci ſtudio Latijsq́ Camœnis,
Certè tropheum non minus.
Quàm tibi pro Mauris debet, Fernande, fugatis,
Et pro recepta Baticâ.

BENED. LAMPRIDII CREMONENSIS,

Ergo ego, nobilium ô genitrix atque hoſpita vatum
Mantua, quòd nimium vicina Cremona Ma-
roni
Obfuerit, ſolus pœnas abs te ipſe repoſcor?
Ille ſoli tantum damnum tulit: aſt ego de te,
Mantua, deq́ tuo meritus bene principe, carâ
Pro patriâ & vitam & cineres tibi reddere cogor.

Ex Andrea Naugerio.

AVGONIS CANIS.

Venator celerem mœrens Augona Melampus
Confoſſum rapido dente ferocis apri.
Hac illi in ripâ tumulum frondente ſub vmbra
Erigit: hoc ipſo concidit ille loco.
Non impunè quidem prædo ſceleratus abiuit:
Procubuit iaculis caſus & ore canum.
Tu tamen è cunctis canibus præſtantior Augon,
Fide Augon, ſiluis qui modo terror eras.
Tu dilecte iaces. ſed ab altà hac faſcia pinu
Millusq́, & millo vincula iuncta ſuo.
Quin deciſa feri ceruix tibi pendeat hoſtis:
Sintq́ vna ex animo ſigna dolentis heri.

HYLACIS CANIS.

Ante canes omnes paſtori carus Amyntæ
Nuper ab Illyrico littore miſſus Hylax.
Dum ſolitas agit excubias, & ſepta tuetur;
Nec vigilant ſocij cætera turba canes.
Quà rapidus ſe ſe media inter ſaxa Timauus
Mergit; & inde iterum proſilit amne nouo.
Ille quidem ſæuâ vitulos tutatus ab vrsâ eſt:
Ipſe ſed ingenti vulnere cæſus, obit.
Conſtituit viridi tumulum de ceſpite Amyntas:
Hæc voluit raram præmia habere fidem.
Mæſta gemunt armenta; mali fureſq́;, lupiq́;
Extincto hoc ſibi iam cuncta licere putant.

Ex Franciſco Panigarola.

VIDII MEDICI.

Quæ primæ eripuit multos, hac arte ſecundæ
Se rapuit morti Vidius, hîcq́;, iacet.

Ex Raphaele Placentino.

IOAN. CAMPETII.

Lex, æquum, pietas, quo totum iuere per orbem,
Hoc iacet, aſtra tenens, marmore Campetius.

Ex Ioan. Plazzono.

TOMITANI.

His artes varias, illis ſapientis honores
Adtribuit ſummus qui regit omne Deus.

Sed

Digitized by Google

Sed quæ diſtinxit multis, Tomitanus abundè
Poſſidet ille vnus, qui iacet hoc tumulo.

Ex Angelo Politiano.

DOMITII.

Hunc Domiti ſiccis tumulum qui tranſit ocellis,
Vel Phœbo ignarus, vel malè gratus homo eſt.
Intulit hic vatum cæcis pia lumina chartis,
Obſtruſum ad Muſas hic patefecit iter.
Hunc Verona tulit, docti patria illa Catulli.
Huic lethum atque vrnam Roma dedit iuueni.

DONATI ACCIAIOLI.

Donatus nomen; patria eſt Florentia; gens mî
Acciaiola domus; clarus eram eloquio.
Francorum ad regem patriæ dum orator abirem,
In ducis Anguigeri mœnibus occubui.
Sic vitam impendi patriæ, quæ me inde relatum
Inter maiorum nunc cineres ſepelit.

CAMPANI.

Ille ego laurigeros cui cinxit & inſula crines
Campanus, Romæ delicium, hîc iaceo.
Mî ioca dictarunt Charites, nigro ſale Momus,
Mercurius niueo, tinxit vtroque Venus.
Mî ioca, mî riſus placuit; mihi vterq; ....
Si me fles, procul hinc, quæſo, viator abi.

IOHANNÆ ALBIERÆ.

Stirpe fui, forma, natoq; opibuſque, viróque
Felix, ingenio, moribus, atque animo.

 Sed

Digitized by Google

Sed cùm alter partus iam nuptæ ageretur, & annus;
Heu, nondum nata cum ſobole interij.
Triſtius vt caderem, tantùm mihi Parca bonorum
Oſtendit potius perfida, quàm tribuit.

IOCTI PICTORIS.

Ille ego ſum, per quem pictura extincta reuixit,
Cui quàm recta manus, tam fuit & facilis.
Naturæ deerat, noſtræ quod defuit arti,
Plus licuit nulli pingere, nec melius.
Miraris turrem egregio ſacro ære ſonantem,
Hæc quoque de modulo creuit ad aſtra meo.
Denique ſum Iottus, quid opus fuit illa referre?
Hoc nomen longi carminis inſtar erit.

Ex Guid. Poſtumo.

ACCIPITRIS.

Quid non Patre ſub hoc poterunt ſperare Quirites;
Cùm tumuli meritis obliget vnus aues?

Ex Ioan. Franciſco Quintiano.

ANNÆ REGINÆ.

Extinctam Proceres quid me ſpectatis, & altos
Cur veſtra & querulos pectora dant gemitus?
Si qua mei fuerat quondam reuerentia, fletum
Ponite, & immotum ferte ſupercilium.

Viua

Digitized by Google

Viuo ego inextincto ſub nomine: ſpiritus aſtris
Quum viuat, terris famaq́; non perij.

IACOBI SCOTORVM REGIS.

Hic quis es? Hic quartus ſum Rex Iocus: in antro,
Num loqueris? pro me fert tibi verba lapis.
Ille ego ſum Scotus per ſæua pericula Mauors,
Ille ego ſum patriæ gloria prima meæ.
Si quæras, quid agam, noſtræ do numina genti,
Tela, fidem, vires, iura, trophæa, manum.

Ex Fauſto Sabæo.

ÆGERIÆ.

Pone tuas lacrymas; nec enim Numa fletibus vllis,
Nec prece Lethæo tollet ab amne caput.
Nec finem faciebat adhuc pia Nympha dolori;
Cum verſa in triſtes eſt modo fontis aquas.
Proſpice ſi Ægeria exarſit iam corde maritum:
Murmure adhuc viuo mortua nam lacrymat.

ASTYANACTÆ.

Nil ſupereſſe videns ex Aſtyanacte; cadendo
Tinxit hic omne ſolum ſanguine, mater ait.
Non opus eſt tumulo & titulo tibi, nate; cruentum
Dum ſcribis titulum, tunc facis & tumulum.

NIOBES.

Non opus inferijs, nec opus mihi fletibus vllis:
Conſtruitis fruſtra quid monumenta mihi?

Digitized by Google

Conſulit impenſæ & noſter dolor imbribus atris:
Sum mihi met lacrymæ, ſunt mihi met tumulus.

FABIORVM CCC.

Suaue nitent flores, & dulce immurmurat vnda,
Nidificant & aues, mellificant & apes.
Hîc vbi deuotum Fabij fudere cruorem;
Hîc vbi odorata contumulantur humo.
Inter enim flores, & mella, & carmina, & vmbras,
Debuit has animas detinuiſſe ſopor.

ORPHEI.

Robora, nec petras deduces amplius, Orpheu,
Multipliceſq; feras nec magis allicies.
Nec mage ventorum fremitus, ſtrepitumq; profundi,
Mulcebisve globos grandinis atque niuis.
Ipſe iaces: nam Mnemoſynes tua funera plorant
Natæ, & præcipue Calliopea parens.
Quid querimur noſtros natos perijſſe? tueri
A nece non poſſunt pignora Cœlicolæ.

AGAMEMNON.

Ille hominum, ille Ducum princeps celebratus Atrides
Poſt domita elatæ regna ſuperba Aſiæ;
Dum patriam repeto, me excepit adulter & vxor
Incautum, & Veneri victima tanta cado.

Qua-

Quæſieram longinquo ex orbe Helenamq́ Parimq́;
Quem propria infelix clauſeram vtrumque domo.

PYRRHVS ACHILLIS MANIBVS.

Æterni ô cineres, ô formidata parentis
Oſſa, & adhuc inter ſidera & vmbra nitens.
Hos cineres vobis Troia, Priamiq́ cruorem
Conſecro, & ante rogum virginis hanc animam.
His placate iram, & veſtram, mihi ſemper acerbam,
Semper honoratam, poſt quoque fata, necem.
Quæ non fecerunt tot bella ducesq́, tot anni;
Militis hæc veſtri ſunt monumenta noui.

L. SICINII DENTATI.

Romanum Æacidem, Dentatum ad ſidera cœli
Imperij auctores Marsq́ Venusq́ ferunt.
Et Virtus & Honor tumulum non marmore penunt;
Sed coacervarunt hîc ſpolia, arma ſimul;
Armillás, torques, phaleras, variasq́ coronas:
Pallas at in titulo eſt anxia; tantus erat.

APPII CLAVDII.

Inuiti vt biberent, qui merſit in æquore Pullos,
Naufraga & eluſit relligione Deos.
Diſiectam in tumidis claſſem. Dux vidit in vndis;
Senſit & iratos Claudius eſſe Deos.

Et

Sumptu omni, & titulo eſt maior: quia maximus illi
Orbis erit tumulus, vita decens titulus.

BARTHOL. STELLÆ.

Mentitur, noſtrum Stellam qui dicit obiſſe?
Vir bonus & prudens non obijſſe poteſt.
Sed proprias ſedes, & regna vocatus adiuit;
Nam cœlum ſtellis eſt locus & patria.

Ex Iacobo Sannazario.

LADISLAI REGIS.

Miraris niueis pendentia ſaxa columnis
Hoſpes, & hunc, acri qui ſedet altus equo.
Quid ſi animos, roburq́ ducis præclaraq́ noſſes
Pectora & inuictas dura per arma manus?
Hic Capitolinis deiecit ſedibus hoſtem:
Bisq́ triumphata victor ab vrbe redit.
Italiamq́ omnem bello concuſſit, & armis:
Intulit Hetruſco ſigna tremenda mari.
Neve foret Latio tantum diademate felix,
Ante ſuos vidit Gallica ſceptra pedes.
Cumq́ rebellantem preſſiſſet pontibus Arnum,
Mors vetuit ſextam claudere Olympiadem.
I nunc, regna para, faſtusq́ attolle ſuperbos:
Mors etiam magnos obruit atra Deos.

LAVRÆ PVELLÆ.

Et lacrymas etiam Superi tibi Laura dediſſent:
Fas etiam Superos ſi lacrymare foret.

Digitized by Google

Quod potuit tamen, auratas puer ille ſagittas
Fregit & extinctas mœſta Erycina faces.
Sed quamuis homines tangant tua fata, Deoſq;
Nulli flebilior, quàm mihi, Vita, iaces.
Felices animæ, quibus is comes ipſa per vmbras,
Et datur Elyſium ſic habitare nemus.

ANNIBALIS.

Annibal huc victas ſecum Carthaginis arceis
Tranſtulit: hac ambos terra Libyſſa tegit.

NEÆRÆ.

Quæ voces? Charitum. quæ circum pompa? Neæra,
Vnde odor hic? cineri thura miniſtrat Amor.
Vnde pyra? ex pharetrâ. qui nam ſtruxere? Lepôres,
Aſt hæc illacrymans quæ tegit oſſa? Venus.
Fortunate lapis, tumuloque beatior omni,
Tu tegis in terris ſiquid honoris erat.

AMARANTHÆ.

Hic Amarantha iacet; quæ ſi fas vera fateri,
Aut Veneri ſimilis, vel Venus ipſa fuit.

PVERI.

Nate patris, matriſque amor, & ſuprema voluptas,
Accipe, quæ nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu, triſteiſque notas damus; inuida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

Sumptu omni, & titulo eſt maior: quia maximus illi
Orbis erit tumulus, vita decens titulus.

BARTHOL. STELLÆ.

Mentitur, noſtrum Stellam qui dicit obiſſe?
Vir bonus & prudens non obiſſe poteſt.
Sed proprias ſedes, & regna vocatus adiuit;
Nam cœlum ſtellis eſt locus & patria.

Ex Iacobo Sannazario.

LADISLAI REGIS.

Miraris niueis pendentia ſaxa columnis
Hoſpes, & hunc, acri qui ſedet altus equo.
Quid ſi animos, roburq́ ducis præclaraq́ noſſes
Pectora & inuictas dura per arma manus?
Hic Capitolinis deiecit ſedibus hoſtem:
Bisq́ triumphata victor ab vrbe redit.
Italiamq́ omnem bello concuſſit, & armis:
Intulit Hetruſco ſigna tremenda mari.
Neve foret Latio tantum diademate felix,
Ante ſuos vidit Gallica ſceptra pedes.
Cumq́ rebellantem preſſiſſet pontibus Arnum,
Mors vetuit ſextam claudere Olympiadem.
I nunc, regna para, faſtusq́ attolle ſuperbos:
Mors etiam magnos obruit atra Deos.

LAVRÆ PVELLÆ.

Et lacrymas etiam Superi tibi Laura dediſſent:
Fas etiam Superos ſi lacrymare foret.

Quod

Quod potuit tamen, auratas puer ille ſagittas
Fregit & extinctas mœſta Erycina faces.
Sed quamuis homines tangant tua fata, Deosq́;
Nulli flebilior, quàm mihi, Vita, iaces.
Felices animæ, quibus is comes ipſa per umbras,
Et datur Elyſium ſic habitare nemus.

ANNIBALIS.

Annibal huc victas ſecum Carthaginis arceis
Tranſtulit: hac ambos terra Libyſſa tegit.

NEÆRÆ.

Quæ voces? Charitum. quæ circum pompa? Neæra,
Vnde odor hic? cineri thura miniſtrat Amor.
Unde pyra? ex pharetrâ. qui nam ſtruxere? Lepôres,
Aſt hæc illacrymans quæ tegit oſſa? Venus.
Fortunate lapis, tumuloque beatior omni,
Tu tegis in terris ſiquid honoris erat.

AMARANTHÆ.

Hic Amarantha iacet; quæ ſi fas vera fateri,
Aut Veneri ſimilis, vel Venus ipſa fuit.

PVERI.

Nate patris, matriſque amor, & ſuprema voluptas,
Accipe, quæ nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu, triſteiſque notas damus; inuida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

Digitized by Google

Sumptu omni, & titulo eſt maior: quia maximus illi
Orbis erit tumulus, vita decens titulus.

BARTHOL. STELLÆ.

Mentitur, noſtrum Stellam qui dicit obiſſe?
Vir bonus & prudens non obiiſſe poteſt.
Sed proprias ſedes, & regna vocatus adiuit;
Nam cœlum ſtellis eſt locus & patria.

Ex Iacobo Sannazario.

LADISLAI REGIS.

Miraris niueis pendentia ſaxa columnis
Hoſpes, & hunc, acri qui ſedet altus equo.
Quid ſi animos, roburq́ ducis præclaraq́ noſſes
Pectora & inuictas dura per arma manus?
Hic Capitolinis deiecit ſedibus hoſtem:
Bisq́ triumphata victor ab vrbe redit.
Italiamq́ omnem bello concuſſit, & armis:
Intulit Hetruſco ſigna tremenda mari.
Neve foret Latio tantum diademate felix,
Ante ſuos vidit Gallica ſceptra pedes.
Cumq́ rebellantem preſſiſſet pontibus Arnum,
Mors vetuit ſextam claudere Olympiadem.
I nunc, regna para, faſtusq́ attolle ſuperbos:
Mors etiam magnos obruit atra Deos.

LAVRÆ PVELLÆ.

Et lacrymas etiam Superi tibi Laura dediſſent:
Fas etiam Superos ſi lacrymare foret.

Quod

Digitized by Google

Quod potuit tamen, auratas puer ille ſagittas
Fregit & extinctas mœſta Erycina faces.
Sed quamuis homines tangant tua fata, Deoſq;
Nulli flebilior, quàm mihi, Vita, iaces.
Felices animæ, quibus is comes ipſa per umbras,
Et datur Elyſium ſic habitare nemus.

ANNIBALIS.

Annibal huc victas ſecum Carthaginis arceis
Tranſtulit: hac ambos terra Libyſſa tegit.

NEÆRÆ.

Quæ votes? Charitum. quæ circum pompa? Neæra,
Vnde odor hic? cineri thura miniſtrat Amor.
Unde pyra? ex pharetrâ. qui nam ſtruxere? Lepôres,
Aſt hæc illacrymans quæ tegit oſſa? Venus.
Fortunate lapis, tumuloque beatior omni,
Tu tegis in terris ſiquid honoris erat.

AMARANTHÆ.

Hic Amarantha iacet; quæ ſi fas vera fateri,
Aut Veneri ſimilis, vel Venus ipſa fuit.

PVERI.

Nate patris, matriſque amor, & ſuprema voluptas,
Accipe, quæ nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu, triſteiſque notas damus; inuida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

Sumptu omni, & titulo eſt maior: quia maximus illi
Orbis erit tumulus, vita decens titulus.

BARTHOL. STELLÆ.

Mentitur, noſtrum Stellam qui dicit obiſſe?
Vir bonus & prudens non obiiſſe poteſt.
Sed proprias ſedes, & regna vocatus adiuit;
Nam cœlum ſtellis eſt locus & patria.

Ex Iacobo Sannazario.

LADISLAI REGIS.

Miraris niueis pendentia ſaxa columnis
Hoſpes, & hunc, acri qui ſedet altus equo.
Quid ſi animos, roburq́ ducis præclaraq́ noſſes
Pectora & inuictas dura per arma manus?
Hic Capitolinis deiecit ſedibus hoſtem:
Biſq́ triumphata victor ab vrbe redit.
Italiamq́ omnem bello concuſſit, & armis:
Intulit Hetruſco ſigna tremenda mari.
Neve foret Latio tantum diademate felix,
Ante ſuos vidit Gallica ſceptra pedes.
Cumq́ rebellantem preſſiſſet pontibus Arnum,
Mors vetuit ſextam claudere Olympiadem.
I nunc, regna para, faſtuſq́ attolle ſuperbos:
Mors etiam magnos obruit atra Deos.

LAVRÆ PVELLÆ.

Et lacrymas etiam Superi tibi Laura dediſſent:
Fas etiam Superos ſi lacrymare foret.

Quod

Digitized by Google

Quod potuit tamen, auratas puer ille ſagittas
Fregit & extinctas mœſta Erycina faces.
Sed quamuis homines tangant tua fata, Deoſq;
Nulli flebilior, quàm mihi, Vita, iaces.
Felices animæ, quibus is comes ipſa per umbras,
Et datur Elyſium ſic habitare nemus.

ANNIBALIS.

Annibal huc victas ſecum Carthaginis arceis
Tranſtulit: hac ambos terra Libyſſa tegit.

NEÆRÆ.

Quæ votes? Charitum. quæ circum pompa? Neæra,
Vnde odor hic? cineri thura miniſtrat Amor.
Unde pyra? ex pharetrâ. qui nam ſtruxere? Lepôres,
Aſt hæc illacrymans quæ tegit oſſa? Venus.
Fortunate lapis, tumuloque beatior omni,
Tu tegis in terris ſiquid honoris erat.

AMARANTHÆ.

Hic Amarantha iacet; quæ ſi fas vera fateri,
Aut Veneri ſimilis, vel Venus ipſa fuit.

PVERI.

Nate patris, matriſque amor, & ſuprema voluptas,
Accipe, quæ nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu, triſteiſque notas damus; inuida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

Conſulit impenſa & noſter dolor imbribus atris:
Sum mihi met lacryma, ſunt mihi met tumulus.

FABIORVM CCC.

Suaue nitent flores, & dulce immurmurat vnda,
Nidificant & aues, mellificant & apes.
Hìc vbi deuotum Fabij fudere cruorem;
Hìc vbi odorata contumulantur humo.
Inter enim flores, & mella, & carmina, & vmbras,
Debuit has animas detinuiſſe ſopor.

ORPHEI.

Robora, nec petras deduces amplius, Orpheu,
Multiplicesq́ feras nec magis allicies.
Nec mage ventorum fremitus, ſtrepitumq́ profundi,
Mulcebisve globos grandinis atque niuis.
Ipſe iaces: nam Mnemoſynes tua funera plorant
Natæ, & præcipue Calliopea parens.
Quid querimur noſtros natos periſſe? tueri
A nece non poſſunt pignora Cœlicolæ.

AGAMEMNON.

Ille hominum, ille Ducum princeps celebratus Atrides
Poſt domita elatæ regna ſuperba Aſiæ;
Dum patriam repeto, me excepit adulter & vxor
Incautum, & Veneri victima tanta cado.

Quæ-

Quæſieram longinquo ex orbe Helenamq́; Parimq́;
Quem propria infelix clauſeram vtrumque domo.

PYRRHVS ACHILLIS MANIBVS.

Æterni ô cineres, ô formidata parentis
Oſſa, & adhuc inter ſidera & vmbra nitens.
Hos cineres vobis Troiæ, Priamiq́; cruorem
Conſecro, & ante rogum virginis hanc animam.
His placate iram, & veſtram, mihi ſemper acerbam,
Semper honoratam, poſt quoque fata, necem.
Quæ non fecerunt tot bella ducesq́;, tot anni;
Militis hæc veſtri ſunt monumenta noui.

L. SICINII DENTATI.

Romanum Æacidem, Dentatum ad ſidera cæli
Imperij auctores Marsq́; Venusq́; ferunt.
Et Virtus & Honor tumulum non marmore penunt;
Sed coaceruarunt hîc ſpolia, arma ſimul;
Armillás, torques, phaleras, variasq́; coronas:
Pallas at in titulo eſt anxia; tantus erat.

APPII CLAVDII.

Inuiti vt biberent, qui merſit in æquore Pullos,
Naufraga & eluſit relligione Deos.
Diſiectam in tumidis claſſem. Dux vidit in vndis;
Senſit & iratos Claudius eſſe Deos.

Et

Et iam erat à populo damnandus: vota fremebant;
Cùm ſubita è cœlo præcipitantur aquæ.
Qui peccauit aquis, & aquis qui immeſerat vrbem,
In media eſt ſubitis vrbè ſolutus aquis.

EVRIPIDIS.

Non hæc vrna tua, Euripides, ſed tu magis huius:
Namque tua hanc vrnam gloria condecorat.

SCÆVOLÆ.

Ne graue ſi huic tumulo fundis ſanctiſſime vitam
Purpuream, & ponis Scæuola, corpus iners.
Victima grata Deis, Marij non manibus ipſis;
Fimbria nec cædis gaudia longa trahet.
Nam ſcelere hoc diro implebit tua candida totum
Mens cœlum, manes vmbra, cruorq́ue ſolum.

ARTEMISIÆ.

Non contenta viro mirum exſtruxiſſe ſepulcrum,
Quo tot congeſtæ dilapidantur opes;
Excito meq́ue ipſam tumulum; quo conditus vſque
Permaneat mecum nobiliore loco.
Viue illo, requieſce iſto, Mauſole, ſepulcro:
Nominis illud erat, iſtud amoris erit.

HOMERI.

Quid tumulum tentas diuino condere Homero?
Quod ſpatij cœlum continet, vrna ſua eſt.

SCIPIONIS MAIORIS.

Si patria ingrata cineres atque oſſa negaui;
Si mihi pro merito nec monumenta dedit;

Gloria

Digitized by Google

Gloria non ideo mihi defuit atque ſepulcrum:
Nam Carthago vrna eſt, Annibal elogium.

CROCI ET MILACIS.

Formoſi iuuenes, ſed iniquo ſidere nati;
Hic Crocus, hac Milax; dignus vterq; Ioue.
Nam pro Hebe Milax poterat ſeruire Tonanti,
Et Phrygio poterat pro Ganymede Crocus.
Qui legitis flores, horum cognoſcite & ignes:
Tam flagrabat amor, quam modò fragat odor.

CARD. ALEXANDRI.

Cum tumulo non inſcripſi mea nomina, quæris?
Ingratus cùm ſit mutus & iſte lapis?
Qualis eram, dicent, & quis pleno ore Quirites;
Si mage vis, dicent, Græcus, Arabs, Solymus.

AMBROSII POLITI.

Sacrati hoc cineres tumulo: pia & oſſa quietem,
Aſſiduos fluctus poſt maris huius habent.
Cuius erant; cernes in cœlo nomen, & aſtrum;
Si Virtus rupto carcere in aſtra volat.

ANTONII PVCCII CARD.

Hic Puccij oſſa iacent Antonij condita; circum
Tibris, & Aonides flent, Chariteſque ſimul.
Virtutem, ingenium excellens, moreſque benignos,
Diſcito ab inſuetis luctibus ac lacrymis.

PAVLLI III.

Non ratione caret moles rudis iſta ſilenſq;:
Æquari Paullo non valet vllus honor.

Sumptu

Sumptu omni, & titulo eſt maior: quia maximus illi
Orbis erit tumulus, vita decens titulus.

BARTHOL. STELLÆ.

Mentitur, noſtrum Stellam qui dicit obiſſe?
Vir bonus & prudens non obijſſe poteſt.
Sed proprias ſedes, & regna vocatus adiuit;
Nam cœlum ſtellis eſt locus & patria.

Ex Iacobo Sannazario.

LADISLAI REGIS.

Miraris niueis pendentia ſaxa columnis
Hoſpes, & hunc, acri qui ſedet altus equo.
Quid ſi animos, roburq́ ducis præclaraq́ noſſes
Pectora & inuictas dura per arma manus?
Hic Capitolinis deiecit ſedibus hoſtem:
Biſq́ triumphata victor ab vrbe redit.
Italiamq́ omnem bello concuſſit, & armis:
Intulit Hetruſco ſigna tremenda mari.
Neve foret Latio tantum diademate felix,
Ante ſuos vidit Gallica ſceptra pedes.
Cumq́ rebellantem preſſiſſet pontibus Arnum,
Mors vetuit ſextam claudere Olympiadem.
I nunc, regna para, faſtuſq́ attolle ſuperbos:
Mors etiam magnos obruit atra Deos.

LAVRÆ PVELLÆ.

Et lacrymas etiam Superi tibi Laura dediſſent:
Fas etiam Superos ſi lacrymare foret.

Quod

Digitized by Google

Quod potuit tamen, auratas puer ille ſagittas
Fregit & extinctas mœſta Erycina faces.
Sed quamuis homines tangant tua fata, Deosq;
Nulli flebilior, quàm mihi, Vita, iaces.
Felices animæ, quibus is comes ipſa per umbras,
Et datur Elyſium ſic habitare nemus.

ANNIBALIS.

Annibal huc victas ſecum Carthaginis arceis
Tranſtulit: hæc ambos terra Libyſſa tegit.

NEÆRÆ.

Quæ votes? Charitum. quæ circum pompa? Neæra,
Vnde odor hic? cineri thura miniſtrat Amor.
Vnde pyra? ex pharetrâ. qui nam ſtruxere? Lepôres,
Aſt hæc illacrymans quæ tegit oſſa? Venus.
Fortunate lapis, tumuloque beatior omni,
Tu tegis in terris ſiquid honoris erat.

AMARANTHÆ.

Hic Amarantha iacet; quæ ſi fas vera fateri,
Aut Veneri ſimilis, vel Venus ipſa fuit.

PVERI.

Nate patris, matriſque amor, & ſuprema voluptas,
Accipe, quæ nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu, triſteiſque notas damus; inuida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

CATONIS.

Hìc, vbi libertas, magni & iacet vmbra Catonis,
Quàm melius poterant Cæſaris oſſa tegi?

FILII VNICI.

Cur heu lætitiam falsò dixere parentes?
Triſtitiam qui me dicere debuerant.
Natus erat miſeræ lux vnica, matris ocellus
Vnicus, hunc Lacheſis noxia ſubripuit.
I nunc, vel Nioben confer mihi, cuius habet ſors
Hoc melius, fieri ſax ea quòd potuit.

ASSANII.

Tu, qui diſiectos artus, inhumataq́ furtim
Aſſanij occulto membra refers tumulo;
Macte animi pietate: tamen nihil irrita buſti
Gloria tam claros afferet ad cineres.
Quandoquidem voluit potius ſic ſparſa iacere,
Quàm cadere ad triſtes nobilis vmbra rogos.
Nunc latè exigui fines egreſſa ſepulcri,
Eoum famâ verberat Oceanum.
Contempſit dulcemq́ animam, floremq́ iuuentæ,
Sanguine vt agnato dedecus elueret.
Cumq́ hauſit ſæui ſtricto latus enſe tyranni,
Laudem obitu ſtatuit quærere, non tumulum.
Quodq́ magis mirere, hilaris, ridensq́ cruentos
Carnificis cultros cernere ſuſtinuit.
Diſſimulet patriam, taceat nomenq́, genusq́;
Qui facit hoc, dicit ſe Lacedæmonium.

Digitized by Google

Ex Pamphilo Saxo.

BASSANI.

Legitimum tumulo Baſſani ſcribere carmen
Qui cupis; hoc tantum ſcribe: poëta iacet.

EIVSDEM.

Quid titulos quæris: ſatis eſt tibi dicere: corpus
Hîc Baſſanus habet; cetera fama dabit.

EIVSDEM.

Mantua, Pyramidem Pario quid marmore condis;
Baſſanum capiat maximus vt tumulus.
Pyramidem perdis, perdis quoque marmora: totus
Baſſani tumulo vix ſatis orbis erat.

GASPARIS PERVSINI.

Mucronem dederat cui Mars ferus; ægida Pallas,
Strenua cui Veneti bellica ſigna duces;
Gaſpar habet corpus tumulo Peruſinus in iſto:
Mucronem Mars hîc, ægida Pallas habet.

LVCÆ PASII.

Quid fles? heu, iacet hic quia Lucas Paſius; vnus
Eloquio doctus, carmine, iure ſacro.
Falleris: impoſiti ſignum eſt hîc funeris: illi
Magnifica eſt tumulus magnificus patria.

Non tumulus domus eſt: populi nam pectore vi-
uit,
Quid fles? viuenti non dare fas lacrymas.

Ex Hercule Stroza.

CALLIRHOE.

Bis vixit ſemel orta, bis hoc compoſta ſepulcro eſt
Poſt ſua Callirhoe funera facta parens.
Fœta erat: exanimis tumulatur; at excita partu
Poſcit opem: eruitur: mox parit, atque perit.

HYPPOLYTÆ TASSONÆ.

Hoc tuus Hippolyte pouit tibi marmor Iulus
Taſſonæ primus nobilitatis honor.
Meq; , ait, hoc non te coniux tego. mens mea buſto
Clauſa tuo, membris viuis at ipſa meis.

IOAN. PICI MIRANDVLÆ.

Ioannes iacet hîc Mirandula. cetera norunt
Et Tagus, & Ganges: forſan & Antipodes.

EIVSDEM.

Hic ſitus eſt Picus, cuius ſi cuncta periſſent
Virtutum; ſeptem vix ſat erant tumuli.

ANGELI POLITIANI.

Quis Lycias ſortes; quis Phthiæ carmina vatis;
Transmiſſos Delo quis neget huc Tripodas?
Quippe hîc aſſiduè Phœbus, Muſæq; parentant;
Et caros lacrymis ſæpe lauant cineres.
Quin ſi fata velint, tegerentur numina, ſub qua
Angelus obdormit Politianus humo.

Ex

Digitized by Google

Ex Antonio Tebaldeo.

IOAN. PICI MIRANDVLÆ.

Ioannes iacet hîc Mirandula: cetera norunt
Et Tagus & Ganges, forſan & Antipodes.

MARVLLI.

Hîc ſitus eſt citharâ celebris gladioq́ Marullus,
Qui Thuſco, heu facinus, liquit in amne animam.
Neptune immitis: meruit ſi mergier ille,
Mergier Aonio flumine debuerat.

LASCARIS.

Laſcaris hîc, Graiûm ſpecimen; ne crede cadauer
Illius eſſe ſub hoc marmore, ſed ſtatuam.
Altera quippe fuit Niobe: dolor impius illam
Natorum, hunc podagre tranſtulit in lapidem.

HERCVLIS STROZÆ.

Herculis hic Stroza tumulus, quem condidit vxor
Mœrens, Taurellæ Barbara gentis honos.
Plus dederit quamuis, non hac Mauſole meretur
Plus tua: fortunâ hæc non pietate minor.

GVIDI POSTVMI.

Poſtumus hic ſitus eſt: ne dictum hoc nomine credas
In lucem extincto quòd patre prodierit.
Mortales neque enim talem genuere parentes:
Calliopea fuit mater, Apollo pater.

MATTHIÆ CORVINI.

Coruini breuis hæc vrna eſt: quem magna fatentur
Facta, fuiſſe Deum: fata fuiſſe hominem.

Ex Gregorio Tiferno.

PAVLI BARBI PATRITII VENETI.

Si decreta ſibi quiſquam poſt funera viuit,
Si merito quiſquam tendit in aſtra ſuo;
Paulus ob ingenium notus mirabile Barbus,
Qui tuus ô Venetum patria ciuis erat.
Liber & a fragili iam carne tandem ſolutus
Viuit, & in cœlum, venerat vnde, redit?

Ex Sebaſtiano Trombeta.

PETRI RICOBALDI.

Relligionis honos ſincerus, & inclita Virtus
Marmore ſub Pario ſtat, Ricobaldus vbi.
Fortunate lapis; tumulo præſtantior omni:
Claudis, Volterræ quicquid honoris erat.

Ex Antonio Vacca.

BAPTISTÆ PII.

Felſina quem genuit, ſtudijs conſumptus & annis,
Ille poëta Pius, bibliotheca loquens.
Hic ſitus eſt; qui cum priſcæ omnis gratia linguæ,
Et Plauti veteres interiere ſales.

Ex

Ex Pierio Valeriano.

RVFFI ARCHIEPISCOPI CONSENTINI
Philomelæ auicula tumulata.

Non mihi, non Ruffo fuerint mea fata dolenda
Si mihi, ſi Ruffo, mors mea; fama fuit.
Nam mihi pro meritis decus immortale paratum eſt;
Pro meritis Ruffo laus ſua, parque decus.
Sic mea me tumulo virtus decorauit; adeptus
Grati animi nomen Ruffus ab hoc tumulo.
Viuo ego nunc Muſis, quibus eſt comes additus ille.
Et vatum in linguis laus vtriusq; viget.
Donec erunt Muſæ, Philomelæ vita manebit:
Donec erunt vatum carmina, Ruffus erit.

Ex Ioan. Vitali.

ALBERTI MAGNI.

Natura has violas, Ratio hæc tibi lilia paſſim
Ad tumulum ſpargunt, Teutone magne, tuum.
Purpureis quarum tribulos auellis ab hortis,
Et pulcris violis lilia miſta ſeris;
Auiaque abſtruſæ pandis penetralia cauſſæ:
Verè igitur Magni nomine dignus eras.

ALEX. ACHILLINI.

Hoſpes, Achillinum tumulo qui quæris in iſto,
Falleris: ille ſuo iunctus Ariſtoteli.

Elyſium colit ; & quas rerum hic diſcere cauſſas
Vix potuit, plenis nunc videt ille oculis.
Tu modò per campos dum nobilis umbra beatos
Errat, dic longum perpetuumq́; vale.

PETRI GRAVINI.

Hanc tibi pro tumuli Ianus Vitalis honore
Ramoſam Laurum, magne Grauine, dicat.
Hìc ubi odoratâ Manes requieſcere in umbrâ,
Floribus in medijs & iuuet eſſe tuos.
Illa, Notis quoties rami quatientur, & Euris;
Perſtrepet in laudes ſancta poëta tuas.

THOMÆ MORI.

Dum Morus immeritæ ſubmittit colla ſecuri;
Et flent occaſum pignora cara patris.
Imo, ait, infandi vitam deflete tyranni:
Non moritur, facinus qui graue morte fugit.

Ex Hieron. VVlpio.

IACOBI TRIVVLTII.

Sunt tumuli Iacobe tui, certamina, captæ
Vrbes, captiui, regna, trophea, Duces.
Hos tumulos tibi tu propria virtute paraſti:
Nos tibi pro titulis carmina bina damus.
Vicerat hic hoſtes animis: at nomine Mortem
Vicit; & inuictus vixit & interijt.

Ex

Ex Baſilio Zanchio.

ACTII SYNCERI SANNAZARII.

Has naſſas, hæc lina tibi, Syncere, ſepulto
Piſcator tenui dedicat arte Mycon.
Hos calamos myrtumq; tibi viridemq; coronam
Arcadiæ paſtor ponit ab arte Lycon.
Has lacrymas vulſamq; a vertice Mergillina
Cæſariem, & violas ſpargit & amomineum.
Parthenope patria ipſa tibi de marmore buſtum
Condit, & extentis funera temporibus.
Quid moror? æterni te ſuſcipit vmbra Maronis,
Et tibi vicinum donat habere locum.

GABR. ALTILII.

Minciadæ in ripa, veteris propè mœnia Mantus,
Errat, & in Thuſco concinit Vmbra lacu.
Dum canit, argutos cantus imitatur Oloris,
Dulcius extremum dum canit ante diem.
Scilicet Altilij poſt funera dulcis imago,
Nunc repetit patriæ limina cara ſuæ.
Nunc tumulum inuiſit magni prope buſta Maronis,
Sebethus placidis quà fluit amnis aquis.
Talis Perſephone, talis Ledæa propago.
Alternis ſuperas itq; reditq; vias.

Ex Ignatio Albano.

PAVLI HONORATI.

Quiſquis Honoratum perijſſe exiſtimat, errat:
Viuit enim in ſuperâ, viuet & vſque domo.
Verùm, ſi viuit genitor, cur deflet? Honorem
Hinc abijſſe ſuum, non obijſſe dolet.

EIVSDEM, PATER LOQVITVR.

Nate tibi tumulus cœlum; ſint funera laudes;
Ne deſint lacrymæ; vita parentis erunt.

Ex Andrea Alciato.

MERETRICIS.

Quis tumulus? cuia vrna? Ephyrææ eſt Laidos? ah non
Erubuit tantum perdere Parca decus?
Nulla fuit tum forma; illam iam carpſerat ætas:
Iam ſpeculum Veneri cauta dicarat anus.
Quid ſcalptus ſibi vult aries, quem parte leæna
Unguibus apprehenſum poſteriore tenet?
Non aliter captos quòd & ipſa teneret amantes,
Vir gregis eſt aries, clune tenetur amans.

Ex Hieronymo Amaltheo.

PHILOMELÆ.

Lenierat Ditis querulis concentibus aures,
Garrula trans Lethen dum veheretur auis.

An-

Annueratq́ illi, captus dulcedine vocis
Æacus, illicitam poſſe redire viam.
Et iam vitales iterum rediiſſet in oras,
Remigium alarum ni lapis opprimeret.

Ex Petro Angelio.

LAODAMIÆ.

Vita fuit, mea nata, breuis tibi; cùm tamen eſſet
Dignior in terris viuere forma diu.
Sic iniuſta tibi iuſtos quos abſtulit annos,
Mors addet lacrymis, Laodamia, meis.

Ex Hieron. Angeriano.

PVLICIS.

Pulchra pulex teneræ penetrat dum membra puellæ;
Clamq́ ſubit niueum dente premente femur;
Comprimitur digitis, & nigro clauditur Orco:
Sed dedit hoc illi diſtichon alma Venus;
Mortuus hîc iaceo, ſed non hîc mortuus; ardens
Dum premor albenti pollice, viuo pulex.

DE VIATORE, ET SEIPSO DIALOGVS.

Quis iacet hîc? Veneris iacet hîc pulcherrima proles,
Quam ſtrauit forti Cælia pulchra manu.
Si Deus hîc, quare falcato decidit enſe
Mortis? & in vili ſic tumulatur humo?
A cupido hæc illi vis eſt generoſa Tonante,
Vt valeat terræ, & bella mouere polo.

Vnde

Vnde hoc? illa Dea eſt cunctis ſpecioſior aſtris,
Hac mundus quid nunc (adſpice) maius habet?
Non hic armatus? pharetra ſuccinctus & arcu?
Quid tum? ſuccubuit: fortior illa fuit.
Aurea non mater flammas? non vitricus haſtam
Exhibuit? contra bellica Pallas erat.
Ægida formoſis mammis ſcutumq́ lacerto
Aptarat; dextra tela triſulca patris.
Non oberant Muſæ comites, non Phœbus, & Euan;
Hic puer, illa ingens; hic rudis, illa ſagax.
Ergo quis extincto poſthac ſuccedet Amori?
Huic pharetra? huic iaculum? huic flexilis arcus erit.
Imperium molle hac; illa eſt caſtiſſima, & Euro
Sæuior, heu! cui non funera ferret atrox?
In turbam rutili globulos deflecteret auri:
Ipſa ſibi plumbi frigida dona daret.
En nunc, abſque arcu & facibus domat omnia victrix,
Quid ſi pennatus regna teneret Amor.

INCERTI AVCTORIS.

Factus Amor mitis, transfixo clauſit amanti
Lumina; collegit corporis oſſa Charis.
Tradidit inferias pia Cypris, carmen in ipſa
Vrna Erato ſcripſit: tu lege quiſquis amas.
Non hic corpus adeſt, non hic cinis ater: at vna
Flamma calens, cremat hæc flamma, viator, abi.

Ex

Ex Georgio Anſelmo.

HILARII ANSELMI.

Hoc, Hilarij quodcumque fuit mortale, ſepulcro:
Cetera nec verſu claudere, nec tumulo eſt.

Ex Ioan. Franciſco Apoſtolio.

LAVRÆ NASIÆ.

Hic qui ſit tumulus, quæ ſint hæc buſta requiris?
Hoc tumulo, neſcis? Naſia pulcra iacet.
Nec mirere velim, ſi tot modulamina ſentis,
Quæ mulcent aures nocte dieque tuas.
Hîc Muſæ, hîc Charites caram, Beltrane, ſororem
Dum flent, certatim carmina culta canunt.

EIVSDEM.

Vrna quòd hæc ſpiret redolentia balſama quæris?
Balſama quòdque fluant vndique mixta roſis?
Hîc Lauram Cytherea Venus concluſit ademptam;
Quarta ſoror Charitum quæ fuit vna trium.

EIVSDEM.

Hoc incluſa iacet ſub marmore Naſia: ſed quid?
Naſia non iacet hîc; ſed iacet ipſa Venus.

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM.

Iam Lauræ tumulum lauri exornate, poetæ;
Frondibus: hic lauri gloria Laura iacet.

ALOISII TALIANI.

Conduntur cineres alijs atque oſſa ſepulcris;
Hic tegitur Virtus, hîc Medicina iacet.
Hoc iacet in tumulo Pæon Aloiſius alter,
Hic decus, hîc patriæ ſpes columenq́; iacet.
Viderit hæc ſiccis oculis qui marmora, lætus
Exitium patriæ viderit ille ſuæ.

EIVSDEM.

Qui tumulo dignum Taliani ſcribere carmen
Percupit, hæc ſcribat: Cynthion vrna tegit.

BALBI.

Atro qui Balbi tumulum carbone notauit,
Nónne putet ſacras hunc habuiſſe manus?
Non poterant equidem ſcriptis melioribus vti;
Non graphio, aut cartâ, non meliore nota.

LAVRÆ.

Hîc mea Laura iacet. fallor, non eſt mea Laura,
Eſt Venus, heu, iacet hîc & pharetratus Amor.
Nam pharetra atque arcus ſunt hîc, ſunt ſpicula cæca,
Quæ Superum poterant figere corda Deum.

Ex Nicolao Archio.

M. ANTONII TVRRIANI.

Ante annos ſciuiſſe nocet: nam maxima virtus
Perſuaſit Morti, crederet eſſe ſenem.

Ex

Digitized by Google

Ex Hieron. Balbo.

PHILELPHI.

Itala Cecropiæ Pallas coniuncta Mineruæ;
Et ſtetit; & cecidit morte, Philelphe, tuâ.

ARDOLAPHI PINI.

Quod ſua cuique dies maneat; quod fama ſuperſit;
Ardolaphi monſtrat fama decuſque ducis.
Quem non mille manus poterant, nec mille phalanges;
Abſtulit hunc cunctis mors adeunda viris.
Caſſide Mars poſita, poſita luge ægide Pallas,
Quis credat? Pinum tam breuis vrna tegit.

Ex Bernardo Baldino.

MARCHIONIS MARIGNANI.

Iacobus Medices; vel, ſi fas nomina Diuum
Impoſuiſſe viro, Mars iacet hoc tumulo.

Ex Auguſtino Beatiano.

Non hic Bembus ea, qua cuncti lege tenemur,
Eſt ſitus; ante data iuſſus obire die.
Sed ſomnum hoc nitido carpit ſub marmore tantum,
Cernere in æthereo quo datur orbe Deos.

Hic

Hic ſitus eſt Bembus; de quo fas dicere ſolo eſt,
Laudato dici quicquid ab ore poteſt.

Hic Bembus iacet, Aonidum laus maxima Phœbi,
Cum Sole & Luna vix periturus honor.
Hic & fama iacet, ſpes & ſuprema galeri,
Quam non vlla queat reſtituiſſe dies.
Hic iacet, exemplar vitæ omni labe carentis,
Summa iacet ſumma hîc cum pietate fides.

Ex Petro Bembo.

LEVCIPPI ET ALCONIS.

Fer caſiam & flores, & odori balſama trunci,
Quanta ſuper tumulos integat vmbra duos.
O Pan Pan, periere tui Leucippus & Alcon:
Fer caſiam, & plena balſama carpe manu.
Carpe manu flores, ipſaq́; volente Thalia,
Nympharum ſectis ſparge ſepulcra comis.
Illi proh, tantùm quos tu laudare ſolebas,
Muſa quibus cordi, ſemper Amorq́ue fuit.
Proh facinus periere: nec eſt reuocabile damnum:
Adſpice, compoſito fletur vterque rogo.
O Pan Pan, ſeu te gelidi montana Lycei,
Seu tenet vmbroſo Mænalis ora iugo.
Huc ades, & tepidam lacrymis reſperge fauillam:
Dedecet hîc lacrymas continuiſſe pater.
Ipſa Venus fleuit: teneri fleuiſtis Amores:
Fleuerunt Dryades, Nereideſq́; Deæ.

Phœ-

Phœbus adeſt, repetensq́ ſuos mala fata poëtas,
Vexat flebilibus ſaxa nemusq́ modis.
Atque ait hæc: periere mei Leucippus & Alcon;
Eſtq́ adeò, qui me numen habere putet?
En facinus rapuere meos mala fata poëtas:
Quaq́ ſequar raptos, non datur vlla via.
Quos alui, quorum ipſe pio cantabar ab ore,
Et dederam laurum crinibus ire meam.
Sume fidem; cornu celeres intende ſagittas:
Nimirum vt fugiant te bona prima tua.
Rumpe fidem; cornu celeres infringe ſagittas:
Nominis illa tui gloria Phœbe iacet.
Nymphæ, terrarum præſentia numina Nymphæ,
Quæ colitis Thuſci littora curua maris.
Phœbus ego: Phœbi teſtes eſtote doloris:
Quamquam etiam veſter debuit eſſe dolor.
At vos vlla mei tangit ſi cura doloris,
Quamquam etiam veſter debuit eſſe dolor.
Paſtores tumulo Phœbi decorate poëtas,
Et memorem in tumuli cedite fronte notam;
Hic gemina Phœbi cura, Leucippus & Alcon,
Paſtores ouium, paſtorum & vtrique magiſtri.

POLITIANI.

Duceret extincto cùm mors Laurente triumphum,
Lætáque pullatis inueheretur equis.
Reſpicit inſano ferientem pollice chordas.
Viſcera ſingultu concutiente virum.

Mirata eſt, tenuitq́ iugum: furit ipſe, pioq́
Laurentem cunctos flagitat ore Deos.
Miſcebat precibus lacrymas, lacrymiſque dolorem,
Verba miniſtrabat liberiora dolor.
Riſit, & antiquæ non immemor illa querelæ,
Orphi Tartareæ cùm patuere viæ.
Hic etiam infernas tentat reſcindere leges,
Fertq́ ſuas dixit, in mea iura manus.
Protinus & flentem percuſſit dura poëtam,
Rupit & in medio pectora docta ſono.
Heu ſic tu raptus, ſic te mala fata tulerunt,
Arbiter Auſoniæ Politiane lyræ.

HERCVLIS STROZÆ.

Te ripâ natum Eridani Permeſſus alebat;
Fecerat & vatem Marsq́ Venusq́ ſuum.
Iniecere manus iuueni, & fatalia duris,
Stamina pollicibus perſecuere Deæ.
Vxor honorata manes dum conderet vrna;
Talia cùm multis dicta dedit lacrymis.
Non potui tecum dulcem conſumere vitam;
At iam adero, amplexans te cinerem ipſa cinis.

SCYTHÆ, POETÆ FELTRINI.

Scythæ oculos clauſit Phœbus, fleuere ſorores;
Fleuerunt Charites; funera duxit Amor.

CERTALDI PHILOSOPHI.

Et terram, & cœlum ingenio Certaldus obibam,
Quæq́ fuere alijs clauſa, recluſa mihi.

LONGOLTI.

Te iuuenem rapuere Deæ, fatalia nentes
Stamina, cùm ſcirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi canos ſeniumque dediſſent.

LEONICI.

Naturæ ſi quid rerum te fortè latebat,
Id legis in magno nunc, Leonice, Deo.

TELESILLÆ.

Quid Mors, tam pulcram rapuiſti dura puellam?
Nunquid me miſerum te quoque tangit amor?

CATELLI.

Nil tibi non dominus tribuit, Bembine, catelle;
A quo nomen habes, & tumulum, & lacrymas.

FICTVM PRO ANTIQVO.

Ælia natorum maneſq; ſequuta mariti,
Vſa ſuâ iacet hic Septimiana manu.
Vir Turrinus erat, cùm quo tria luſtra peregit,
Iurgiáque in ſancto nulla fuere toro.
Bináque de primo ſuſcepit pignora partu;
Dein natam matris ſpémque metúmque ſuæ.
Crudeles Diui, proles adoleuerat; at mors
Iniecit tetricas permiolenta manus.
Poſt quæ mœrentem, ne quid ſupereſſet amanti,
Abſtulit orbatæ proxima luna virum.

Digitized by Google

Quem ſimulac flammâ vidit lambente cremari;
Ergo ibis; tecum nec tua, dixit, erit?
Eripies mihi tu nunquam hoc Fortuna: licebit
Hoc ſaltem inuitâ te potuiſſe mihi.
Dixerat, & ſtricto fixit ſua pectora ferro:
Sic moriens caro nunc quoque iuncta viro eſt.

IAC. SINCERI SANNAZARII.

Da ſacro cineri flores: hic ille Maroni
Sincerus Muſa proximus, vt tumulo.

RAPH. VRBINATIS PICTORIS.

Hic ille eſt Raphaël, metuit quo ſoſpite vinci
Rerum magna parens, & moriente mori.

In obitum Petri Bembi.

O Tuſca, ô Latiæ Muſæ decus, optime vates,
Et Venetæ ſcriptor nobilis hiſtoriæ.
Flens tibi purpureos flores, ſpargitq́; recentem
Adriacum pelagus, Tibris, & Arnus, aquam.
Et Nymphæ inſcribunt tumulo hoc miſerabile carmen:
Mors rapuit Bembum delitias hominum.

Extincto Bembo Permeſſi exaruit vnda;
Et creuere amnes Italiæ lacrymis.

Aruit extincto laurus Parnaſſia Bembo,
Caſtalia & ſubitò mœſta negauit aquas.

Ex

Ex Helicone ſimul vox hac audita; ſorores
Vnà, heu, cum Bembo conticuere nouem.

Dignum Calliope Bembo cane carmen, at ipſe
Do tumulo flores, do cineri lacrymas.
Bembus amor Phœbi, Phœbo quoque digna loquutus,
Hìc ſitus eſt. felix vixit, & occubuit.

Aurata, Pariaq́; alij conduntur in vrnà:
Sunt hominum Bembo pectora ſarcophagus.

Aonides, Charites, triplicisq́; idiomata linguæ
Compta, Petro Bembo depereunte, cadunt.
Flete deæ, Charites, Latius, Pelopeus Etruſcus,
Itala nam Syren, Attica, Tuſca perit.

Hic Bembi tumulus: nam cætera dicere tantum,
Tot bene ſcripta viri, tot bene facta valent.

Pars Bembi hìc tegitur mortalis; & altera cœlum
Poſſidet; at totum nomen circumuolat orbem.

Has Latia violas tibi, Graia hæc lilia Muſa
Ad tumulum ſpargit, & cineri lacrymas.
Etruſca, hoc ſcribit tumulo lacrymabile carmen:
Te, decus Auſonium, depereunte perit.

Hìc ſitus eſt Bembus: ſatis hoc. nam cætera clarent
Quoſe cumque decus protulit eloquij.

Ex Tryphone Bentio.

MOLSÆ.

Qui lepido veteres æquauit carmine Molſa,
Hic iacet; ætatis maximus huius honos.

Ex Philippo Beroaldo.

ROBERTI SANCTOSEVERINATIS.

Nil queror, ô Superi lethum hoc. ſic occidit Hector,
Traiectus Pthia pectora ſæua manu.
Sic duo Scipiadæ pereunt, quos hoſticus enſis
In Tarteſſiaca dat regione neci.
Sic & Marcellus cecidit, quem bella cientem
Perforat hoſtili lancea torta manu.
Hæc ſunt fata Ducum pulcrum eſt cecidiſſe ſub armis,
Mors bellatori conuenit iſta viro.
Sic ego. ſic cecidi, ſed non inglorius orbem
Implet fama mei nominis, atque polum.
Quantus erat dextra Pelides; Tullius ore;
Phyllirides herbis; Phœbus Apollo lyra;
Carmine Mæonides; Ladas pede; lumine Lynceus;
Viribus Alcides; relligione Numa;
Tantus ego in bello fueram. mihi tota ſub armis
Sub clypeo & galea vita peracta fuit.
Me puerum Mauors, & me Bellona virago
Omnia perdocuit munera militiæ.

Qua-

Qualis Pellæus ductor Libycusq́; fuerunt,
Romulidæq́; duces, talis & ipſe fui.
Dum vult ſupremo duri certamine Martis
Sors dare me peſſum, ſuſtulit ad Superos.

Ex Achille Brochio.

CLEOMBROTI.

Ambraciota mari ſitus ille Cleombrotus alto eſt,
Alto qui potuit temnere mortem animo.
Namque vbi melliflui legit diuina Platonis
Scripta, etſi aduerſi tum nihil acciderat.
Præcipitem è muro dedit huc ſe, vt fluctibus iſtis
Curarum fluctus obrueret varios.
Felix ô pelagus titulo hoc: felicia & oſſa,
Quo tumulo poterant nobiliore tegi?

Ex Iano Cæſareo.

CYNTHIÆ.

Conſtituit tumulum tibi Cynthia pulcer Iolas,
Quò laurus virides explicat alta comas.
Hæc vt frondeſcat, non riuo, non opus imbre:
Fletibus aſſiduis nam ſatis ille rigat.
Qui lugens ardensq́;, manet ſub tegmine lauri
Frondoſo, vel dum frigida ſæuit hiems.

Ex Cælio Calcagnino.

HIPPOLYTI CARD. FERR.

Quod nihil inſcriptum tumulo, ne ſit tibi mirum,
Hippolyti tumulos non capit hic tumulus.

LVDOVICI AREOSTI.

Tu repetis cœlum, & terras, Areoſte, relinquis,
Et loca iam meritis inferiora tuis.
Nos miſeri, & curis longè mortalibus acti,
Non tibi, ſed nobis fundimus has lacrymas.
Gloria te niueis ſubducit in æthera bigis:
Non ſine te luctu perpetuo opprimimur.

LVDOVICI PANNON. REGIS.

Rex ego Pannoniæ Ludouicus fortiter vrgens
Turcarum regem fortiter occubui.
Nec graue pro regno, fateor, cecidiſſe putaui;
Sed graue cum regno me cecidiſſe meo.

ANACREONTIS.

At te, ſanctè ſenex, acinus ſub tartara miſit;
Cycneæ clauſit qui tibi vocis iter.
Vos hederæ tumulum, tumulum vos cingite lauri,
Hoc roſa perpetuo vernet odora loco.
At vitis procul hinc, procul hinc odioſa faceſſat,
Quæ cauſſam diræ protulit vua necis.
Creditur ipſe minus vitem iam Bacchus amare,
In vatem tantum quæ fuit auſa nefas.

Ex Ioan. Franciſco Camœno.

IBONIS COPVLI I. C.

Nunc orbi, & viduæ, miſeri nunc flete clientes:
En iacet hic veſter iure peritus Ibo.

Poſt

Digitized by Google

Poſt decus emeritæ, poſt tot benefacta ſenectæ,
Impia ſanguineæ præmia mortis habet.
Oceanum fruſtra fugimus Martemq́ cruentum,
Si rapit imbelles mors violenta togas.

BANDERÆ, CANIS.

Venatrix fueram. peperi Iunone maligna,
Tam citò marmoreo condita ſarcophago.
Miraris tumulum? ſed enim Bandera, viator
Icarij meritis occulit aſtra canis.

Ex Antonio Campano.

BLONDI.

Hic ſitus eſt Blondus, Priami cui forma; Catonis
Vita; Titi Liuij fama decusq́ fuit.
Coniuncta eſt ſancto, coniunx pia, Paula marito,
Feminei ſexus gloria, vt ille virûm.

Ex.Lælio Capilupo.

PETRI BEMBI.

Morte tua fluxit lacrymis & Tibris & Arnus,
Bembe: ſed Aonijs aruit vnda vadis.

EIVSDEM.

Bembe iaces: Muſa tecum periere Latina,
Et Tuſca, & Venetum concidit Hiſtoria.

Digitized by Google

EIVSDEM.

Iure quidem Bembus tumulatur in æde Mineruæ
Dulciloquæ; natus Pieridum in gremio.

Ex M. Antonio Caſanoua.

PAVLLÆ.

Seruatura virum venienti ſe obijcit haſtæ;
Et non fœmineo pectore tela tulit.
Dum traiecta manu trahit haſtam Paulla: ſecuta eſt
Haſta manum, haſtam anima, & læta ſua ipſa nece eſt.
Felix: quæ ſidei ſic ſpectatore marito
Occidis; & vita plus paritura peris.

Ex Balthas. Caſtal.

GRATIÆ PVELLÆ.

Siſte viator, ni properas; hoc aſpice marmor,
Et lege: ni ploras, tu quoque marmor eris.
Gratia (namque Deas etiam mors ſæua profanat)
Mortua, & hoc duro eſt condita ſub tumulo.
Abſtulit hæc moriens geminas miſeranda ſorores:
Sic Charites vno tres periere obitu.

Ex Antonio Codro.

ZEPHYRÆ.

Hic Zephyra Ordelaphi coniux pulcerrima Pini,
Atque è Manfredo ſanguine nata, iacet.

Rapta

Digitized by Google

Rapta fuit quinto nondum circumdata luſtro:
Et lucem, terris quam dabat, ipſa tulit.

Ex Ioanne Cotta.

CANIS.

Caparion ego ſum, quem viuum maximè amauit
Liuiades, tumulum poſt dedit & titulum.
Plura cani ingenuæ de ſe ſibi non licet: at mî
Nunc audita meo accipe de domino.
Latrantem me forte phalanx Germana per vmbras
Vt vidit, de more affore herum timuit.
Et fugit trepida at ridens ait vna Dearum,
Quæ ante Iouis ſolium ferrea penſa trahunt.
Ne trepidate: ſemel ſatis eſt timuiſſe, neque illum
Quem fugitis, prius huc fata venire ſinent.
Quam Gallos male fœdifragos demiſerit Orco,
Et quiſquis vexat barbarus Italiam.
Quiſquis ades, domino hæc referas precor, hæc quoque pauca.
Addito, amat te etiam trans Styga Caparion.

Ex Iulio Crotto.

HYPPOLYTÆ.

Caſta fides thalami, & thalami inuiolabile fœdus,
Perſoluunt cineri, Hippolyte, inferias.

Nar-

Narciſſi lacrymæ ſtillant tibi, & Arrabe myrrhâ
Stillat odor; nardum ſtillat & ipſe Pudor.
Accipe & has lacrymas, tibi quas Hymeneus ad vrnam
Spargit, & has violas accipe cum lacrymis.
Ex lacrymis vernent violæ tibi, ſeruet & vrnam
Quam tu ſeruaſti, caſta Pudicitia.

Ex Petro Curſio.

CAMPEGII CARD.

Campegij terra hæc viui tegit oſſa, viator,
Nam ſtupor eſt cœlo lapſa putare mori.

Ex Ludouico Fenarolo.

LATINI VECCIÆ ROMANI.

Romano priſcos æquas dum Marte Latinos
Romana ante annos morte, Latine, cadis.
Sed moriens, bello exemplum; morti addis honorem
Romanus; factis, morte, animo, & genere.

Ex Ioan. Antonio Flaminio.

FRANCISCI SAXATELLI.

Si penſare breuis licet æui tempora factis;
Et vixiſſe diu gloria parta facit.
Saxatelle ducem Pylium Franciſce Phrygemq́;
Æquaſti; patriæ, militieq́; decus.

Vix

Digitized by Google

Vix quater exieras luſtrum, cùm laude perenni
Attulit in Venetis pugna cruenta necem.

CAMILLÆ VENEREÆ.

Si genus, & rarum formæ decus adiuuet vſquam,
Grataque purpureo flore iuuenta queat.
Si valeant animi dotes, ac viuida virtus,
Impia Parcarum ſiſtere fila trium.
Tot flexiſſe bonis non exorabile fatum,
Et duræ poteras frangere Mortis opus.
Ingruit infelix, heu vis, quæ lege perenni
Perderet, inq; breui conderet iſta loco.
Diua Gnydi luge, Charites lugete benignæ:
Pars iacet hîc veſtri quarta, Camilla, chori.

Ex Hieronymo Fracaſtorio.

MONTANI MEDICI.

Dum Medica Montane doces ope vincere fata,
Et Lacheſi inuitâ viuere poſſe diu.
Lethæo indignans preſſit te Parca ſopore,
Et ſecuit vitæ grandia fila tuæ.
Sic animas & tu, Aſclepi, dum ſubtrahis Orco,
Te quoque ſæuorum perdidit ira Deûm.

MOLSÆ.

Quod Molſæ fuerat mortale hac conditur vrna,
Exſtruxere ſuis quam Aonides manibus.

Cœtibus

Digitized by Google

Cœtibus at Superum fruitur nitidiſſimus almis,
Itáq; comes magno ſpiritus Hyppolyto.
Quem Medicâ de gente ſatum pulcerrima Virtus
Extulit, & cœli templa tenere dedit.
Quemq́; vnum ante omnes coluit, dum fata ſinebant,
Atque oculis vates pretulit ipſe ſuis.

Ex quodam.

LEVCIÆ.

Quem tumulum ſpectas humilem ne ſperne viator,
Exigui non eſt Numinis hic tumulus.
Huc ades, & manibus violas, vt lilia plenis
Da tumulo, tumulis munera danda ſacris.
Hic vna integitur Charitum, ſi credere durum eſt;
Adſpice, namque due ſunt reliquę in lacrymis.

EIVSDEM.

Quas tibi ſæpe fero inferias, quæ dona quotannis
Leucia, pallentes ſunt violæ & lacrymæ.
Delitijs violas ſpargo pro mollibus, & cum
Reddere non poſſim gaudia, do lacrymas.

PENELOPES MERETRICVLÆ.

Penelopes tumulum, fractosq́; Cupidinis arcus,
Extinctasq́; faces adſpice quiſquis ades;
Et lacrymas: lacrymis extinctæ triſtibus ornant
Et Venus & Charites, funera Penelopes.

Ex Cynthio Gyraldo.

D. ALFONSI DVCIS.

Hic Alfonſe iaces; ſed iacet inclita virtus
Hic tua: nam celebrat te mare, terra, polus.

ANNÆ BEREGVARDÆ.

Cur flent hic Charites? en hic flet aurea Cypris?
An fato eſt hominum fas lacrymari Deas?
Non flent Diuæ hominem, ſociæ ſed iuſta miniſtrant:
Anna etenim terris Gratia, Cypris, erat.

ARTVSI CANIS.

Cerberus eſt ſedis cuſtos Plutonis opacæ:
Poſſidet Icarius lucida regna canis.
At ſi virtuti tradantur præmia digna,
Artuſo danda eſt, illa vel illa domus.
Namq; is dum vixit, ſuperauit grandibus auſis
Facta canis Stigij, vel canis Erigones.

IOAN. MANARDI.

Non hæc quam ſpectas claudit breuis vrna Manardum;
Claudere tam magnũ nam breuis vrna nequit,
Eſt ipſi tumulus, quicquid Sol lumine luſtrat,
Et quicquid magnus protulit Oceanus.

Ex quodam.

IOANNIS LANGERI.

Sala quid inſolitum triſti ſub gurgite murmur
Edis? & humidulum condis in amne caput?

Occi-

Occidit huic ripa Langerus, amabilis hoſpes:
Occidit heu florum quos fouet illa decus.
Quæ tamen heic cithara? quis iungit carmina neruis?
Ereptum Phœbus Pegaſideſque canunt.
Qui gemitus? luget defunctum candida pubes,
Ad pia cui ductor Phocidos antea fuit,
O multum dilecte cinis! tibi munera ſerus
Has etiam violas, hæc tibi ſerta fero.

Ex quodam.

VAL. HERTELII, VIATOR ET CHARIS.

VI. In tumuli quæ fronte ſedes quod mœſta puella
Nomen habes? CH. Dicor blanda & amica Charis.
VI. Quæ lateri iuncta? CH. Clio. Cliuſque ſorores.
VI. Et docti ſitus eſt hîc cinis ergo viri?
CH. Eſt verò Hertelii. VI. Cur ſeruas ipſa ſepulchrum?
CH. Quodque puer coluit me, coluitque ſenex.
VI. Muſarum dignus lachrymis: ſed buſta frequentant
Cur pueri? CH. Doctor quòd puerùm ille fuit;
Et teneram erudijt magna cum laude iuuentam,
Hic vbi Chemnitij mœnia clara vides.
VI. Nunc mirum rari, doctique boniq; magiſtri,
At tumulo illius quis dedit hos titulos.

CH.

CH. *Extincti luxit qui fata* , ...
Inferias ſocero perſoluitq; gener.
VI. *Diſcedo ſit pax vmbræ, tumuloque ſub ipſo,*
Et nardum cineri ſpiret, & vrna crocum.

IOAN. RIVII.

Riuius hîc ſitus eſt, violis conſperge ſepulchrum,
Fuſus & Aſſyrio nardus odore fragret.
Pieridum multos ſtudijs inſignis & arte,
Ad ſacra Gorgonei flumina duxit equi.
Inter Saxoniæ princeps Auguſtus & ipſe
Quos puer Aonidum dum ſubit antra, fuit.
Henrichi poſtquam Ducis Auguſtique fauore
Pulpita deſeruit puluerulenta ſcholæ.
Ocia ſectatus non eſt pigra: contulit omne
Sed ſtudium ad laudes ingeniumq; Dei.
De pietate libros condens, quos diſcit vbique
In manibuſque pius virque puerque tenet.
Tres annos vitæ poſt luſtra decemque peremptum
Mors tulit, ad Chriſtum mens pia fecit iter.

Ex Adamo Theodoro.

ARNOLDI KANNII.

Kannius heic ſitus Arnoldus: quæ cetera dicam?
Quod verum liquido conſona fama canis.
Candoris, pietatis, honeſti cultor & æqui,
Indocilis fraudum, iuſtitiaque tenax.
Manſuetus, comis, facili grauitate ſeuerus,
Ingenio placidus, iudicioque probus.

Si dicam plura, haud quaquam dicam omnia: tu dic
Heic ſitus eſt raræ nobilitatis honos.

Ex quodam.

ROSÆ PVELLÆ FORMOSISSIMÆ.

Grande decus formæ, ſpecimenque inſigne pudoris
Hic Roſa fatali ſorte perempta iacet.
Cumque illa pariter buſtum tumulantur in vnum,
Forma pudor, mores gratia caſtus amor.
Indulgent lacrymis Charites, & pronuba Iuno,
Mœſtaque cum tenero luget amore Venus.
Quiſquis amas, bibulum lacrymis aſperge ſepulchrum:
Ex vna cernes creſcere mille roſas.

Ex Friderico Taubmanno.

ANNÆ COSARIÆ.

Anna Coſareis iacet hoc tumulata ſepulcro,
Sat ſcire hoc: neque enim ſola iacere proteſt.
Ni quem via chorum Virtutum ſemper alebat,
In morte & tumulo deſeruiſſe putes.

FRIDERICI TILEMANI.

Hæc Tilemanus habet vacui caua panda ſepulcri
Sed caua non vnus hæc Tilemanus habet.
Omnis & humani ſimul huic miracula ſenſus,
Ad latus exſuuias depoſuere ſuas.

Na-

Naturæ Sophos, & variæ pollentia linguæ,
Et non exhauſta gurges in hiſtoria.
Et legum ac iurum vigor aureus: oſque venuſtum
Quod Charites digitis expoliere ſuis.
Et pietas, & priſca Fides, & quidquid honeſtum
Hei quam non magno funere quanta iacent!
Hic lapis eſt durus: mors dura eſt: durus & ipſe es,
Qui potes hinc ſiccis Lector abire genis.

Ex quodam.

IOANNIS CRATONIS.

Præbuit vrbs eadem cunas & buſta Cratoni:
Pharmaca Cæſaribus præbuit ille tribus.
Hunc etiam numerum ſuperaſſet forte, fuiſſet
Si Parcis virtus vnius æqua tribus.

EIVSDEM.

Ars Crato Cæſaribus tua ternis ſeruijt: artis
Fama tribus mundi partibus hoſpes erat.
Quis putet, hunc arctam qui membris occupat vrnam,
Tantum artis, tantum laudis obiijſſe virum.

ANNÆ BEHEMÆ.

Stella patris, matriſque oculus, iuuenum ignea cura,
Exuit ante annos Anna Behema animam.
Virgineam portant humeris ſubeuntibus vrnam
Virginis altrices, ad ſua buſta Deæ.

Hebe, Ægle, Eugenia incedunt in parte ſiniſtra:
Dextram Sophroſyne, Suada. Pſycheque tenent.
Namque illæ cunis, forma, æuo: hæ moribus, ori,
Ingenio dulces ſeruierant famulæ.
Verum vbi iam tellus vrnam occubuiſſet, eodem
Occuluere Deæ ſe miſeræ in tumulo.
Funere in hoc igitur, viſa cadere æthere ſtella,
Atque oculorum acies omnium hebes fieri.
Candida mutari nigris, iuuenumq; calentes
Igne ſinus ſubito diriguiſſe gelu.

Ex quodam.

HENRICI IOHAMI.

Hic cubat Henricus præreptus morte Johamus:
Nomine quis fuerit, certior eſſe potes.
Filius Henrici Prætoris, Prætor & idem:
Par vita, & vitæ finis vtrique fuit.
Vna dies ægros vidit, cœloque receptos:
Fallor? an Heroes talia fata decent?
Mortuus ante pater, fuit hac in prole ſuperſtes:
Mortua nunc proles. quid ſupereſt? lacrymæ.

Ex Gaſp. Vrſuino.

MAXIMILIANI I. IMP.

Vt pius & clemens Auguſtus, & optimus eſſes,
Præbueras olim Maximiliane tibi.

Vt

Vt felix ageres, atque vt poſt munia vitæ
Ipſe Deus fieres, Dij tibi præbuerunt.

Ex Matthæo Zubero.

IOAN. LAVTERBACHII.

Non Parca, rapuit te carminis auctor Apollo.
Ne ſuperaretur carmine cauſſa fuit.

RAVINII.

Reſtrictus facto, largus ſermone Rauini,
Teutonico, mendax dicitur ore, biſur.

VVOLFG. CHRISTMANI.

Stratus humi Chriſtmanus erat ſurrexit ad aſtra,
Parce tibi, vulgus Numina facta vident.
Moribus & vita placuit. quod corpore ceſſit:
Nil agit in ſuperas infera meſſis opes.
Nec ſemper finis geſtæ dat præmia vitæ,
Sæpe bonis male fit: ſæpe malis bene fit.

Ex quodam.

TILOMANNI.

Hac, ſed non totus iaceo Tilomannus in vrna,
Nam meliore mei ſydera parte colo.
Hic ſi, quæ teneo cum Diuis, gaudia ſcires,
Mortua tam dulcis non tibi vita foret.

FABVLLÆ.

Tres fuerant Furiæ, ſed vt infera regna ſubiuit,
Auxit iam ſocium quarta Fabulla chorum.
Quod ſi forſan adhuc tres dixeris eſſe, neceſſe eſt,
Huic ſua dum manſit vita, fuiſſe duas.

TVCCÆ.

Hoc vbi defunctus tegeretur Tucca ſepulchro,
Sic vno eſt adſtans ore iocata manus.
Tandem rupta cutem, ſed morte, remiſit hirudo,
Extingui potuit non ſecus illa ſitis.

CVIVSDAM.

Sordide munde vale, puræ nouus incola ſedis
Rideo tam gratus quòd mihi carcer eras.
Scilicet hanc quoties prius actæ confero vitam,
Sunt mihi deliciæ luctus & vmbra tuæ.

Ex quodam.

MIRZII AVRIGÆ.

Mirzius excedens terris quâ conditur vrnâ,
Hac Aurigarum eſt tota ſepulta fides.

Ex Conrado Dinnero.

MARIÆ POSTHIÆ.

Poſthij patris amor tegor heic nata vnica, matris
Delitiæ, ſerò nata, perempta citò.

Ex

Digitized by Google

Ex Ioan. Fabricio.

FELICIS.

Felicis mihi nomen erat: ſed nominis omen
Demum poſt obitus incipit eſſe ratum.
Quiſquis enim Superûm decerpit gaudia, verè
Felix Felicis nomen & omen habet.

Ex Salomone Frencelio.

LEONORÆ HILKENIÆ.

Lumina ſiderei gereret Leonora quod oris
Et mortale nihil, nil populare foret.
In mente illius; citò iuſſa eſt ſcandere cœlum,
Vt ſua conferret lumina luminibus.

ANNÆ BILOVIÆ.

Baſvviti coniunx Ioachimi nobilis Anna
Bilouia hac, victa morte, quieſcit humo.
Si qua domus ſtudioſa fuit, ſtudioſa mariti,
Prolis amans, & amans Numinis; iſta fuit.

LAVRENTII BAVDISII.

Vere renaſcuntur florum ornamenta caduntque:
Flos breuis eſt breuis, vitaque noſtra breuis.
Vere cadit, verè flori aſſimulantus amœno,
Baudiſius, generis gloria prima ſui.
Cur adeo immaturus obit? quia car us amicis,
Carus Principibus; carior ille Deo eſt.

Digitized by Google

PRISCIANI GRAMMATICI.

Hìc iacet ille bonus, violenta cæde peremptus
Priſciades, Muſis quo ſine nullus honor.
Auctorem cædis vis dicam? Carolus ille eſt
Loſſius. organica Muſicus arte potens.
Hic ter mille ſeni miſerando vulnera linguæ
Hi madida inflixit non feriente manu.
O facinus dirum, delirum, denique mirum?
Carole dic, cædis ſolus eras ne reus?

Ex Iano Gulielmo.

PALMERI.

Nōn hic Palmeri tumulus: ne crede viator,
Tot bona non vnus cluſa tenet tumulus.
Ipſe animus patrio fruitur iam liber Olympo,
Agnoſcitq́ tuam, Chriſte ſequeſter, opem.
Vociferantur humi diuini poemata ſemper,
Ingenio priſcis vatibus ire parem.
Spirat limati cenſoria iudicij vis
In criticis etiam nunc animoſa libris.
Fama vehit clarum ſuper ardua ſidera nomen,
Quoque dies exit limite quoque ſubit.
Quantilla è quanto ſita ſunt heic? oſſa cinisq́
Palmeri: immenſus cetera mundus habet.

Ex quodam.

IACOBI DE EMS EQVI. GERM.

Hoſpitis ad tumulum quiſquis ſpaciare Sueui,
Deſine propitios eſſe negare Deos.

Poſt-

Poſtquam omnes Italorum urbes, patriaq́ potentis
Impleràt fama nominis, occubuit.
Pugnauit toties numquam non vicit in armis,
Hoc quoque quo cecidit, tempore victor erat.
Ne mortem accuſa: neque enim vitam abſtulit: auxit,
Quin hac ſi moueas, viuere buſta putes.

Ex Ioan. Lauterbachio.

PETRI APIANI.

Hoc Apianus habet quod erat mortale ſepulcro:
Immortale Dei, tempora pacis agit.
Sic caput antè pio qui miſit in aſtra labore,
Sub pedibus felix nunc vidit aſtra ſuis.

VITVLI ET ASELLÆ.

Ante diem Vitulus cum coniuge raptus Aſella:
Non potuit fieri hic Taurus, & illa Aſina.

VVOLGANGI SCHONVESII.

Accedens tumulum forſan miraberis, hoſpes,
Cur madeat lachrymis, cur gemituque ſonet.
Non gemitum & lachrymas hoſpes mirabere, tanti
Si luctus fuerit cognita cauſa tibi.
Huc ſua VVolgangus poſuit Schonueſius oſſa,
Militia celebris, conſpicuuſque domi.
Dux dum Ditmarſos legionum fortis in hoſtes,
Fungitur officio militis atque ducis.

Tormenti ſubito falconis concidit ictu,
Poſt & obit quarto fata ſuprema die:
Huc exangue pio delatum corpus honore,
Cum gemitu & lachrymis Marſque Chariſque dolent.
Virtutem lachrymis, gemitu cognoſcito mores,
Et lachrymæ, & gemitus facta probare ſolent.

Ex Petro Lindebergio.

ADOLPHI ET FRIDERICI HOLSATIÆ DVCVM.

Quis iacet in tumulo? Princeps cum principe, Princeps?
Ergo duo? ah duo. Qui? Filius atque pater.
Quis pater? Holſatiæ Dux diuus Adolphus. At ille?
Ah Dux Fridericus mortuus ante diem.
Felices ambo quorum poſt vltima fata
Corpora iuncta ſolo, mens generoſa polo.

GOTHARDI CVRLANDIÆ ET SEMIgalliæ Ducis. Hoſpes. Genius.

H. Quis ſitus hic? G. Heros patriæ cariſſimus. H. Heros:
G. Sic, patriæque pater. H. Quæſo quis ille? refer.
G. Gottardus, generoſa tuus Curlandia princeps,
Spes inopum, generis ſol, Charitumque iubar.
Qui virtute fideque ſua ac illuſtribus auſis,
Emeruit primi nomina clara Ducis.
Qui patriam à Moſcho defendit, fortiter, ipſum
Et ſemper coluit cum pietate Deum.

H. Egre-

Digitized by Google

H. Egregiæ dotes: dignus qui viueret æuum,
G. Viuit mente polo, perpete laude ſolo.

HENRICI GVISIÆ ET LOTHARINGIÆ DVCIS.

Eheu quam tragico eſt hæc vita ſimillima ludo,
Cuius principium plurima læta refert.
Præproperas medium turbas, triſtiſſima finis,
Teſtis vt Henricus Guiſius eſt locuples.
Qui primum Galli ductus manus altera Regis,
Poſt titubante fide lethifer hoſtis erat.
Poſtremum iuſſu eiuſdem, per viſcera crudo
Traiecto gelidæ traditus, enſe, neci.
Sic variam ſortes, ſic verſat Iuppiter vrnam:
O felix, qui vult eſſe, quod eſſe poteſt.

THEODORICI RANZOVII.

Tu quod es, ipſe fui: quid nunc ſim, cernere promptum eſt,
Omne ſed id quod ſum, tu quoque Lector, eris,
Vixi non viuo: imò Chriſti ſanguine viuo,
Dum ſidi viuus, ...
Enthea pars cœlo ceſſit pars oſſea terræ,
Ne, qualis fuerim quære futurus eram.
Si tamen acceſſit tibi tanta cupido ſciendi,
Dicam: ætate puer, mente ſagace ſenex.

MAGDALENÆ RANZOVIÆ.

Dum pario pereo: & dum ſemper pareo Chriſto,
Nunc ſacra cœlorum regna ſubire paro.

Digitized by Google

Ex P. Lotichio.

D. IACOBI MARII.

Hæc tibi, ſide Mari, poſui monumenta Secundus,
Extremum ſanctæ pignus amicitiæ.
Quandoquidem procul à patria florentibus annis
Funere te ſæuo merſit acerba dies.
Oſſa iacent tumulo: victuri gloria reſtat
Nominis: ad ſuperos mens pia fecit iter.
Salue pars animæ nuper dulciſſima noſtræ,
Gaude & perpetuum rurſus aue. atque vale.

Ex Valente Acidalo.

GEORGII FABRICII.

Quem ſchola tot tenuit, ſchola non ſchola, ſed labor, annos,
Nomine decepit perpetuumq́ ſuo.
Hunc benè calcato tandem de puluere raptum
Tranſtulit in veram Mors requieta ſcholam.
Otiaq́ à longo tribuit iam certa labore,
Læta per æternos ſemper agenda dies.
Omnibus à curis ſecurus vt vsq́ quieſcat,
Inq́ ipſo celebret Sabbata feſta Deo.
Quod tumulo heic inſcribo tuo, extremumq́ breui nunc
Manibus officium carmine ſoluo tuis.

Tu

Digitized by Google

Tu ſalue æternùm atque vale: & ſolennia grato
Hæc à diſcipulo dona magiſter habe.

Ex Quintio Æmiliano.

FRIDERICI III. CÆSARIS.

Quamuis ſic properes, tamen hoc precor aſpice ſaxum,
Sub quo Friderici Cæſaris oſſa iacent.
Numen ineſt, ne læde Deum: ſine, pace quieſcat,
Cuius adhuc viuus grandis amator erat.
Audi virtutes: fecit plus ille ſedendo,
Quam qui tractarunt arma cruenta manu.
Nam ſic Bergarum diuino robore natum,
Sic & Romolidum vexit ad imperium.
Et ſic Germanos, longa ſic pace Quirites
Texit, & imperio præfuit Æneadum.
Sic viſit Solymos, fidei vexilla ſecutus
Et tandem ſerus, venit in aſtra ſenex.

Ex Ioan. Albino.

BALTHASARIS ALTERIVS Dn. CHRISTOphori Cæſaris filij infantuli.

Floſculus vt ſurgens terra ſpecioſus in auras,
Frigoribus paulò poſt iacet vſtus humo.
Sic ſolatiolum & ſpes magna parentibus, ortus
Balthaſar in lucem qui modò Cæſar erat.
Præteritis vitæ ter quinque diebus & vno,
Vltima poſt tempus tam breue fata ſubit.

Digitized by Google

Perpetui quondam venient vbi ſecula veris,
Emerget rurſus floſculus ille ſolo.
Angelicos interq́; choros ceu ſtella micabit
Lucida, nec vitæ terminus vllus erit.

Ex Hieronymo Arconato.

IVLII A SALMIS.

Dormit in hoc tumulo Veneris pulcherrima proles:
Perpetuum luge quiſquis amore cales.
Nam tua nunc circum glacies præcordia creſcet,
Flamma nec in toto corpore dulcis erit.
Fallor, obire nequit Diuorum cura Cupido:
In cœlos, terra poſthabita redijt.
Tu tamen hunc venerare locum, ceu Numine plenum:
Sparge coloratis lilia miſta roſis.
Si Veneris puerum quando contingat obire,
Non alibi cineres conderet ille ſuos.

FILII.

Floribus hunc tumulum ne ſpargas hoſpes in illo
Nam nulli cineres, nulla nec oſſa iacent.
Omnia quod rapiat, querimur mors impia: ſed non
Eſt ita; Franciſcum non potuit rapere.
Angelus Angelico cætu portatus ad aſtra,
Ignorat mortis vim, tumulique ſitum.

Ex

Ex Chriſtophoro Aulæo.

FRIDERICI IMP. AVGVSTI.

Phœnicem, ſolemque ipſum, mundique monarcham,
Inuida iuſſerunt marmore Fata premi.

CONRADI BIBRANI.

Siſte, licet renuant peragenda negotia greſſum;
Et lege: res paruam poſtulat iſta moram.
Hoc (ita Dijs placuit, ſic fata tulêre) ſepulchrum
Frigida Cunradi Principis oſſa fouet.
Non Mauſolei celebrata toreumata ſaxi,
Nec data heic Phariam cernere Pyramidem.
Ipſa ſibi ſatis eſt Superis gratiſſima virtus,
Nec cupit ex alia quærere laude decus.

AVGVSTINI MARII.

Qui Marium ſaltem putat hoc recubare ſepulcro;
Illius humana mens ratione caret.
Cum Mario quoniam Pietaſque Fideſque iacentes,
Diuelli à Domino non potuere ſuo.

ANGELI POLITIANI.

Quem ſacro puerum lactauerat vbere Pallas,
Angelus hac tegitur Politianus humo.
Flete decus veſtrum, diuini Iuris alumni:
Flete vagas lauro turba recincta comas.

HENRICI LEONIS.

Heic tuus occulitur, diuina Matheſis, alumnus:
Vt quondam viuus, ſidera mente colit.

CHRI-

Digitized by Google

CHRISTOPH. LABERII.

Defuit vna dies ſexta à trieteride, triſtis
Iniecit ſæuas cùm mihi Parca manus.
Heu, rapida innocuo debebant parcere fata?
Nec mihi natalis ſic celebrandus erat.

HENNINGI OLEMANI.

Fallitur exſtinctum ſi me putat eſſe viator,
Prorſus & in turpi iam periiſſe luto.
Inuida nam rapuit quod mors mihi, Gloria reddit?
Nullaque ſic fati ſentio damna mei.

ATTILII AB OFFENHVSEN ſigniferi Cæſarij.

Nil tegit hoc Saxum: nam Cerberus oſſa vorauit:
Addita Tartareis manibus vmbra gemit.

Ex quodam.

MARTHÆ IOACHIMI CLARISI. V. F. Camerariæ.

Martha puellarum decus, exemplamq́ue pudoris,
Martha ſub hac tumuli mole ſepulta iacet.
Quæ Camerariadum generoſo ſanguine nata,
Ornauit morum nobilitate genus.
Quod dederat, corpus mater ſibi terra recepit,
Spiritus in cœlum, venerat vnde, redit.

VALENTI VVENDLERI PENICENSI.

VVendleri hîc non eſt tumulus: nec conditur iſta
Clauſus humo cœlo venerat, aſtra adijt.

Sed

Sed quod erat terra corpus, ſibi terra recepit,
Terra fuit, terra debita iura ſubit.
Cœlum animus repetit, doctrinæ conſcia, teſtis
Virtutis, volitat fama per ora virum.

ANGELÆ SIMONIÆ LVCENSIS.

Hîc vxor ſita ſum Simonia: cetera norunt
Auſoniæ matres, Allobrogumq́ nurus.
Nam vitam mihi Luca dedit tumulumq́ ....
Coniugis amplexu ſuſtulit atra lues.
Et, quæ ſola duos poterat diſiungere amantes,
Vix etiam potuit vis inimica necis.
Angela nomen erat, mirari parce, Marite,
Si miſſam, cœlo, rurſus Olympus habet.
Pignora conſortis thalami tibi bina reliqui:
Viuo quibus tecum, reddita cœlitibus.

BARBARÆ VLTRICIS CONIVGIS VVOLFIÆ.

Quam non barbaries morum fœdauerat vlla,
Barbara clauſa ſub hac Vuolfia mole iacet.
Fachſia materno, patrio Piſtorias ortu,
In gemini Conſul ſtirpe parentis erat.
Sed generis titulos virtus ſuperabat in ipſa,
Inq́ virum, inq́ tori pignora fidus amor.
Grata viri pietas, hanc natæ miſcuit vmbris,
Cuius natalem præcipit atra dies.

ANNÆ BERSMANÆ.

Rapta prius miſero, genitrix, quàm cognita natę,
Iniecêre graues quæ tibi fata manus?

Digitized by Google

Alterna ſi morte anima penſare liceret,
Penſarem hoc pro te ſanguinis omne lubens.
At nunc, ſaua licet quod per decreta ſororum,
Te veniente die, te fugiente querar.
Donec ad æthercam cœli ſeptemplicis aulam,
Matura fas ſit te mihi morte ſequi.
Sed quibus agnoſcam indicibus tua neſcius ora?
Index fidus erit nec malè gnarus amor.

BARBARÆ.

Quæ iacet hoc tumulo nunc Barbara, nupta marito
Qui tiliæ claret nomine, quiq; viri.
Occiderit quamuis ſatur æui, abſoluere culpa
Fatorum illa tamen facta ſeuera nequit.
Nam ſi qua meruit Parcarum vincere coniunx
Iura trium, meruit moribus illa ſuis.
Corde Deum venerata pio, complexa maritum
Obſequijs, natos ſedulitate ſuos.
Mota erat his Clotho, at Lacheſin iam fila morantem
Non tulit, inijciens Atropos atra manum.
Vix aliud tanto iactat ſe nomine marmor,
Hæc Nioben retulit prolę, pudore Liam.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

In quem contulerant largi ſua munera Diui
Præclaras cornu cælite mentis opes.

In-

Ingenio Archyta: memori tu Cyre cerebro:
Tu Plato cui dulci gutture victus eras.
Omnia qui norat reliqui quæ ſingula ſolus;
Quæ mare, quæ tellus, quæ ſimul aſtra tenent.
Qui nocuit nulli, potuit quibus, adſuit vltrò:
Nullius irriſor, nullius hoſtis erat.
Vrbes quem magnæ, magni cum Cæſare reges;
Docti atque indocti quem coluere duces.
Qui meritis orbem, qui fama æquauit Olympum;
Qui ſi quis, vita perpete dignus erat.
Exigua magnus iacet hac .... in vrna:
Dices denaſci iam quoque poſſe Deos.

Ex quodam.

GERTRVDIS MAIERIÆ.

Menſe fuit virgo Maieria mortua Maio.
Quæ Nymphas inter, ceu roſa verna, fuit.
Me miſerum: quæ fata manent! quæ tempora reſtant?
Quo ſolet enaſci, ſi roſa menſe perit.

EIVSDEM.

Si charites pereunt, ſi virtus interit vnquam,
Virgine debuerant hac moriente mori.
Hic pudor, hic pietas, hic gratia conditur omnis:
Virtutum cumulum dixeris, haud tumulum.

Ex quodam.

CATHARINÆ FILIÆ PRIMOGENITÆ.

Hîc defuncta iacet noti Catharina Micylli,
Nata nouo quondam filia prima patri.
Quartum poſt nonum, quæ nondum impleuerat annum,
Cum perijt telis fixa Diana tuis.
Candida ſic primo carpuntur lilia flore,
Tempore ſic recidit, quo fuit orta, roſa.

CASPARIS MICYLLI, FILII, INFANTIS.

Mortuus en parua iaceo tumulatus arena,
Qui modo magna patris gaudia, Caſpar, eram,
Infantem rapuit me matris ab vbere Parca,
Natus cum menſes quinque decemque forem.
At tu ſi qua tui tangit te cura Micylli,
Iam quartum mœſti commiſereſce patris.

BALTHASARIS ARTOCOPI MVSICI.

Parce hoſpes tumulo, ſacer eſt locus iſte Camœnis,
Et circum tacita plangit Apollo lyra.
Artocopi tegis hoc Balthaſaris oſſa ſepulchrum,
Artis qui melicæ totius inſtar erat.
Quo neque ventoſis melior cantare cicutis,
Nec dare multiplici voce canenda, fuit.
Et poterat dulci modulamine flectere Diuos,
Inuideant tantis ni fera fata bonis.

PHI-

PHILIPPI A FVRSTENBERG.

Quiſquis ad hæc caſu venies monumenta viator,
Molliter vt recubent oſſa precare mea.
Ciuis eram, pacis ſimul & pietatis amator,
Muſis ac ſtudijs deditus ingenuis.
Principe cognomen tenui de monte, Philippus,
Claro, ſi qua ea laus. natus & ipſe loco.
Cætera ſcit patria, & per tot modo tempora ciues,
Eloquio tecti, conſilijſque meis.

ANNÆ, ET HEDINGIS.

Hoc quoque, non longum eſt, hoſpes lege, namque mariti
Vnius vxores hæc tegit vrna duas.
Vtraque cum ſenos vixiſſet nupta per annos,
Iunior Hedingis, ſed prior Anna, cadit.
Vtraque cum terna ditaſſet prole parentem,
Soluuntur quarto, morte, puerperio.
Ergo pari fato, quibus eſt ſua vita peracta.
Et quas ſors ambas vna, eademque tulit.
Non geminæ his animæ, verum fuit vna, viciſſim
Quæ corpus ſpacio rexit vtrumque pari.
Et cum tam ſimiles teda nupſere iugali,
Nempe vir vnius coniugis ille fuit.

D. HIERONYMI AGNINI.

Hic ſenior recubat clauſis Hieronymus annis,
Agninæ quondam ſtemma, decusque domus.

Digitized by Google

Cuius multa fuit vita, ſed maxima, virtus,
Conſtanti coluit quod pietate fidem.

EIVSDEM.

Tu quod es, hoſpes, eram, quod ego ſum, tu quoq; fies?
Quæ tibi vis fieri iuſta, precare mihi.

EIVSDEM ET VXORIS BARBARÆ.

Hic pater, hic coniunx tumulo clauduntur eodem,
A quibus Agnina nata propago domus,
Quæ tenuit viuos inter ſe gratia iunctos,
Hæc eadem ſumma iunxit vtrumque die.
Quod memores hic nati teſtantes carmine, triſte
Hoc fecere quidem, ſed tamen officium.

EIVSDEM.

Hoc tumulo cineres Gulielmi atque oſſa teguntur,
Nomen cui ſaxum, cuique pruina dabat.
Qui ſimul Aonidum, ſimul & pietatis amator,
Ingenioque potens, eloquioque fuit.
Ante alios fœlix niſi quod neque lumina coniunx,
Nec tot natorum compoſuere manus.

IOANNIS CORTABOSCI BELGÆ.

Omnia qui didici, quæ mens humana peragrat,
Præmia nec tamen hinc hactenus vlla tuli.
En iaceo, ô fruſtra quæ ſpes trahis inuida noſtras
Proque pijs meritis funera, Parca, refers.

HELENÆ VXORIS D. HARTMANNI.

V. Conditur hic Helene. H. Quænam dic, anne Lacæna?
V. Non, ſed in his Nicri Teutonis orta iugis.

Con-

Digitized by Google

Coniugis Hartmanni decus, & ſolamen amoris,
Dum fauit ſocio Parca, Deuſque thoro.
Quidquid caſtos amor, quidquid ſincera voluptas
Dulce habet, hoc iſto clauditur omne ſolo.
Ergo illi æternum ſpiret ver: floreat æſtas,
Terraque nec cineri ſit grauis vlla pio.

SIBYLLÆ VXORIS D. PHILIPPI HALESII.

Aſpicis hic, hoſpes, caſtæ monumenta Sibyllæ,
Non Chalcidenſis, aut Erythrææ illius.
Sed quæ iam pridem, de ſanguine nata Cratandri,
Vxor marito nupta fuit Haleſio.
Fœmina poſt nullas vmquam memoranda puellas,
Quas vel fides, caſtuſue nobilitat pudor.
Huic igitur pacem, facilemque precare ſoporem,
Dum clauſa tumulis corpora reſurgant ſuis.

PHILIPPI PLACENTINI.

Oſſa Placentini tellus habet iſta Philippi,
Quem miſerum ante ſuum fata tulere diem.
Nam puer externis Muſas dum quæritat oris,
Suffuſum tumida Parca peremit aqua.
Vna tamen reſtant raptæ ſolatia vitæ,
Terra tegit cineres, ſpiritus aſtra tenet.

D. STEPHANI RODACKER.

Conditur hac infra Stephanus tellure, viator,
Rufus: cui quondam nomina fecit ager.
Pæonias coluit per tempora longa cathedras,
Et titulo medici clarus, & arte fuit.

Sed neque lanificas prohibet medicina ſorores,
Nec redeunt fuſis fila peracta ſuis.
Huic igitur pacem, placidumque precare ſoporem,
Vltima dum ſummum finiat hora diem.

IOANNIS REVTERI.

Cætera qui circum perluſtras ſingula viſu,
Hæc quoque non longa eſt, aſpice pauca, mora.
Hoc ſitus eſt tumulo Reuterus origine Ianus,
Quem genuit celebri patria Bretta ſolo.
Vir pius, & longum notus virtute per æuum,
Atque idem ſolidæ relligionis amans.
Dum tenet hanc Domini ſocijs cum fratribus ædem,
Et formam tumuli templa imitata ſacri.
Cui, quoniam ſuperas animus penetrauit ad auras,
Hoc opta, vt cinis, & molliter oſſa cubent.

LAZARI DEÆ.

Lazarus hîc, hoſpes, ſitus eſt cognomine, Deas,
Quem fera mors iuſtum ſuſtulit ante diem.
Huic genitor fuerat medicandi clarus in arte
Marcus, ſed nulla vata leuantur ope.

IACOBI ROSCII.

Qui legis hæc oculis circumſpectantibus hoſpes,
Aſpice qua nati conditione ſumus.
Nam quod es, ipſe fui, quod ego ſum, tu quoq; fies,
Inque ſuas redeunt tempora noſtra vices.

Me

Digitized by Google

Me genitor terris Iacobum ſuſtulit iſtis
Roſcius, ad Nicri molle fluentis aquam.
Me functum fatis eadem quæ prima recepit,
Condidit hoc iterum terra paterna ſolo.
Doctrinam Chriſti per tempora longa profeſſus,
Obtinui multis pulpita ſacra locis.
Nunc ſitus, expecto Chriſti reditumque, diemque,
Corpora dum tumulis ſuſcitet ille ſuis.

IVSTI ELLERI.

Si quis ad hoc venies monumentum forte viator,
Vim fati, caſu, iuraque diſce, meo.
Iuſtus eram, hoc puero nomen poſuere parentes,
Ellero, proles tertia, patre ſatus.
Prima elementa puer didici, laudante magiſtro,
Ingenium & ſtudijs nomina digna meis.
Hac dum biſſenos ætas mea fecerat annos
Cum mea ſors tenui condidit oſſa ſolo.
Et nunc illa patris quondam ſpes parta ſenectæ
Exiguo tumulo puluis & vmbra tegor.

Ex Ioan. Pincierio.

VICTORINI MELIS.

Hac Victorinus Meles, qui vincere morbos:
Arte ſua poterat, contumulatur humo.
Qui vitæ toties alienæ vicerat hoſtes,
Cur nequijt vindex corporis eſſe ſui.

Digitized by Google

LVD. PINCIERI NOCTAMBVLI.

Si nocturna quies quæ ſenſus vixerat, vna
Brachia vinxiſſet cruraque feſſa mihi.
Non me deciduum celſæ per aperta feneſtræ
Mors in ſubiectam præcipitaſſet humum.
Heu nimis irrequieta quies, quæ ſenſibus altum
Torporem inducis membra agis, acta necas!
In tenebris cecidi. ſed clara luce reſurgam,
Pro falſa oblata eſt nunc mihi vera quies.

VRSVLÆ MELIS.

Dum trudo fœtum fluxas in luminis oras,
Me fœtumq; orbant lumine fata meum.
Deſerui occiduam moribundo lumine lucem,
Luce vt inoccidua tempus in omne fruar.
Quin mecum ille meus, mundani luminis exors,
Luce Dei fruitur iam propiore puer.
Noſtra quid ô cari lugetis fata propinqui?
Vox nox & tenebræ: non habet alma dies.

Ex quodam.

IOHAN. CNODII I. C. VIATOR ET VMBRA COLLOQVVNTVR.

Quis lapide hoc tegitur? Legum Iuriſque ſacerdos
Cnodius, atque ingens glopia Pieridum.
Quæ ſedet ad buſtum illacrymans? Aſtræa. ſed vnde
Veris opes medio frigore? Flora dedit.

Quid

Quid ſibi vult Adamas rutilo circundatus auro?
Sunt fidei, & ſanctæ ſymbola amicitiæ.
Vnde odor hic? cineri Ciſnerus thura miniſtrat,
Cinnamaq́;, & lacrymas candida Myrrha tuas.
Quis mouet harmonicas triſti modulamine voces
Sub tumulo? Muſæ, Delius & Charites.
Felix vmbra nimis, talique ceata ſepulcro;
Haud aliter manes opto habitare meos.

GVLIELMI HVTTENI.

Dum nimium properant Gulielmo ſtamina Parcæ
Ducere, diſrupto ſtamine vita fugit.
Cumque iterum vellent ea nectere, Mors fera clamat
Parcite: rupta ſemel continuare nefas.

CVIVSDAM.

Plena catenato mihi vita labore peracta eſt,
Curarum & nullo tempore finis erat.
Tandem ſumma dies onera omnia prorſus ademit,
Vt poſsim inualidi corporis exuuias.
Has tellus tegit; in nitido ſed lætus Olympo
Inter agit cœtus Spiritus aligeros.
Quis Sadeelem igitur defunctum ploret amicus?
Quis non hac cupiat tendere ad aſtra via.

Ex quodam.

PR. D. GVLIELMI HASSIÆ LANDGRAVII.

Excepit vrna. capax VVilhelmi corpus; in axe
Lux nona vt Lunæ quarta bis orta fuit.

D. SA-

D. SABINÆ.

Nonus & octauus ſol affulgebat Olympo,
Auguſto; & tete Tecca Sabina necat.

EIVSDEM.

Quis iacet heic? magnus princeps. Quid geſſit? amauit
Pacem: arteis: populos: anteque cuncta Deum.

Ex quodam.

CANIS.

Qui Vitus viuus dicebar abomine vocis
Vitabant viuæ quod mea ſigna feræ.
Latratu lepores agiles qui ſæpe ſolebam,
Vexare, à proprijs vexor ego ſocijs.
Qui mihi debebant ſuccurrere (gratia rara eſt
Sic inter ſocios) ſunt mihi cauſa necis.
Namque ego dum tardo leporis veſtigia geſſu
Sector, & indicio proditur ille meo.
Proh dolor, en ſocij miſerum me dentibus omnes
Inuadunt canum decrepitumque Canen!
Diſcerpuntque mihi mox membra ſenilia morſu,
Non ſecus, ac ſi ipſis præda petita forem.
Decepti Canis, quos ætas fecerat, & pro
Vulpe illis cana, Cana ſit eſca Canis.
Diſce meo exemplo ſocijs confidere caute,
Res etenim noſtro eſt tempore rara, fides.

EIVSDEM.

O furor, ô ſocij non hæc promiſſa fides eſt,
Non meriti ſunt hæc præmia digna ſenis.

Par-

Parcite vos reprimat pudor & reuerentia legum,
Pœnaque flagitij ſanguinolenta Come.
Plura locuturo, repetito vulnere Vitus
Excidit, inque auras fuſa querela redit.

EIVSDEM.

Hic laniata iacent, ſociorum crimine Viti
Quæ ſenio fractis, membra, fuere canis.
Nil ætas, ſtudiumque ſagax, nil profuit ictum
Fœdus, at heu fido pernicioſa fides.
Obſeruent hoſtes alij: tibi maxima cura,
Noſcere cui fidas, parca ſit vnde fides.

Ex Cunrado Rittershuſio.

ABRAHAMI ORTELII.

Nomine vbi Ortelius terrarum impleuerat orbem,
Semper victuris condideratque libris.
Condidit hoc tumulo corpus mortale, ſed olim
Quæ ſuſpirarat, ſpiritus aſtra adijt.
Hinc nunc ærumnas hominum vanoſque labores
Deſpicit, exemptum bisſeque beatus ouat.
Quæque infra lunam ſunt, puncti & pulueris inſtar
Cernit ad ætherij celſa theatra poli.
Europamque viri monumento inſculpere fas eſt
Terram Aſiam, & Libyen Americamque nouam.

Ex Gabriele Rollenhagio.

ORTÆ BLOMIDIS.

Sparge Viator humum folijs & flore recenti:
Vere qui perijt floſculus Orta ſui.

CHRISTINÆ HARBARDIÆ.

Chriſtinæ Veneriſque vides communia buſta:
Conduntur ſimul heic occubuere ſimul.

HAIDECCII.

Bartolus & Baldus, Jaſon, Themis, Eunoma, Peitho.
Tres ſuper orbe viri, tres ſuper aſtra Deæ.
Hunc genuere, vel has genuit Haideccius vnus,
Tres ſuper aſtra Deas, tres ſuper orbe viros.
Jmo omnes ſuperet, ſi fata Deuſque ſinant, &
Hic ſuper orbe viros, & ſuper aſtra Deas.
Hoc moriente ſimul, credis? (vix credere poſſis)
Hinc ex orbe abeunt, hinc ſuper aſtra abeunt.
Bartolus & Baldus, Iaſon, Themis, Eunoma, Peitho,
Tres ſuper orbe viri, tres ſuper aſtra Deæ.

Ex Nicolao Reuſnero.

INFANTIS.

Poſthius hoc genitor, genitrixq; Roſina ſepulchrum
Filiolæ mæſti conſtituere ſuæ.
Viſa illi fuerat vox ſexta recurrere Luna;
Cum letho in vitæ lumine, ſuccubuit.

Digitized by Google

Et quæ debuerat viua exhilarare parentes,
Longam illis peperit mortua triſtitiam.
O ſpes fallaces hominum! quis crederet? illa
Sæpe grauant quæ te poſſe leuare putes.

Ex quodam.

LVDOVICI REGIS HVNGARIÆ.

Natus ab antiquo Ludouicus ſanguine regum,
Pannoniæ geſſi ſceptra potente manu.
Occubui, patriam dum protego fortibus armis,
Thrace fero regnum depopulante meum.
Nec tamen aduerſo cecidi quod Marte peremtus,
Patria quod mecum concidit ipſa queror.

PASTORIS.

Triſtia diſce meo vitare pericula caſu
Hoſpes, & alterius cautior eſſe malo.
Nox erat, & gelidos emiſerat Æolus Euros,
Cum puer armentum paſcere iuſſus eram.
Excito fumoſum radice ſub arboris ignem:
Inde ſoporatum me premit alta quies.
Dum capio ſomnum, violentis ignibus arbor
Corruit: exitio meque ruina dedit.

CATHARINÆ, CONIVGIS D. IOANNIS A CREVCEN.

Condita quæ triſti iacet hoc matrona ſepulcro,
Nobilis eſt claro ſanguine nata patris.
Argolicis habuit gratum Catharina puellis
Nomen: Ioanni de Cruce nupta fuit.

Vna-

Digitized by Google

Vnanimis ſeptem cum coniuge vixit in annos:
Candidus amborum lite carebat amor.
Caſta pudicitiæ famam ſeruauit honeſtam,
Qua laudata nihil fœmina maius habet.
Quin & adorauit ſincero pectore Chriſtum,
In gremio vitam mortua cuius agit.

ANTONII LEVÆ.

Sequana victori pareret victus Ibero,
Tu niſi ſublatus funere Leua fores.

Ex Hippolyto Capilupo.

CHRISTOPHORI COLVMBI, QVI NOVVM ORBEM INVENIT.

O Ligur Italiæ decus, & lux certa Columbe,
Heu breuis extinctum te quoque teſta capit.
Te modò non potuit terras qui amplectitur omnes
Oceanus, magno continuiſſe ſinu.
Illius es fines vltra rate vectus ad Indos,
Quò prius haud pennis fama tetendit iter.

EIVSDEM.

Tiphys nauigij ne certet laude Columbo,
Quamuis Æmoniam rexerit arte ratem.
Egregijs etiam factis huic cedat Iaſon,
Sit licet aurata pelle ſuperbus ouis.
Hic claſſem Oceani veſanis rexit in vndis,
Quà non antè vagus nauita fecit iter.

Orbeq;

Digitized by Google

Orbeq́ diuiſum noſtro penetrauit ad Orbem
Primus, & innumeris auxit vtrumque bonis.

EIVSDEM.

Parua licet cineres Liguris tegat vrna Columbi,
Acta tamen cælo vix potuere tegi.
Huius facta ſonant quà Sol oriturq́ caditq́,
Quáque micant alto lucida ſigna Polo.
Alter & hunc obitus Phœbi miratur, & ortus,
Aſtraq́ ſub noſtro quæ pede clara nitent.
Primus enim ignotum celeri trabe vectus ad orbem eſt,
Primus & ignoto ſidere rexit iter.

CAROLI V.

Carolus hîc ſitus eſt, magnos qui ſæpè coegit
Europæ Reges ſubdere colla iugo.
Qui Libyam domuit, Thracasq́ fugauit, & armis
Adiunxit Regnis Indica Regna ſuis.
Qui mox ſe inuictum vicit, ſe fortior ipſo,
Cùm ſolium ſpreuit, quidquid & orbis habet.
Pulchrius Imperij ſeſe ſpoliaſſe corona,
Quam Reges forti tot domuiſſe manu.

EIVSDEM.

Europæ domuit tollentes cornua Reges
Carolus, atque Aſiæ terror & horror erat.
Et pedibus Libyam calcauit victor, & illi
Innumeras victus præbuit Indus opes.

Digitized by Google

Deinde ſibi franum iniecit, fratriq́; regendum
Imperium, & nato cetera regna dedit.
Atque ait, Ex nobis & honores temnere & aurum
Diſcite mortales, puluis & vmbra ſumus.

EIVSDEM.

Carolus Europam rexit, Regumq́; potentum
Calcauit forti colla ſuperba pede.
Et dare terga fuga propria virtute coegit
Regem Aſiæ, pauidam ceu Iouis ales auem.
Atque Afros, Orbemq́; alio ſub Sole iacentem
Vicit, & inuicto mox ſibi iura dedit.
O factum egregium, ſeſe ſuper æthera tollit,
Qui potis eſt animos perdomuiſſe ſuos.

IVLII CÆSARIS.

Qui modò inauratis Capitolia ad alta quadrigis
Vectus, & Eoos rexit & Heſperios.
Ecce cadit Cæſar transfoſſus pectora ferro,
Et ſimul è dextra ſceptra ſuperba cadunt.
Vmbra ſumus: cui vix fuerat ſat maximus orbis,
Nunc huius cineres paruulus orbis habet.

SILENI.

Hoc tumulo Silene iaces, qui ſæpè bibiſti
Non intermiſſa pocula mille mora.
Vixiſti felix ſi curas pellit Iacchus,
Muneribusq́; ſuis pectora plena beat.
Namque tibi illius diuino numine plenum
Semper erat pectus, viſcera, colla, caput.

EIVSDEM.

Vita mihi iucunda fuit, mihi dolia cordi
Et cyathi, & plenis vina fuere cadis.
Nec mihi amara dies, cùm noſtra ad limina venit,
Et pede percuſſit mors violenta fores.
Namque pedum ſtrepitus noſtras non attigit aures,
Corpus erat ſomno, mensq́; ſepulta mero.
Sic perij felix, atque hoc felicior, vrna
Quòd mihi non opus eſt, antè ſepultus eram.

EBRII.

Dum vixi, ſine fine bibi, ſic imbrifer arcus,
Sic tellus pluuias Sole peruſta bibit.
Sic bibit aſſiduè fontes & flumina Pontus,
Sic ſemper ſitiens Sol maris haurit aquas.
Ne te igitur iactes plus me Silene bibiſſe,
Et mihi da victus tu quoque Bacche manus.

EIVSDEM.

Iactabunt alij partum ſibi ſanguine nomen,
Regiaq́; audaci colla ſubacta manu.
Et tumulo inſcribent depulſos mœnibus hoſtes,
Milleq́; diſiectas Marte fauente rates.
Maxima palma mihi Baccho duce pocula mille
Grandia cum multo ſæpè bibiſſe mero.
Gloria nec tenuis, ſi cantharus ante ſepulcrum
Pendet, & immenſi, noſtra trophæa, cadi.

EIVSDEM.

Nil mihi cum Flora, dum felix vita manebat,
Sed mihi cum Baccho plurimus vſus erat.

Digitized by Google

Non igitur ſit ſparſa nouis mea floribus vrna,
Sed potius dulci ſparſa ſit vrna mero.
Ut fuit huius odor vino mihi floris odore
Suauior, extincto ſic erit ille mihi.

FILIÆ MAXIMILIANI.

Quæ iacet hoc tumulo nuper pulcherrima rerum,
Et magni imperio filia digna patris.
Non vmquam maculis aſperſit candida vitam
Virgineo ſemper tincta pudore genas.
Et niueo fidei panno circundata pectus,
Artibus effulſit, docta Minerua, tuis.
Nunc superûm ſtipata choro micat æthere, vt horto
Clauſa roſa, & nullo pollice tacta viret.

Ex Iuſto Ryckio.

CAROLI V. AVGVST. OPT. MAX.

Vmbra loquitur.

Auguſtam quiſquis cinerem claudentia ſaxa
Adſpicis obtutu molem mirante Viator,
Siſte gradum, verſusq; breueis placido cape vultu.
Carolus ille ego ſum victi orbis Terror, Amorq;
Auſtrius, in dias quem Caïa luminis oras.
Ganda dedit, tanto digna quoque principe cuna!
Magna dedêre animum magnum cunabula, teſtis
Gallus, & è Schytico tot raptis orbe tropæis
Infracta Solymanni acies. Quid vulnera poſſent

Noſtra

Noſtrâ facta manu trepidi ſenſere Quirites,
Seruaq; Roma mihi: debellatiq; rebelles
Cæſareis aquilis Haſſus cum Saxone: noſtras
Barbaroſſa manus, Auguſtaleiſq; triremeis
Cum damno ſenſit vix expugnata Goleta.
Vidi Afros noſtris domitos accedere ſceptris,
Europamq; ſuæ diademata porgere frontis.
Supplice Diua genu Carlinum Aſiatica ferrum
Iam iam plectendis horrens ceruicibus, aurum
Vectigale tulit, & Cæſare digna tributa.
At ſcitum ſolenne meum, viſq; ignea mentis
Vltrà orbis, Soliſq; vias, intactaq; libris
Climata materiem captæ depromere laudi
Iuſſere, atque nouas armare in prælia genteis.
Turbarunt Gades, Atlantææq; columnæ
Armituum lituis, tum noſtris India tranſtris
Subdita, gemmatis quamuis interrita lunis
Æmula Gnoſſiacæ vibraret tela pharetræ.
Quâ Sol-cunq; domo, geminâ face permeat orbem
Claſſica perſonuêre meorum: exhorruit Eos
Caroleum nomen; inuictaq; Cæſaris arma
Hoſpita Phœbeis Tarteſſiaca vnda quadrigis,
Sat dixi, Lector, cineres venerare ſepultos,
Oſcula da ſed multa baſi, fer mollia vota,
Fer lacrymas ſi ritè doles, fer florea ſerta;
Tam parua hæc pietas magnæ queq; riſerit vmbræ.
Poſtera iuratæ vix credunt tempora Famæ,
Tam breuis vt tantis impleta ſit oſſibus vrna.

PHRYNES.

Si quæ condideris telluri ſemina fœnus
Reddunt, & cultâ progrediuntur humo.
Phrynæus certè tumulus laſciua refundet
Gramina, & hic ceſpes nequitioſius erit.
Naſcentur turpeisq́; ioci, riſusq́;, ſalesq́;,
Hoſpes abi, aut molli è gramine Glaucus eris.

EARINI.

Plecte decuſſatim violas, & mollia ſerta
Earini buſtum quiſquis inane vides.
At prohibe lacrymas, nouus aut pincerna Tonanti
Raptus ab humanâ ceſſit in aſtra viâ.
Aut ſicut catamitus Hylas propè Naiadas vndis
Viuit, & ad ſtrepitum ſuauiola haurit aquæ.
Cui tamen hæc lacrymis mors comploräda videtur,
Illum ego vel ſimili morte perire velim.

Ex Daniele Heinſio.

IN INFANTEM NONDVM NATVM

Matre moriente.

Hic tumulus matrem, natum tegit illa: ſepul-
chrum
Terra tuæ matri eſt, nate, ſed illa tibi.
Mortuus in tumulo es quo vixti molliter ante:
Eſtque tibi tumulus, qui fuit ante domus.
Sic tumuluſque domuſque fuit tibi mater: & ante
Quam poteras natus eſſe, ſepultus eras.

Ex

Ex Iuſto Lipſio.

CVIVSDAM DE PVDICÆ FEMINÆ.

Paſſa thorum, non paſſa virum, Lucretia noſtri
Æui ego, poſtgenitis nobilis hiſtoria.
Quæ virgo & matrona ſimul, tria luſtra peregi
Nupta, innupta ſimul: ſemiuiri atque viri.
Coniugium tenui, cuius languentia membra
Non Venus adſpexit, non ruber ille Deus.
Sed tacui, atque tuli. non hanc vicina querellam
Audijt, aut frater, aut pater, aut genitrix.
Heu, male pro meritis tribuuntur præmia famæ!
Alceſtim exoriens Sol ſcit, & occiduus.
Solam me Baſilea. ſed eſt, me iudice, maius
Semper ab igne vri, quàm ſemel igne mori.

A. DEINII.

Quis tumulus? DeinI. quæ circum hæc agmina? Muſæ,
Quæ mulier? puris Simplicitas manibus.
Qui corpus? Charites. animum finxere? Lepôres.
Quis dedit in cineres tot bona? Parca dedit.
Muſæ, Simplicitas, Charites, lugete Lepôres,
Mortuus eſt veſtro Deinius exitio.

Ex Petro Bizzaro.

CLARÆ CAPELLÆ.

Vt primum Clara extincta eſt, Venus (inquit) Amori,
Quid tibi iam proſunt arcus, & arma puer?
Id verum cernens fregit ſua tela Cupido,
Et ſtetit exanimis, ingemuitq́; dolens.
Mox tumulo accurrens, ſeſe incluſiſſet in illum,
Ni Venus obſtaſſet, cum prece, tumq́; minis.
Poſtquam aliud nequid, Aſſyrios diffundit odores,
Et varijs mæſtam floribus ornat humum.

NICOLAI, ET ANDRÆÆ TREMANI.

Vt geminos naſci voluit natura Tremanos
Queis idem vultus, os, humeriq́; forent;
Sic dedit ingenium, mores, animumq́; per omne
Conſimilem, & ſtabili mutua corda fide.
Idem velle fuit, fuit idem nolle. Quid vltra?
Corpora erant duo, ſed ſpiritus vnus erat.
Ambo pro patria occubuere. His enſe cruento
Hoſtibus in medijs dum ferit, intrepidus.
Alter, dum fratrem vlciſci cupit, ecce repente
Ignito globulo ſaucius interijt.
Qui vnanimes igitur vixere, fuereq́; eodem
Vultu, æquum eſt vnus contegat oſſa lapis.

EORVNDEM.

Qui gemini fuerant & qui vno vultu, animoq́;,
Pro patria extinctos nunc lapis vnus habet.

Ex

Ex Stephano Forcatulo.

VMBERTI FORCATVLI PATRIS.

Quid faciam ſuperi? mœror me namque ſuperbus
Incitat, heu nimium læſus in aſtra feror.
Extorſit vitam iuueni diuturna parenti
Febris, ob id lacrymis lumina noſtra natant.
Vixq́; nouem lapſis, ceſſit viceſima meſſis,
Et qua neret adhuc ſtamina Clotho habuit.
Inuida felicem quem ſenſit Parca futurum,
Præripuit, ſtellis præda fit iſta lucro.
Ecquid ſupplicij, ſuperi, ſeruatis iniquis,
Si probus hic dira febre peremptus obit?

FRANCISCI I. FRANCORVM REGIS.

Mars, Phœbus, Pallas, Regi ſtatuêre ſepulcrum,
Cum quo ius, carmen, fortiaq́; arma iacent.

ADOLESCENTIS.

Iuſta pater fecit iuueni quem mœret ademptum,
Et cœpiſſe volet quem dedit huic tumulum.
Dedico verſiculos, flores ſero: ſicq́; Minores
Ad tumulum violas, carmen, & oſſa legent.

NOBILISS. ARCHÆI VICECOMITIS
Ioyeuſæ Fil. ad Mercurium.

Triſtitiam lenis plectrum, Cyllenie, pulſans,
Vt ſummi Archæus cauſa doloris obit.

Digitized by Google

O vtinam leniſſe queas ſimul impia fata,
Impia quæ bello præripuere ducem.
Cum tamen huic adeo ſit vitæ fama ſuperſtes,
Poſt propriam natus creditur eſſe necem.

THERONIS.

Heu perijt Theron, Tellus turbatur, & aër,
Hic caruiſſe dolet triſtis, at illa volet.
Prouida ſuſtulit hunc, ſed coruis inuida, febris,
Atropos huic funem torſerat ad laqueum.

GERIÆ PVELLÆ.

Cum ſuprema facit formoſo Cypris Adoni,
Sic dolet, vt Geriam triſtis obiſſe fleo.
Fit tellus hæres pretioſis rebus, & aſtrum:
Hoc repetit mentem, cætera dantur humo.
Lilia de calathis, Dryades, nunc ſpargite plenis,
Addite ſanguineis alba liguſtra roſis.
Florens vt tumulum de marmore nimbus honeſtet,
Quiq; meis imber decidit ex oculis.
Heu fleo, vos fortes ignoſcite, namque putaui,
Ne, dea cum fuerit, non moritura foret.

LVCELLÆ DVLCISS.

Officio exanimum corpus ſeruabat inani
Ægyptus, myrrha nec ſine thure linens.
Celtæ auro capitis cingebant oſſa polito,
Vt facerent menſis pocula grata feris.
Quam pretioſa magis Lucellæ funera feci,
Occidit: in noſtro corde ſepulta iacet.

Digitized by Google

IVLII PACATI MEDICI PERITISS.

Mitibus immites Parcas qui flecteret herbis,
Iulius hîc medica nobilis arte latet.
Erecta nimiùm nunc mors ceruice vagatur,
Nunc impunè ferit, cum ſibi cuncta licent.
Nouerat is cœli mores, genioſq; locorum,
Nouit ad Auroræ gramina nata pedes.
Adſtitit vt cœlo, collyria mira parauit,
Deſijt his claudus Lemnius eſſe faber.

Ex Auſonio.

HOMINIS FELICIS.

Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo
Hoſpes, & adde roſis balſama puniceis.
Perpetuum mihi ver agit illacrymabilis vrna,
Et commutaui ſecula, non obij.
Nulla mihi veteris perierunt gaudia vitæ,
Felix, ſeu memini, ſiue nihil memini.

ANITIÆ PVELLÆ MORTVÆ.

Omnia quæ longo vitæ cupiuntur in æuo,
Ante quater plenum conſumpſit Anitia luſtrum,
Infans lactauit, pubes & virgo adoleuit,
Nupſit, concepit, peperit, iam mater obiuit.
Quis mortem accuſet? compleuit munia vitæ,
Iam meritis anus eſt, & adhuc ætate puella.

CALLICRATEÆ.

Viginti atque nouem genitrici Callicrateæ
Nullius ſexus mors mihi viſa fuit.

Sed

Sed centum & quinque expleui bene meſſibus annos,
Intremulam baculo non ſubeunte manum.

EX SEPVLCRO LATINÆ VIÆ.

Non nomen, non quo genitus, non vnde, quid egi?
Mutus in æternum ſum cinis, oſſa, nihil.
Nec ſum, nec fueram, genitus tamen è nihilo ſum,
Mitte, nec exprobres ſingula, talis eris.

Ex Andrea Dactio.

MARSILII FICINI.

Hic ſitus eſt magni ſacrum qui dogma Platonis
Marſilius patriæ tradidit & Latio.
Exuuias tellus, cæleſtes ſpiritus oras
Diua ſed & terram fama polumque tenet.

CAROLI.

Quæ tu? Cipris. & hæc? Pallas. prò fata. quid autem
Triſtia Cæruleis ora rigatis aquis?
Hìc ſitus eſt Carlus qui nos coniunxit: Adonis
Alter, Zelotypi vulnere Martis obit.

MATTHIÆ CORVINI.

Saxa vides titulo Coruini inſignia Iani
In quo Matthias vixit obitque pater.

Geſta

Geſta fidem ſuperant. raptus iuuenilibus annis
Impleuit tremuli munia longa ſenis.

THOMÆ SOTERINI.

Soterina domus Thomas eques hîc iaceo hoſpes
Virtuti & Patriæ vixi: obijque Deo
Hîc nati poſuere. Sacri dux alter honoris
Frena Petrus Patriæ temperat alta ſuæ.

Ex Thoma Moro.

ABYNGDONII CANTORIS.

Attrahat huc oculos, aures attraxerat olim
Nobilis Henricus cantor Abyngdonius.
Vnus erat, nuper mira qui voce ſonaret,
Organa qui ſcitè tangeret, vnus erat.
Vellenſis primò templi decus, inde ſacellum
Rex illo voluit nobilitare ſuum.
Nunc illum Regi rapuit Deus, intulit aſtris,
Ipſis vt noua ſit gloria cœlitibus.

IACOBI REGIS SCOTORVM.

Scotorum Iacobus princeps, regno hoſtis amico
Fortis & infœlix hac ego condor humo.
Quanta animi fuerat, fidei vis tanta fuiſſet:
Cætera contigerant non inhoneſta mihi.
Sed pudet heu iactare, queri piget: ergo tacebo,
Garrulaq́; ô vtinam fama tacere velis.
Vos tamen ô reges moneo, rex nuper & ipſe,
Ne ſit (vt eſſe ſolet) nomen inane fides.

IN

IN SEPVLCHRO IOHANNÆ OLIM
Vxoris Mori, deſtinantis idem ſepulchrum
& ſibi & Aliciæ, poſteriori vxori.

Chara Thomæ iacet hoc Iohanna vxorcula Mori,
Qui tumulum Aliciæ hunc deſtino, quiq; mihi.
Vna mihi dedit hoc coniuncta virentibus annis,
Me vocet vt puer, & trina puella patrem.
Altera priuignis (quæ gloria rara nouercæ eſt)
Tam pia, quam gnatis vix fuit vlla ſuis.
Altera ſic mecum vixit, ſic altera viuit,
Charior incertum eſt, hæc ſit, an hæc fuerit.
O ſimul ô iuncti poteramus viuere nos tres
Quàm bene. ſi fatum relligioq; ſinant.
At ſociet tumulus, ſociet nos obſecro cœlum,
Sic mors, non potuit quod dare vita, dabit.

Ex Græcis.

Homericorum Heroum epitaphia quodam interprete.

PENELEI.

Huic benè cordato Cephiſi ad præpetis vndas
Gens Bœota dedit Peneleo tumulum.

ASCALAPHI ET IALMENI.

Aſcalaphi hîc Minyum gens ſeruat Ialmeni & oſſa:
Ambo ad Troiam equites occubuere boni.

Digitized by Google

AIACIS OILEI.

Locrorum Aiacem ductorem hæc terra ſepulcro
Condit Oiliadem, quem dedit vnda neci.

ELEPHENORIS.

Quem tulit Eubœa, Princeps Elpenor Abantum,
Hac vacuum poſuit Troade corpus humo.

MENESTHEI.

Ductor caſtrorum, Petei ſtirps clara Meneſtheus
Hìc terræ corpus reddidit eximium.

AIACIS TELAMONII.

Aiacis tumulo virtus miſerabilis adſto,
Turpiter incultas dilaniata comas.
Nempe dolore graui cor ſaucia, quòd tot Achiuum
Iudicijs ſit fraus anteferenda mihi.

TEVCRI.

Lethiferis inſtructa fuit cui dextra ſagittis
Hac Telamone ſatum Teucron habet Salamis.

DIOMEDIS.

Poſſidet hæc clari Diomedis ſacra ſepulcrum
Inſula de illius nomine nomen habens.

STHENELI ET EVRIALI.

In tumulo ſitus eſt Sthenelus Capaneius iſto
Arginus: iuxta hunc conditus Euryalus.

AGAMEMNONIS.

Atridæ tumulum ſpectas Agamemnonis hoſpes
Quem dedit Algiſthus nuraque tetra neci.

MENELAI.

Felix ô Menelae, expers leti ſenijque,
Dialiſque Gener, prata per Elyſia.

NES-

NESTORIS.

Contegit hæc regem Pyliorum Neſtora tellus:
Conſilio heroas maximus inter erat.

ANTILOCHI.

Neſtoris Antilochus buſtum hoc virtute meretur
IS Troia patrem ſeruat, at ipſe perit.

AGAPENORIS.

Hic ſitus è Tegea Ancæi proles Agapenor
Qui Dux, peliiferis rexque fuit Taphijs.

AMPHIMACHI.

Amphimachus ductor teate ſatus atque Diores
In Troia hoc fatis ſuccubuere ſolo.

THALPII ET POLYXENI.

Thalpius india atque Polyxenus Elidis vrbe
Linquentes animas, Ditis, iere domum.

MEGETIS.

Dulichij hunc acri tumulum ſtruxere Megeti,
Phyleidæ: eſt vndis corpus in æquoreis.

VLYSSIS.

Prudentem celebremq; virum poſt aſpera fata
Hoc gratus tumuli ceſpite celat honor.

EIVSDEM.

Hic Laertiades ſitus eſt qui magna Pelaſgis
Troianò iu bello commoda ſæpe tulit.

THO-

Digitized by Google

THOANTIS.

Magnanimi gnatum hæc Andræmonis, eſt (Pater Oeneus
Cui fuerat) Gorges, arida puluis habet.

IDOMENEI.

Idomenei Enoſſi monumentum cernitis: aſt hunc
Iuxta ſum poſitus Meriones Molius.

TLEPOLEMI.

Tlepolemum, cui vis animoſa leonis in armis,
Progeniem Rhodus hic contegit Herculeam.

DEIPYLI.

Deipylus ſitus eſt iſta ſub mole ſepulcri
Ormenius, clari Tlepolemi ſoboles.

NEREI.

Hic forma cunctis præſtantem Nirea tellus
Occuluit, Charopi filium & Aglaiæ.

PHIDIPPI ET ANTIPHI.

Euerſor Troiæ Phidippus & Antiphus heros
Hac Ephyræ in patria contumulantur humo.

ACHILLIS.

Cui genitor Peleus, Thetis eſt cui mater Achillem
Hunc campum circa ſacra Propontis habet.

EIVSDEM.

Pelides iacet hic, patria eſt cui Theſſala tellus
Deplanxere nouem funera Pierides.

Digitized by Google

EIVSDEM.

Teſſalus hic tumulo eſt iſto contectus Achilles:
At luxêre nouem (credite) Pierides.

PATROCLI.

Hac tumulatus humo eſt iunctus Patroclus Achilli:
Mars letho dedit hunc Hectoris in manibus.

PODARCIS.

Auctoridem tellus nutriuit Achiua Podarcem,
Defuncti Sicyon illius oſſa tenet.

EVMELI.

Eumelus ſub me hîc ſitus eſt, vbi vita receſſit:
Qui ſatus Admeto eſt, gente Pheretiades.

PHILOCTETIS.

Arcus Herculei cuſtos Paantia proles
Hoc tegitur Minyæ poſt ſua fata ſolo.

PODALYRI ET MACHAONIS.

Iſti Aſclepiadæ Podalirius atque Machaon
Mortales quondam, nunc ſuperûm ſocij.

EVRYPYLI.

Hîc patria Orchomenus prognatum Euæmone condit
Eurypylum: & lacrymis vſque madeſcit humus.

POELYPOETIS ET LEONTEI.

Ductores Lapithûm Polypoetes atque Leonteus
Metam æui in Medis hîc tetigere ſui.

GV-

GVNEI.

Hoc habuit Guneus monumentum namque anima vdum
Æra conſcendit: ſed mare corpus habet.

PROTHOI.

Corpus habet pontus Prothoi Tenthredone nati
Indeploratum nomen habet tumulus.

TALTHIBII.

Talthybium famulum & præconem hominumque deumque
Hoc ciues cuncti compoſuere loco.

AVTOMEDONTIS.

Pelidæ Automedonta probum fidemque ſodalem,
Huic tumulo impoſitum Troica terra tegit.

HECTORIS.

Hectoris ingentem hunc tumulum quique eminet altè
Bœoti fortis dant monumenta viri.

PYRÆCHMIS.

Axion & fluuium, & linquens Amydona Pyrachmes.
Ante diem atque ſuis hîc procul interijt.

ALIA QVÆ HOMERICA NON SVNT
LAOMEDONTIS.

Pergamidem tellus hæc celat Laomedontem,
Cuius equi celeres cauſa fuere necis.

Digitized by Google

ÆTÆ.

Æten, regnata auri cui prodiga Colchis,
Cunctorum hac domitrix parca condit humo.

ZETHI.

Antiopæ iacet hîc proles fortiſſima Zethus:
Septifores Thebas rexerat imperio.

ORPHEI.

Qui citharæ Dominus præclaræ Oegrius Orpheus
A Ciconum populo eſt hac tumulatus humo.

PYLADIS.

Hîc ſoboles ſtrophij Pylades, ſub Phocide terra
Tempora poſt vitæ cuncta peracta iacet.

AIACIS.

Aiacis buſto, Rhœteo in littore, Virtus
Aſſideo, magnos corde trahens gemitus.
Incomptis ſqualenſque comis: quod Iudice Graio
Non data virtuti, ſed data palma dolo.
Pelidæ arma tamen dicent vis Maſcula nobis,
Sermones nobis non placuere vafri.

EIVSDEM.

Hîc Talamonius eſt ſitus Aiax Parca necauit,
Illius viſa armis, illius vſa manu.
Haud etenim ex alijs reperit mortalibus vllum
Cui cædem hanc fuerit fortiter auſa manus.

EIVSDEM.

En iacet in Troia Telamonius: haud tamen vlli
Illius eſt hoſti laus tribuenda necis.

Nam

Nam quum nulla foret par tanto audacia facto,
Subiecit manibus tempus eum proprijs.

EIVSDEM.

Tumulo Troiano Aiax, poſt fortia facta
Nullum hoſtem damnat, damnat, at ille ſuos.

ACHILLIS.

Hunc, qui ſit Trouum formido nepotibus olim,
Gray ſtruxerunt Æcidæ tumulum.
Adiacet ille mari, ſtreperis celebretur vt vndis
Cui fuerat genetrix, diua marina Thetis.

EIVSDEM.

Pelidæ hunc tumulum quondam ſtuxere Palaſgi,
Dardanedûm ſoboli poſſet vt eſſe timor.
Non procul ille mari eſt, vt perſonet æquoris vndis
Qui nati Thetidis condita membra tenet.

EIVSDEM.

A Danais quondam hic tumulus conſtructus Achilli,
Troes vt hac etiam membra ſepulta tremant.
Proximus eſt pelago maris, vt reſonetur ab vndis
Hoc Thetidis proles contumulata loco.

HECTORIS.

Hectora me ex tumulo noli metirier iſto,
Græcia quem aduerſus vix ſatis omnis erat.
Ilias eſt tumulus, tumulus mihi diuus Homerus,
Sunt tumulus Gray, qui mihi terga dabant.

EIVSDEM.

Hectora me tumulo ne tu metire viator:
Par Danais cunctis hoſtibus hoſtes eram.

Eſt tumulus mihi Mæonides, eſt Ilias, Hellas,
Gray, qui trepida dant ſua terga fugæ.

EIVSDEM.

Ne parui ex parua facito me mole ſepulcri:
Vix mihi ſe ſenſit Græcia tota parem.
Mæonides mihi buſta dedit: dedit Ilias Hellas
Totque ſua Danai buſta dedêre fuga.

EIVSDEM.

He quantus fuerim, tumulum tibi credito teſtem:
Helladis ille ego ſum qui metus Hector eram.
Ilias & vates cineres ſatis ornat Homerus
Et Danaûm quæ me territa turba fugit.

EIVSDEM.

Balteus, Aiacis donum Hectori, at Hectoris illi
Enſis: cum dono mors, & vtrique datur.

Ex D. Magno Auſonio.

Epitaphia Heroum, qui bello Troiano interfuerunt.

AGAMEMNONIS.

Rex regum Atrides fraternæ coniugis vltor,
Oppetijt manibus coniugis ipſe ſuæ.
Quid prodeſt Helenes raptus puniſſe dolentem,
Vindicem adulterij quum Clytemneſtra necet?

MENELAI.

Felix ô Menelae, Deûm cui debita ſedes
Decretûmque pijs manibus Elyſium.

Tyn-

Digitized by Google

Tyndareo dilecte geneo, dilecte Tonanti:
Coniugij vindex vltor adulterij.
Eterno pollens æuo, æternaque iuuenta
Nec lethi paſſus tempora nec Serij.

AIACIS.

Aiacis tumulo pariter tegor obruta virtus,
Illacrymans buſtis funeris ipſa mei.
Incomptas lacerata comas, quod prauus Atrides
Cedere me ſtructis compulit inſidijs.
Iam dabo purpureum claro de ſanguine florem,
Teſtantem gemitus crimina Iudicij.

ACHILLIS.

Non vna Æacidem tellus habet. oſſa teguntur
Littore Sigeo, crinem Lariſſa cremauit.

VLYSSIS.

Conditus hoc tumulo Laerta natus Vlyſſes,
Perlege Odyſſeam, omnia noſſe volens.

DIOMEDIS.

Conditus hîc genitore bono melior Diomedes
Crimen ab vxoris pulſus dotalibus agris.
Argyripam claroſque viris qui condidit Arpos,
Clarior vrbe noua, patria quam ſede vetuſta.

ANTILOCHI.

Conſilijs belloque bonus (quæ copula rara eſt)
Carus & Atridis carus & Æacidis.
Præmia virtutis ſimul & pietatis adeptus
Seruato Antilochus Neſtore patre obij.

Non hic ordo fuit: ſed Iuſtus ille ſuperſtes
Troia capi ſine quo perfida non poterat.

NESTORIS.

Hoc tegor in tumulo, quarti iam prodigus aui
Neſtor, conſilio clarus & eloquio.
Obiecit ſeſe cuius pro morte peremptus
Filius, & nati vulnere viuo Patre.
E heu, cur fatis, diſponere ſic placet æuum
Tam longum, vt nobis tam breue vt Antilocho.

PYRRHI.

Orbe tegor medio, maior virtute paterna
Quod puer & regis Pyrrhus optima tuli.
Impius ante aras quem fraude peremit Oreſtes:
Quid mirum? ceſa iam genitrice furens.

EVRYALI.

Nec me non dignum titulo Pleuroma credit
Cui communis erat cum Diomede domus.
Euryalo & Sthenelo nam tertius hoc ego regnum
Poſſedi, de quo nunc ſatis eſt tumulus.

GVNEI.

Gunea pontus habet, tumulus ſine corpore nomen
Fama homines inter, cælum animus repetit.
Cuncta elementa duci tanto commune ſepulcrum,
Quæ? cœlum & tellus, mare & ora virûm.

PROTESILAI.

Fatale ad ſcriptum nomen mihi Proteſilao
Nam primus Danaûm bello obij Phrygio.

Audaci

Audaci ingreſſus Sigeia littora ſaltu,
Captus fallacis Lartiadæ inſidijs.
Qui ne Troianæ premeret pede littora terræ
Ipſe ſuper proprium deſilij clypeum.
Quid queror? hoc lethum iam tum mea fata canebant,
Tale mihi nomen quum pater impoſuit.

DEIPHOBI.

Proditus ad pœnam ſceleratæ fraude Lacænæ,
Et deformato corpore Deiphobus.
Non habeo tumulum niſi quem mihi voce vocantis
Et pius Æneas, & Maro compoſuit.

HECTORIS.

Hectoris hic tumulus, cum quo ſua Troia ſepulta eſt
Conduntur pariter qui periere ſimul.

ASTYANACTI.

Flos Aſiæ, tantaque vnus de gente ſuperſtes,
Paruulus, Argiuis ſed iam de patre timendus.
Hic iaceo Aſtyanax Scæis deiectus ab altis
Pro dolor Iliaci, Neptunia mœnia, muri.
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

NASTI ET AMPHIMACHI.

Naſtes & Amphimachus Nomionis inclyta proles
Ductores quondam, puluis & vmbra ſumus.

TROCLI.

Hectore proſtrato, nec dijs nec viribus æquis
Congreſſus perij Troilus Æcidæ.
Raptatus bigis, fratris coniungor honori:
Cuius ob exemplum nec mihi pœna grauis.

POLYDORI.

Cede procul tumulo, myrtum fuge neſcius hoſpes
Telorum ſeges eſt ſanguine adulta meo.
Confixus iaculis, & ab ipſa ſede ſepultus
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Æneas & tu rex impie, quod me
Tracia pœna premit, Troiaque cura tegit.

EVPHEMI.

Euphemum, Ciconum ductorem Troia tellus
Condidit haſtati Martis ad effigiem.
Nec ſatis eſt titulum ſaxo incidiſſe ſepulcri,
Inſuper & frontem mole onerant ſtatua.
Ocyus iſta ruunt, quæ ſic cumulata loquuntur,
Maior vbi eſt cultus magna ruina ſubeſt.

HIPPOTHOI ET PYLEI.

Hippothoum Pyleumque tenet gremio infima tellus
Caulibus, & maluis terga ſuperna virent.
Nec vexat cineres horti cultura quietos
Dum parcente manu molle olus excolitur.

ENNOMI ET CHROMII.

Ennomus hîc Cromiuſque iacent queis Myſia regnum
Queis pater Alcinus Oceanuſque atauus.
Nobilitas quid tanta iuuat? quo clarius iſtis
Eſt genus, hoc mortis conditio grauior.

PRIAMI.

PRIAMI.

Hic Priami non eſt tumulus, nec condor in iſta
Sede: caput Danai diripuere meum.
Aſt ego quum lacerum ſine nomine funus haberem;
Confugi ad Cineres Hectoreos genitor.
Illic & natum, Troiamque Aſiamque ſepultam
Iuueni, & noſtrum quicquid vbique iacet.

EIVSDEM.

Qui tumulum Priami quærit, legat Hectoris ante:
Ille meus, nato quem prius ipſe dedi.
Hectoris & patris ſimul eſt commune ſepulcrum
Amborum quoniam iuncta ruina fuit.

HECVBÆ.

Quæ regina fui, quæ claro nata Dymante,
Quæ Priami coniux, Hectora quæ genui.
Hic Hecuba iniectis perij ſuperobruta Saxis:
Sed rabies linguæ me tamen vlta prius.
Fidite ne regnis, & prole & ſtirpe parentem
Quicunque hoc noſtrum σῆμα κυνὸς *legitis.*

POLYXENÆ.

Troas Achilleo coniuncta Polixena buſto,
Malueram nullo ceſpite functa tegi.
Non bene diſcordes tumulos miſcetis, Achiui:
Hoc violare magis quam ſepelire fuit.

Ex Callimacho Cyreneo Bonauentura Vulcano interprete.

Hic habito Timon hominum oſor. perge viator
Dic mala multa mihi, dummodo prætereas.

Patre Dicone Saon ſacrum Acanthius hic modo ſomnum
Carpit. namque bonos dicere nolo mori.

Hoſpes erat paruus, parua vrna, inſcriptio parua
Theris Ariſtæi, Cres, latet hoc tumulo.

Hippacon & Didymen facile eſt reperire viator
Cyzicon ingreſſo. nobile nam genus eſt.
His, licet ingratum, dices tamen, hacce quod vrna
Illorum Critias filius occulitur.

An tegitur ſaxo hoc Charidas? Si dicis Arimnæ quis?
Natum, Cyrene tui patria eſt, Tegitur.
O Charida, Orcus quid? Tenebræ ingentes. Reditus
Nugæ Quid Pluto? Fabula. concidimus.
Hæc vobis haud vana loquor. Iucunda requiris?
Venit Alexandri ſub ſtyga Bucephalus.

Naxius

Naxius in terra haud perijt Lycus, at mari in alto
Abſorptam ſenſit nauim animámque ſimul.
Æginam ob merces dum nauigat. ipſe procellis
Voluitur. at tumulus nomen inanis habet.
Hoc moneo exemplo verax, Fuge nauita pontum
Hœdorum ſidus cùm ſemel occiderit.

Bisſex natum annos pater vrna hac condo Philippus
Nicotelem puerum, ſpem ſimul eximiam.

Quiſquis adis fauſto tumulum hunc pede, Callimachi me
Scito Cyrenæi filium, & eſſe patrem.
Sic ambos noris. Patriæ hic dux præfuit armis,
Iſte omni eſt vates altior inuidia.
Nec mirum. Pueris etenim queis lumina Muſæ
Adijciunt, pergunt hos adamare ſenes.

Heros Ætionis ad hoſpitium Amphipolitæ
Sum paruo paruus veſtibulo poſitus.
At lateri ſerpens, ſolusq́ eſt additus enſis,
Infenſuſque equiti, me peditem poſuit.

Terra parens, paruo vixi breue tempus, & egi
Nil atrox, prudens non alicui nocui.
Si prauum laudaui aliquid, neque tu mihi terra
Eſto leuis, nec dij quorum ago in arbitrio.

Ex Moſcho Syracuſio.

BIONIS PASTORITII AMATORIS.

Lugubres reſonate modos ſaltus fluuijque
Dorici, & exſtinctum dulcem deflete Bionem.
Nunc plantæ lugete mihi. nemora omnia plorent,
Triſtibus & flores mœſtum ſpirate corymbis.
Iam luctu pallete roſæ, tuq; ó anemone.
Inſcriptas Hyacinthe notas tibi nunc loquere, Ai ai
Adſcribe & folijs; Exſtincta eſt gloria vatum.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Luſciniæ in denſa miſcentes fronde querelas
Fluminibus Siculis noua triſtia ferte Arethuſæ
Paſtorem interijſſe Biona, vnáque ſepultum
Omne melos perijſſe, & Dorica carmina cuncta.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Strymonij miſerùm lugete ad flumina cigni,
Et triſti lugubre effundite carmen ab ore,
Quale melos veſtris olim ſolet edere labris.
Dicitéque Oeagrijs geminantes, dicite cunctis
Biſtonijs Nymphis, Ah Doricus occidit Orpheus.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Ille bonus pecori paſtor nil iam canit vltra,
Amplius haud recubans ſub deſerta ilice cantat,
Sed lethæa ferum prope Ditem carmina condit.
Et montes ſaltuſq; ſilent, vaccæq; vagantes
Cum tauris vlulant. neque pabula carpere cordi eſt.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.

Fata

Digitized by Google

Fata etiam luxit Phœbus properata Bionis,
Et Satyri luxere, & pulla veſte Priapi,
Suſpirantq́; tuum Panes quoque carmen. & ipſæ
Fontanæ lugent Nymphæ. & fiunt lachrymæ vndæ.
Echo etiam in petris luget taciturna, nec vltra
Reſponſat tua labra imitans, moriente Bione.
Arboribus fructus cadit, & flos deperit omnis,
Deſtituit pecudes lac dulce, alueariáque arent
Tabeſcente fauo cellis. quid enim attinet vltra
Mel aliud ſtipare, tuo melle moriente?
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Non tantùm æquoreo delphinus littore fleuit,
Nec tantùm queritur philomela in rupe remota,
Ardua nec tantum iuga per, vaga luxit hirundo,
Nec tantum Halcyones tetigere Ceyca dolores.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Non doluit tantùm per glaucas Cerylus vndas,
Nec tantùm Eoas per valles Memnonis ales
Auroræ luxit natum, tumulo aſſiduè inſtans,
Exſtincti quantum fleuerunt fata Bionis.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Iam philomela & hirundo omnis quas voce tenebat,
Quaſq́; loqui docuit, reſidentes mutua ramis
Lamenta exercent. aliæ his aliæq́; volucres
Reſponſant, Lugete etiam, lugete columbæ.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Ecquis erit pote amice ſuas inflare cicutas,
Quiſve tuos calamos aptet temerarius ori?

Labra

Digitized by Google

Labra etenim tua adhuc ſpirant flatuſq́; ſuauis,
Ipſa tuos cantus ſub arundine ruminat Echo.
Pani dabo. Sed & ipſe tuas inflare cicutas
Forte reformidet, ne ſit tibi deinde ſecundus.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Flet Galatea etiam tua carmina. quippe ſolebat
Curua ſedens mulceri illis prope littora ponti.
Namque canis non vt Cyclops quem audire refugit
Nereïs. at blandùm te ex æquore proſpectabat.
Nunc oblita maris, mœrens conſidit arena
Littorea, curaq́; boues eſt paſcere veſtros.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Aonidum, Paſtor, pereunt dona omnia tecum.
Grata puellarum puerorúmque oſcula labris.
Flentq́; tuum ad tumulum miſerando murmure Amores.
Tu Veneri charus magis es quàm quæ oſcula nuper
Libauit niueo morientis Adonidos ori.
Te nouus iſte manet mœror vocalior amnis.
Te nouus iſte Mele mœror perijt tibi Homerus
Illud Calliopes dulce os. quem te vſque ſuauem
Flebilibus perhibent, natum, luxiſſe ſub vndis.
Et totum compleſſe ſalum ſingultibus. at nunc
Fles alium natum, atque artus mœrore liqueſcis.
Ambo ſed liquidis dilecti fontibus: ille
Pegaſeos fontes exhauſerat; hic Arethuſam
Tyndarei pulchram hic celebrabat carmine natam,

Et

Et magnum Thetidos natum, fortem & Menelaum:
Hic, bella & lachrymas omittens, Pana canebat,
Paſtoréſque canens, paſcebat & ipſe canendo.
Et dulces vitulas mulxit, iunxitq́; cicutas.
Et puerûm docuit tenera oſcula fouit Amorem
Ipſe ſinu, Veneríſque fuit non parua voluptas.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Vrbs omnis te clara Bion, cuncta oppida lugent.
Plus tu quàm Heſiodus moriens es flebilis Aſcræ.
Bœotíſque iugis non tantum Pindarus, ac tu
Lugetur, non Alcæum ſic ardua Lesbus
Ceiáq; non tantùm vatem vrbs defleuit ademtum.
Te plus Archilocho Parus optat. quin vice Sapphûus
Mœſta ſonat Mitylena tuæ modulamina cannæ:

Deſunt nonnulla.

Inq́; Syracuſius flet te ipſe Theocritus. atqui
Auſonici luctus ego do tibi carmina, cantus
Bucolici rudis haud, te nos præeunte magiſtro,
Doridos hæredes dignato linquere Muſæ.
Diuitias alijs etenim, mihi carmina linquis.
Ducite Sicelides mihi luctum, ducite Muſæ.
Hei mihi, malua ſemel læto ſi emarcuit horto,
Aut apium viride, & flores criſpantis anethi,
Vita redit cunctis venientem rurſus in annum.
At nos qui ſapimus, nos magni & viribus aucti
Cum ſemel occidimus, ſurdi tellure cauata
Infinita graui premimur per ſecula ſomno.

Ex Bione Smyrnæo quodam interprete.

ADONIDIS.

Flemus Adonin, Adonis obit formoſus, Adonis
Heu formoſus obit, ipſi lacrymantur Amores.
Parce Venus Tyria poſthac in veſte cubare.
Funereo miſeranda habitu ſurge, & tua plangens
Pectora, dic cunctis, obijt formoſus Adonis.
Flemus Adonim, ipſe mecum lacrymantur Amores.
Pulcher Adoni iaces in montibus, heu femur album
Dente albo femur ictus apri, Venerémque dolentem
Concinnas moriens. ater per candida manat
Membra cruor, ciliiſque ſub ipſis lumina torpent;
Nec ſolitus notat ora rubor. quin ipſa peremti
Oſcula pallor habet nunquam linquenda Dionæ:
Quandoquidem nunc illa etiam frigentis ab ore
Rapta placent Veneri, quamuis non ſentit Adonis.
Flemus Adonim, ipſi mecum lacrymantur Amores.
In femore heu graue vulnus habet, graue vulnus Adonis.
Vulnus habet grauius imo ſub pectore Cypris.
Illum adeò circùm luxit quoque fida canum vis,
Et Nymphæ quantum eſt in montibus. ipſa ſolutas

Digitized by Google

Indiſcreta comas nemora omnia circumcurſat
Nuda pedes regina Gnidi, cui candida vellunt
Crura rubi, eliciuntq́; ſacrum ſpineta cruorem.
Illa autem Aſſyrium repetens clamore maritum
Per valles ruit, & carum ſibi quærit Adonin.
At puero vmblicum circa cruor erumpebat,
Diruptóque cruentabatur ab inguine pectus,
Mutarátque atro ſanguis latera alba colore.
Ah Venus, ah ipſi cum matre queruntur Amores.
Amiſit formam Cypris, paritérque maritum.
Pulchra dea nam forma fuit dum vixit Adonis,
Exſtincta exſtincto forma eſt quoque Cypridis. heu, heu
Ingeminant quercus, heu & iuga montium, Adoni.
Deflent & Veneris ingentem flumina luctum,
Et fontana ſuum ſuſpirant numina Adonin,
Triſtitiáque rubent flores, dum Cypria cunctos
Fœmineis implet colles vrbémque querelis.
Ah Venus, ah obijt formoſus Adonis. imago.
Ipſa iocoſa refert, Obijt formoſus Adonis.
Quis Veneris dirum quis non deploret amorem?
Vt verò indignum vulnus cognouit, & ipſum
In femore aſpexit roſeum marcente cruorem,
Heu tremulas effuſa manus; Mane, inquit, Adoni,
Care mane, dum te inueniam amplectarq́; ſupremum,

Et

Et miſcere tuis poſſim mea labra labellis.
Euigila pauliſper Adoni, atque oſcula iunge
Vltima, tantiſper ſaltem, quoad oſcnla viuunt.
In iecur, osq́; tua hoc fundo properabit ab imo
Flos animæ. hinc vitæ educens quod reſtat, amorem
Combibam Adoni tuum, ſeruabo etiam oſcula, tanquam
Temet care mihi. quoniam procul, heu procul ipſe
Me fugis, & nigrum penetras crudelis ad Orcum,
Iniuſtique domum Plutonis. at ipſa miſella
Hic moror, & Dea ſum, nec te ſpes vlla ſequendi eſt.
Tu puerum tibi habeto meum Libitina. poteſtas
Plus tua nanque poteſt, cui ſe bella omnia ſiſtunt.
At mihi cordolium miſeræ eſt, & Adonin ademtum
Ploro, tui metuens. ſic nos dulciſſime rerum
Linquis? amórque mei tecum ſomnî inſtar abiuit?
Iamq́; Venus vidua eſt, & Amorum numen inane,
Et nuſquam ceſtus. quid enim venator agreſtes
Cominus ire feras tibi erat formoſe libido?
Hæc Venus, hæc eadem cum matre queruntur Amores.

Ah Venus, ah miſeranda, obijt formoſus Adonis.
Effundit tantùm lacrymarum Cypria, quantum
Sanguinis ipſe puer, quæ floribus omnia mutat
Terra parens, roſa fitq́ cruor, lacrymæq́ papauer.
Flemus, flemus Adonim, obijt formoſus Adonis.
Parce virum in ſyluis poſthac lugere Dione.
Iam ſtratus lepide thorus eſt, aptúmque cubile,
Iam lectum tenet ille tuum, & dormire videtur.
Exſtinctúſque licet, tamen eſt formoſus, vt antè.
Mollibus in tunicis dea iuxta accumbe marito,
Sed quibus is tecum capiebat nocte quietem
Aureolis fuſus ſtratis; & Adonida quærens
Per thalamum flores, & ſerta recentia ſparge.
Ille etenim vt perijt, perijt quoque gratia florum.
Et myrrha line Adonin, eant ſimul omnia peſſum
Nunc vnguenta, tuum quoniam peſſum iuit Adoni.
Purpurea tener heu in veſte recumbit Adonis,
Quem circumſiſtens certat chorus omnis amorum
Attonſis lugere comis. atque ille ſagittas
Hic arcum calcat; volucrem trahit ille pharetram;
Soluit vincla pedum hic; eſt quiq́ lebetibus aureis
Præbet aquam; femur aſperſum lauat ille cruore;
Hic fouet, & motis frigus leue ventilat alis.
Flent matrem pariter ſimul, & miſerantur Amores.

Ipſe

Ipſe Hymen primo exſtinctis in limine tedis
Abiecit ſertum geniale, nec amplius Hymen
O Hymenaee canunt, ſed in ore eſt omnibus, Heu, heu,
Heu heu propter Adonin, & heu propter te Hymenaee,
Aſſlent & Charitum numeri, dominamq́; ſequentes
Alternis dicunt, Obijt formoſus Adonis,
Idq́; magis quam tu, Venus, alta voce queruntur.
Quin etiam Parcæ mærent, reuocant & Adonim
Carminibus, ſed nulla audit iam carmina Adonis,
Inuida quem Stygijs cohibet Proſerpina vinclis.
At tu pone modum lacrymis tot Cypria. nam te
Has dare oportebit venientem rurſus in annum.

Ex libris Græcę Anthologię Q. Septimio Florente interprete.

Ex Agathia Scholaſtico.

Hac eſt vrbs Priami quondam inclyta, quam nec aperto
Graij Marte, annis nec domuêre decem.
Roborei ſed fraude feri: ô vixiſſet Epeus,
Antè dolum duri quàm fabricaſſet equi.
Non ſic, Atridis per tecta ferentibus ignem,
In lapides caderem, magna ruina, meos.

Ex Antiphilo.

Inſidias Danaûm, perijt queis Troia, decennes,
Et fœtum armata cerne quietè ferum.
Pallas iuſſit opus, ſolers fabricauit Epeus,
Seſſile tergum intus Græcia multa ſubit.
Fruſtrà tanta manus perijt, ſi ad munera Martis
Virtutem Atridæ poſthabuerê dolo.

Ex Marco Iuniore.

Etſi hîc iam puluis iaceo deſerta Mycene,
Horridiórque omni ſim penitus ſcopulo;
Qui celebrem aduertet Troiam, calcatáque nobis
Mœnia, tum Priami diruta regna ſenis,
Hinc norit, fuerit quæ noſtra potentia; quòd ſi
Læſa annis, teſtis ſat mihi Mæonides.

Ex Ioanne Barbocallo.

Vrbs ego, nec tamen vrbs, infelix, ciuibus vnà
Cum miſeris iaceo ter miſeranda meis.
Vulcanus domuit me poſt Neptunia bella;
Heu de tam pulchro lumine reſto cinis!
Sed tu præteriens luge mea fata, viator,
Beryto exſtincta liba etiam lacrymas.

Ex

Ex Lucilio.

Hoſpes, quem tumulum hic Marcus vult eſſe poëta,
Lumine defuncti nullius oſſa tegit.
Verùm vnum hunc verſum pro toto epigrammate fecit,
Flete, iacet iuuenis Maximus ex Epheſo.
Maximus hic nullus tamen eſt; ſed vt eſſe poëtam
Se probet, hoſpitibus flere poëta iubet.

Ex Ammiano.

Hic matrem, ille patrem, germanum ſuſtulit ille,
Hos tres Pollianus, primus ab Oedipode.

Ex Chreſtodoro.

Hoc tumulo ſitus eſt, Epidauri ſtella, Ioannes,
Vrbis quam proles condidit Herculea.
Vnde hic ſollicitè compeſcuit optimus heros
Vis durum iniuſtæ robur, & omne ſcelus.
Lychnadus huic patria eſt, pietate inſignibus olim
Orto atauis; Cadmus conditor vrbis erat.
Ille Heliconis erat lumen, quia Græca figurans
Expreſſit Cadmus prima elementa prior;
Olim conſul, at Illyrica pòſt prætor in ora,
Rettulit ex Muſis, iuſtitiáque decus.

Digitized by Google

Ex Thallio.

Lumina bina, Milete, tuæ bona germina terræ,
Æui breues iuuenes Itala terra tegit.
Læta coronarum mutaſti præmia luctu,
Heu! reliqui cernens, parua quod vrna capit.
Ah patria infelix! ecquando rurſus, & vnde
Splendida ſic Græcis aſtra, ſuperba dabis?

Ex Incerto Auctore.

Et fuerit noſtræ monimentum inſigne, Sabine,
Iſte lapis magnæ paruus amicitiæ.
Te ſemper quæram; tu manes (ſi licet) inter
De triſti Lethes ne mihi fonte bibas.

Ex Agathia Scholaſtico.

Latoüs, Paulûſque priùs, par nobile fratrum,
Communem inter ſe vitæ habuere modum;
Parcarum ſortiti etiam communia fila,
Vnum Boſporio littore habent tumulum.
Neuter enim potui diuulſus viuere ab illo,
Vnus & ad Ditem curſus vtrique fuit.
Saluete, vnanimes; tumulo Concordia veſtro
Gaudet, & hîc ara eſt inſtituenda deæ.

Ex eodem.

Vna duos fratres tumuli capit vrna, duóſque
Vna dies naſci vidit, & vna mori.

Ex Germanico.

Pro tenui tumulo mihi Gracia, piláque dentur
Barbarici teſtes, ſignáque naufragij.
Perſicáque in tumuli, Xerxémque, crepidine bella
Adde. Themiſtoclem tum ſuper iſta tege.
Pro cippo adiaceat Salamis, mea facta recenſens:
Quid paruis magnum compoſuiſſe iuuat?

Ex Apollonide.

Ælius Auſonij fortis dux agminis; & qui
Torquibus ex auro colla grauata tulit;
Ex morbo accedens ad ineuitabile fatum,
Virtutis reuocat fortia ſigna ſua.
Viſceribus ferrum condit moriturus, & inquit,
Ne ſua ſit morbo gloria, ſponte necor.

Ex Alcæo.

Hoc tumulo indefleta, atque intumulata iacemus
Triginta Emathiæ millia militiæ;
Non leuis Emathiæ hac iactura; ſed illa Philippi,
Vel leuior ceruis, gloria tanta fugit.

Ex Æſchylo.

Hos quoque Parca viros pugnantes fortiter haſtis,
Patria ſeruatur dum pecoroſa, premit.

Funere

Digitized by Google

Funere merſorum ſed viuit gloria; queis tunc
Fortibus Oſſaus condidit oſſa cinis.

Ex Leonida.

Pulueris exigui parua hæc monimenta, viator,
Alloquere, ô miſeri, quiſquis es, Alcimenis.
At quamuis totum rubus, & paliurus acuta
Me tegat: at quondam fortis eram Alcimenes.

Ex Anyta.

Lyda Philippeam prolem vrget Amyntora tellus,
Plurima qui tetigit ferrea bella manu.
Nec dolor hunc morbi deduxit ad infera regna,
Sed clypeo ſocios dum tegit, oppetijt.

Ex Piſandro.

Hippamon viri erat nomen, Baléſque calonis,
Theragrúſque canis, atque Podargus equi.
Theſſalus è Creta Magnes genere, Æmone natus,
Bellum in principijs dum gerit acre, perit.

Ex Noſſide.

Leniter arridens, pretergredere, & bona dicens
Verba mihi; nam ſum Rhintho Syracuſius.

Par-

Paruula Muſarum Philomela; ederacea cui ſunt
Decerpta Tragicis præmia de calathis.

Ex Meleagro.

Noſtra fuit nutrix Tyrus inſula, patria certa,
Quæ colitur Gadaris Atthis in Aſſyrijs;
Muſicus ipſe otium Meleager ab Eucrate duxi,
Súmque Menippeos æmulus ante ſales.
Sin Syrus, haud mirum eſt, hoſpes; patria vnica mundus,
Et chaos vnum hominum protulit omne genus.
Pro tumulo inſculpſi hæc tabulis penè obſitus annis:
Proxima nam morti noſtra ſenecta iacet.
Tu me verboſum, & vetulum ſaluere iubeto:
Sic tibi dent ſenium tangere fata loquax.

Ex Leonida.

Ecquid conijciam de te, Piſiſtrate, Chium
Inſculptum huic tumulo cùm video aſtragalum?
Tene Chium eſſe probat, vel luſorem arguit? atqui,
O bone, tam felix non ita iactor eras.
Fors & rem nondum ſatis aſſequor; an Chia quòd te
Vina necant? ſic eſt, attigimúſque ſcopum.

Ex Teæteto.

Antagoræ incautas ædes, vinóque ſepultas
Hiberno excuſſit tempore flamma latens.

Octo-

Octoginta inerant vel ſerui, aut liberi, & omnes
Eheu tam triſti ſuccubuêre rogo!
Oſſa propinquorum nullus dignoſcere quiuit:
Vrnam habuêre omnes, inferiáſque ſimul.
Vnum omnes tumulum; facilè ſed ſingula cuique
Funera diſcernat Ditis auara manus.

Ex Diodoro.

Et Baccho, & Muſis charus, Diopithe creatus
Cecropides iacet hîc ille Menander, habens.
Exiguum in buſto cinerem: ſin fortè Menandrum
Quæris; in ætherijs quære, vel Elyſijs.

Ex Paulo.

Damocharis fato tellurem vrgente ſubiuit;
Heu dulcis Muſæ barbitos illa ſilet!
Ingens Grammaticæ columen perit; En iterum, ô Cos
Cincta mari, mœres qualia in Hippocrate.

Ex Theodoride.

Síccine Agenoridem Pylium, Æolicæq; iuuentæ
Florem immaturum, Parca inopina, metis.
Fata canes vita exſtimulans? proh, numina diuûm
Implacido Diti quanta rapina iacet!

Ex

Ex Antipatro.

Fare mihi quis ſis, quo natus patre? Philautus
Eucratida: cuias? ſum Thriaſenſis ego.
Qualis vita tibi placuit? ſapientis amica,
Non timidi nautæ vita, vel agricolæ.
Morbus te, aut ſenium leto dedit? hic ego ſponte,
Epotis cyathis, infera regna adij.
Anne ſenex? valde. Quando ſapientibus acta
Reſpondent verbis, ſit tibi terra leuis.

Ex Agathia.

Candaules iacet hîc, cuius cùm fata videret,
Liberat vxorem crimine Iuſtitia.
Nempe viris viſam ſe noluit illa duobus,
Sed vel cui viſa eſt, vel retinêre ſuum.
Candaules meritas pœnas luit ergo, videndam
Ipſe ſuam qui oculis præbuit alterius.

Ex Poſidippo.

Aſtyanax circa puteum quum luderet olim
Trimus, eum formæ traxit imago ſuæ.
Extraxit puerum genitrix fletura madentem,
Addubitans meritò viuat adhucne puer.
Nec Nymphas inceſtauit, ſed matris in vlnis
Dormijt, æterno membra ſopore rigens.

Ex

Digitized by Google

Ex Incerto Auctore.

Pauperie & ſenio confectus, nullus egeno
Et mendicanti quum mihi ferret opem.
Membra tremens ſenſim tumulum procliuis adiui,
Vt vitæ finem ſic facerem miſeræ.
Per me mutatus morientum priſcus erit mos,
Venit poſt tumulum mors mihi ſera meum.

Ex Leonida.

Quæ tu, quóve ſata es, Pariæ ſubiecta columnæ?
Filia Callitelis Prexo: vbi nata? Samo.
Quis voluit tumulare? Theocritus; illi ego quondam
Tradita: quæ mortis cauſſa? puerperium.
Quot nata annos? viginti & duo: num ſine prole?
Non: trimus viuat quum mihi Calliteles.
Ille tibi ſic viuat in annos vſque ſeniles:
Et res ſors, hoſpes, proſperet æqua tuus.

Ex Antipatro Sidonio.

Illa olim diues pictaï veſtis & auri,
Mollicie ſuperans Cyprin, amore potens.
Hic poſita eſt Laïs, bimaris famoſa Corinthi
Ciuis, Pirenes ſplendidior latice.
Mortalis Cytherea, à pluribus illa petita
Quondam, à virgo Tyndaris antè procis.

Vena-

Digitized by Google

Venalem venerem carpentibus, atque lepores:
Huic ſuauis tumulus fragrat odore croci.
Oſſáque odorato reſperſa madent vnguento,
Quin halant nitidæ thurea dona comæ.
Hac ſuper & pulchras rupit Venus aurea veſtes,
Et longùm clamans collacrymauit Amor.
Quòd ni è vulgato meruiſſet lucra cubili,
Vt pro Helena quondam, Græcia in arma ruat.

Ex Incerto Auctore.

Viginti atque nouem mihi pignora Callicratea,
Non tamen vlla horum funera viſa mihi.
Sed centum longæua annos & quinque peregi,
Nec baculi tremulam ſuſtinuêre manum.

Ex Incerto Auctore.

Teſtamur dextrámque manum Plutonis auari,
Atque illaudandæ pulla grabata deæ.
Virginitas ſemper nobis ſeruata pudicè eſt:
Multa in nos acri deblaterata tamen.
Archilocho, qui non generoſos vertit in vſus,
Sed tantùm in bellum carmina fœmineum.
Pierides, cur probroſi indulſiſtis iambi
Prauo in virgineum dedecus arma viro?

Ex Antiphilo.

Arguit iſta loquax hanc, hoſpes, pica loquacem,
Gauiſámque mero fabitur iſte calix.

Penſa operatricem, Cretenſem corniger arcus,
Teſtantur mitræ vincla fuiſſe ſenem;
Hacce columnati talis ſub mole ſepulcri
Fœmina ſcenarum neſcia Bittis ineſt.
Hoſpes aue, atque vale, tenebriſque fruentibus Orci.
Hæc ne te pigeat reddere verba bona.

Ex Antipatro.

Quærebam, & cauſam tacitus rimabar apud me
Quid ſibi vult geminum 1 quod lapis iſte notat.
Scalpellis ſculptum lapicidis: hîcne ſepultus
Forſan habet numero nomen ab vndecimo?
Nempe hoc ſignificat numeri ſubductio bini:
Quid ſi non rectum ſic quoque ſector iter?
An potiùs tumulo hoc infelix conditur Ibis,
Nunc Sphingis nodos Oedipus exſolui.
Laudo ego qui doctis lucem, indoctiſque tenebras
Ænigma ex duplicis litteræ honore dedit.

Ex Agathia Scholaſtico.

Hoſpes, quid ploras? tua fata: an me quoque noſti?
Non equidem; apparet mors miſeranda tamen.
Quis tu autem? Periclea: viro cui nupta? bono. inquam,
Rhetori, & ex Aſia, nomine Memnonio.

Cur

Cur te Boſporius puluis tenet? hoc tibi Parca
Dicat, quæ externa me tumulauit humo.
Liquiſti infantem? qui trimus in ædibus errans
Lac nuper noſtris ſuxit ab vberibus.
O vtinam viuat: ſic, ſic bene, amice, precator,
Grandior vt cùm ſit, tunc mea fata gemat.

Ex Agathia.

Florentem forma, ſplendore, atque arte Camœnæ,
Quæ fuerat ſanctæ conſcia Iuſtitiæ.
Eugeniam iſte tegit puluis, cuiûſque ſepulcro
Præſecuêre comas Cynthia, Muſa, Themis.

Ex Iuliano Ægyptio.

Nomine Pulchra quidem; ſed cui formoſior ore
Mens fuit, heu veris gratia quanta perit!
Nam Veneri penitùs ſimilis fuit; & Venus uni
Viſa viro eſt, reliquis tetrica Pallas erat.
Quæ non plorauit cautes, cùm fortia fata
Ex vlnis illam diripuêre viri.

Ex Incerto Auctore.

Ne tumulum hunc citò prætereas, generoſe viator,
Indefeſſum alacris qui pede pergis iter.
Tum demum aſpiciens ſcitare quis, unde, ſcieſque
Harmoniam generis cuius origo cluet.

 Nam,

Nam, quæ cuncta ferunt laudem mortalibus illi
Nobilitas comis, vita pudica fuit.
Ergo vide hunc tumulum; nam corpore libera tandem
Mens animi ad ſuperas reſpicit alta vias.

Ex Erycio.

Attica mî patria eſt; medijs ſed raptam ab Athenis
Itala bella ſuo me poſuêre ſolo.
Ac me Romanum ciuem fecêre; peremta
Inſula nunc circum Cyzicus oſſa tegit.
Salue altrix noſtra, & tu ſalue noſtra receptrix,
Quæq́; ſuo excepit denique terra ſinu.

Ex Agathia.

Te te quæſo, viator, amico hæc fare marito,
Cùm dabitur noſtram cernere Theſſaliam.
Occidit heu! coniux tua, quam tellure repoſtam
Heu heu Boſporij littoris ora tenet.
At memor eſto illic tumulum mihi ponere inanem,
Coniugis vt ne ſit immemor ille ſuæ?

Ex Damaſcio.

Zoſima quum ſolo prius eſſet corpore ſerua,
Libera nunc etiam corpore facta iacet.

Ex

Ex Incerto Auctore.

Conſumit lapidem tempus, neque parcere nouit
Ferro, vnáque ſecans omnia falce terit.
Sic hoc Laërtæ monimentum, quod prope littus
Frigentis pluuiæ putre liquore fluit.
Herois nomen ſemper iuueneſcit, honóſque;
Tempora carminibus nulla nocere putes.

Ex Bianore.

Oedipodæ natorum vrbs eſt Thebana ſepulcrum:
Tela tamen buſtum viuere ſentit atrox.
Hos nequit Orcus adhuc ſedare, Acheronteq; in ipſo
Pugnant, inque vicem buſta inimica tenent.
Igni etiam eſt ignis contrarius; ô miſerandi
Proh iuuenes! quorum nec potis haſta mori.

Ex Theoſebia.

Tres vidit luctus Medicina, ſciditque capillos:
Funere in Hippocratis primùm, pòſt deinde Galeni,
Nunc iacet Ablabij circum lacrymoſa ſepulcro:
Nempe homines inter pudet, hoc moriente, videri.

Ex Incerto Auctore.

Pauſaniam celebrem medicũ (pater Anchitus illi)
Hîc Aſclepiadem patria condit humus.

Qui multos homines, morborum viribus vſtos,
Arcuit à furuis Perſephones thalamis.

Ex Antipatro Sidonio.

Ille ego, qui ſturnúmque, rapaciáque altiuolantis
Biſtonia arcebam ſemine roſtra gruis.
Petrigeras funda torquens balearis habenas,
Qui nubes auium propuleram Alcimenes.
Amiſi vitam; nam plenus fellis amaror
Dipſadis heu punxit vipera ab ore pedem.
En vt diſpiciens, magnus qua continet aër,
Non vidi pedibus damna voluta meis.

Ex Iſidoro.

Cum viſco & calamis Eumelus ab aëre vixit,
Atque in re tenui libera vita fuit.
Nec ventris cauſſa externa dedit oſcula dextra,
Delicias labor hic, lætitiámque tulit.
Tum viſcum, & calamos natis, pennáſque relinquens
Hic ſitus eſt, poſt bis luſtra peracta nouem.

Ex Incerto Auctore.

Me delphina, noui exemplum miſerabile caſus,
Admonit terra triſtis hyems pelagi.
Sed miſerata tamen terra eſt, pietáſque videntem
Actutum mota me tumulauit humo.
Nulla fides pelago: genitrix me perdidit vnda,
Parcere qua generi neſcit acerba ſuo.

Ex

Digitized by Google

Ex Agathia Scholaſtico.

Heu Lyricæ vatem muſa, decimámque camœnam
Et Roma, & Phariæ contegit iſte lapis.
Nunc omnis moritur cantus moriente Ioanna,
Et citharæ ceſſant, & lepor omnis abeſt.
Forſitan & Muſæ ſtatuêre habitare, Ioanna,
Poſthabito tmulum nunc Helicone, tuum.

Ex Agathia.

Robuſtum venatorem Panopea leonum,
Pantheráſque bonum figere denſipilas.
Hic tumulus condit; nam terra dirus ab ima
Scorpius occidit, montinagúmque pedem.
Punxit: at illa iacent iacula, & venabula, quæ nunc
Heu debent tutis ludibrium capreis.

Ex Incerto Auctore.

Balliſtam, arma famelica, pauper habebat Ariſton,
Hinc anates, varias hinc iaculatus aues.
Senſim iter adgrediens cæcum, doctuſque volucres
Paſcentes limis fallere luminibus.
Nunc datus ille orco eſt; telum ſtridore, manúque
Nunc vacat; ad tumulum præda petita volat.

Ex Argentario.

Quæ plus dilexit Bacchum quàm quæ dedit Ino
Vbera, Ariſtomache garrula anúſque bibax.
Mortua quum terras ſubijſſet, & omnis abiſſet
Spiritus, exhauſtis antè meri cyathis.
Minoëm eſt affata, Leuem huc mihi protinus vrnam
Siſte, feram nigram mœſti Acherontis aquam.
Ipſa etiam ſponſum occidi: ſed talia finxit
Infrà etiam vt poſſet læta videre cadum.

Ex Antipatro.

Quid querar? an Bacchum culpem, an potiùs Iouis imbrem
Incuſem? lubricos tentat vterque pedes.
Namque ſatur rediens conuiua Polyxenus olim,
Cùm de præcipiti fortè labaſſet agro.
Hîc iacet Æolide Smyrna procul: vuidus ergo
Hinc diſcat pluuiam noctè timere viam.

Ex Agathia Scholaſtico.

Carpebat gaudens aliena vxoris adulter
Furtiua illiciti gaudia concubitus.
Culmine cùm toto ſubitò rùit, atque ſceleſtis
Corporibus nexum preſſit vtrumque domus.

Vin-

Digitized by Google

Vincula vtrumque tenent communia; corpus vtrumque
Vnum ſit, nexus coniugiíque manet.

Ex Leonida.

Aſpirent nautis aura: ſin triſtior illis,
Vt mihi, ad Orcinos proximat vnda lacus.
Non culpanda vnda eſt: ſed tantùm audacia nautæ,
Soluerit è tumulo qui retinacla meo.

Ex Platone.

Naufragus en ego; ſed fuit occidentibus vndis,
Interna tunica me ſpoliare, pudor.
Nunc è tantillo proh! quanta iacula lucro
Fert duri auſa hominis me ſpoliare manus.
Induat ille quidem per me licet, & ferat Orco,
Nec Minoa gerens noſtra latere queat.

Ex Simonidie.

Hos olim è Sparta Phœbo ſpolia alta ferentes
Vna vnda, vna ratis, nox ſimul vna tegit.

Ex Statyllio.

Erynæum vetulum, vilis cui tota faſelus
Vita erat, & totus, retia iacta, labor.

Digitized by Google

Aſpra graui maris vnda Noto ſubmerſit, & ipſis
Reddidit exiguo tempore littoribus.
Palmas ambeſum: an piſces ratione carebunt,
Inſtrumenta ſuæ qui necis, vna vorant?

Ex Hetruſco Meſſenio.

Vna Hieroclidem ad vitam ratis egit, & Orcum,
Vtrumque officium gratificata ſeni.
Vt piſcantem aluit, ſic caſſum luce cremauit,
Cum venante comes, cum moriente comes.
Felix qui propria pelagus piſcator adiuit,
Qui propria ſtygias naue petiuit aquas.

Ex Aſclepiade.

Qui tumulum ad noſtrum fortè accidis, hoſpes, inanem,
Cùm Chion aduenies, inque Meleſagora.
Quæſo patri, periiſſe ratem cum mercibus, & me,
Flante Euro, Euippi nomen inane manet.

Ex Iuliano.

Hypatij en tumulus; ſed non habet ille cadauer,
Tantus quum tanti ſit ducis Auſonij.
Nam verita exiguum magno tribuiſſe ſepulcrum
Terra viro, tumulum maluit eſſe mare.

Digitized by Google

Ex Antipatro.

Semper idem omne mare eſt ; ſtultum eſt hic Cycladas , atque
Anguſtam vndam Helles , ſaxaq́, acuta qveri ;
Fruſtra hoc nomen habent : ſi dum fugio illa pericla ,
Scarphei portus me grauis vnda tegit .
Pro reditu votum faciat qui nauigat : vnda
Non mutant : Situs hîc hoc ſcit Ariſtagoras .

Ex Incerto Auctore.

Mercatorem olim , nuperque Philocriton agri
Cultorem tumulo hoc extera Memphis habet.
Scilicet huc Nili præceps ſe contulit vnda ,
Atque noui glebas obruit agricolæ .
Euaſit ſæuum viuus mare , mergitur vndis
Nunc miſer , & veluti naufragus hicce iacet .

Ex Xenocrito.

O miſeranda , madent tibi adhuc ſalſugine crines ,
Naufraga Lyſidice , quum maris vnda tegit .
Nam cùm turbarent venti , pelagíque timeres ,
Virgo minas , cadis heu ſub caua ligna trahis ?
Ipſe tuum nomen tumulus , patriámque loquetur
Tarſon ; at oſſa vagans littoris vnda lauat .
Quàm dolet heu ! genitor ; nam quam nuptum dabat , heu ! nec
Virginem habet , ſed nec triſte cadauer habet .

Ex

Digitized by Google

Ex Simonidie.

Terra quidem corpus tegit extera, Cliſthenes; at te
Euxinum errantem per mare Parca rapit.
Sic dulcis reditus tibi ſpes fuit irrita, longè eſt
Et domus, & pelago patria cincta Chios.

Ex Antipatro.

Et deſolata tectum ſub rupe cadauer
Sæua fatigabit me maris vnda Lyſin.
Auribus horrendùm ſtridens, ſurdóque ſepulchro
Cur propter pelagi me poſuiſti aquas?
Quod vita priuauit eum qui nondum onerata
Naue, at remigio nauta erat exiguo.
Naufragum faciens: ſic dum mihi vita per æquor
Quæritur, e medio mors mihi tracta mari eſt.

Ex Incerto Auctore.

Autumnum noſtræ populauit auara iuuentæ
Vis D tis, tumulo hoc condit auita ſilex;
Ætherij proles Ruffinus nomine dicor,
Fruſtra equidem natus, ſed genitrice bona.
Doctrina multùm florens, viridíque iuuenta,
Heu tenebras iuuenis Tartara doctus habet.
Ne lacrymis hæc parce tuens monimenta, viator;
Nam te vel natum credo, vel eſſe patrem.

Ex

Ex Agathia Scholaſtico.

Aſſiduus iuris cultor fuit Agathonicus;
Sed leges neſcit Parca timere ferox.
Nam raptum priuans ſapienti iure peremit,
Iuſta ætas nondum quum tetigiſſet eum.
Ad tumulum æquales miſerè fata aſpera deflent,
Ornaménque ſui dulce ſodalitij;
Ipſa comam genitrix vellens ſua pectora tundit,
Non ignara vteri quis fuit antè labor.
Felix ille tamen iuuenili extinctus in æuo,
Morte cita vitæ tot mala damna premens.

Ex Paulo Silentiario.

Maturè thalamum, tumulum immatura ſubiſti,
Flos quondam Charitum primule, Anaſtaſia.
Nunc lacrymas fundit tibi cum genitore maritus,
Forſan & vmbrarum portitor ipſe Charon.
Vix etenim totum vixiſti ſponſa per annum,
Quæ ſex hic annos nata, decémque iaces.

Ex Eratoſthene.

Innumerabilium exſtinxit ver dulce leporum
Ah tibi crudiuora tabida mortis hyems!
Soli æquale decus rapuit manus atra ſepulcri,
Cùm te annus caperet quintus ab vndecimo.

Mæſti-

Digitized by Google

Mæſtitiam patri atque viro tua fata dederunt,
Quorum magnus erat ſplendor Anaſtaſia.

Ex Iuliano.

Crudelis Parca eſt; mitis magis: heu iuuenem, eheu
Suſtulit! at ſenibus mente animóque parem;
Lætitia vacat omni, & cura liber ab omni eſt:
Coniugio caruit, coniugiíque malis.

Ex Paulo Silentiario.

Pro thalamo tumulum tibi, virgo puella, parentes
Struxerunt manibus triſtibus, atque pijs.
At tu incommoda vitæ, Lucinaq; labores
Vitaſti, hoc luctus nubes amara tegit.
Namque duodennem Macetum te terra recondit,
Et forma iuuenem, moribus atque ſenem.

Ex Parmenione.

Hic Helene iaceo; luctu quam duplice mater
Proſequitur, fratris morte recente dolens;
At dolor eſt vnus: ſponſis namque omnibus æquè,
Quæ nulli fueram propria, fleta fui.

Ex Crinagora.

Multa ſuum quondã (nec dedecus) inſula nomen
Reſpuit, humano nomine læta magis.

Sicque

Digitized by Google

Sícque Cupidineas fas ſit vos dicere; grande eſt,
Vobis mutatis nomen in hocce, decus.
Nam puero, cui veſtra dedit nunc gleba ſepulcrum,
Ipſe indulſit Amor nomen & ora puer.
O terræ moles, vicináque littoris vnda,
Tu puero lenis, tu iaceáſque leuis.

Ex Antipatro.

Me tellus Afram tenet Auſonis, ac prope Romam
Sum ſita, arenoſo littore virgo ſuper.
At Pompeia altrix, domina & mea, flet quaſi natam,
Méque iubet tumulo liberiore frui.
Tædæ aliæ intentam occupat hæc, nec vota ſecundum
Noſtra, ſuam accendit Perſephonea facem.

Ex Antipatro.

Hoc tumulo Rhodope, genitríxque Boïſca iacemus;
Nec ferrum, aut morbus cauſa fuêre necis.
Ipſa, cùm patriam vaſtarent bella Corinthum,
Cœpimus egregiæ mortis obire genus.
Nam mea me mater letalis robore ferri
Percuſſit, vitæ prodiga & ipſa ſuæ.
Suſpendit collo laqueum: Quia libera nobis
Seruili mors eſt anteferenda iugo.

Digitized by Google

Ex Agâthia Scholaſtico.

Non vltrà, ô perdix, ſcopuloſis exſul ab agris
Te claudit tenui vimine facta domus.
Matuta nec purpureos ſplendentis ad ortus
Fomenta alarum ſumma repente quatis.
Dira tuum feles caput abſcidit, abſtulit, eheu
Multa alia! & guttur non ſatiauit atrox.
Non leuis oſſa tegat puluis tua, ſed grauis, vt ne
Poſſit, quod reliquum eſt, eruere illa tui.

Ex eodem.

Nempe mea rapta perdice, domeſtica feles,
Nobiſcum ſperat viuere poſſe domi.
At non, chara mihi perdix, inhonora iacebis
Mortua; cadam hoſtem te ſuper ipſe tuum.
Et niſi, quod tumulo dedit olim Pyrrhus Achillis,
Dem, ſemper turbas debilis vmbra dabit.

Ex Anyta ſiue Leonida.

Occidit agreſtis nuper philomela locuſta,
Occidit & querna ſede cicada cubans.
Fletum vtrique Myro dedit, & cõmune ſepulcrum,
Quando illi Orcus atrox ludicra bina rapit.

Ex Meleagro.

O ſomni inductrix, mei amoris pauſa locuſta,
O muſa arualis alicanorigera.

Na-

Digitized by Google

Natiuúmque Lyræ ſimulamen, dulce quid alis
Et pedibus vibrans emodulare mihi.
Vtque adimam vigiles curas, ordire, locuſta,
Diductæ vocis carmen amoriuagum.
Hinc tibi manè feram vernantis munera porri;
Et ſcindenda ori roſcida fruſta tuo.

Ex Leonida.

Exiguus quamuis, ipſóque in limine nobis
Pro tumuli iniectus pendet honore lapis.
At meritò tamen eſt, hoſpes, laudanda Philænis;
Nam quæ ſpinoſis antè locuſta locis.
Vixi, cantantem geminis dilexit ab annis,
Nunc poſtquam ſeris ſum viduata ſonis.
Impoſuit tumulo, nec ſpreuit luce carentem,
Eductaq́ue diu parua ſepulcra dedit.

Ex Mnaſalco.

Hoſpes, aëripedis fulicæ tumulum aſpicis, olim
Cui rapidum tellus nutrijt alma genu.
Nam curſu multas æquauerat impigra naues;
Ales uti, in longas vſque ſecula vias.

Ex Paulo Silentiario.

Pieridum os ſapiens diuinum hic condit Homerum
Rupis honorandus littoreæ tumulus.

Digitized by Google

Quòd ſi parua virum quum ſit capit inſula tantum,
Hoſpes, mirari deſine, quiſquis eris.
Namque ſoror Delus Latonæ erroribus acta
Accepit partus matris Apollineos.

Ex Antipatro.

Qui Tragicam vocem, & ſublimis verba Camœnæ
Firmauit tereti primus in eloquio.
Æſchylus Euphorionis, Eleuſinijs procul oris
Hîc iacet, & tumulo Tanariam decorat.

Ex Incerto Auctore.

Quamuis flebilibus fatis, Euripide, obiſti,
Et fueris canibus cœna petita feris.
Mopſopium decus, & ſcenarum dulcis aëdon,
Cui Tragica eſt ſophiæ gratia mixta bonis.
Pellæum ad tumulum tamen hîc ades, vt loca Muſis
Sacra colas, quarum cultor amicus eras.

Ex Erycio.

Ad nitidum ſemper tumulum tibi, dîe Sophocles,
Scenales ſerpant mollipedes ederæ.
Et tua taurigenæ libent monimenta volucres,
Vndique Hymettæi melle rigata faui.

Digitized by Google

Vt fluat Actæi libri tibi cera perennis,
Vtque tuas cingat multa corona comas.

Ex Agathia Scholaſtico.

Te cantare choris ſolitum, natúmque Sophili,
Et ſidus Muſæ Cecropium Tragicæ.
Cui ſæpe in thymele & ſcena florénſque virénſque
Cinxit Acharnenſis tempora vara edera.
Hunc tumulus tenet, & terræ pars parua: quod aui
Reſtat, in æternis aſpicias folijs.

Ex Antipatro Theſſalonicenſi.

Ex ſaxo ne noſce virum: non grande ſepulcrum
Cernis; ſed magni quod tegit oſſa viri.
Cognoſces Alcmana, bonum pulſare Lacænam
Barbiton, hunc Muſis annumerare decet.
Ille iacet, geminis terris contentio, Lydus,
Siue Lacon; multas vates habet patrias.

Ex Antipatro Sidonio.

Quadruplices edera tua tempora, Anacreon, ornent,
Et tenera ex pratis purpureis folia.
Et niueo fontes erumpant vndique lacte,
Fundat odoratum terra benigna merum.
Munus vt oſſa, ciniſque tuus lætabile carpant:
Tangere ſi manes lætitia vlla poteſt.

Ex Incerto Auctore.

Hoſpes, Anacreon hoc tumulo ſum, tu mihi partem
Funde meri; ſiquidem potor eramque meri.

Ex Agathia.

Antiochenſi vrbi ne dixeris iſta, viator,
Ne forſan rurſus Caſtalis vnda gemat.
Ante diem Muſas Euſtorgius ille reliquit,
Irrita Romani ſpes cadit ille fori;
Vix annos ſeptem atque decem confecit, inanem
In cinerem ætatis vertit adulta ſeges.
Terreſtri tumulo nunc conditur, inque vicem huius
Nil præter nomen cernimus, & tabulas.

Ex Incerto Auctore.

Heu! triſti fato interijt Theodorus, & vnà
Priſcorum vatum turba canora perit.
Omnis enim ſpirabat eo ſpirante, cadente
Tota cadit; moles vnica cuncta tegit.

Ex Incerto Auctore.

Heu procul Italia iaceo, patriáque Tarento!
Ægrè hoc diſſidium plus quoque fero.

Talis

Talis & erronum vita eſt inuita; at amarunt
Me Muſæ, hoc inter tot mala dulce mihi eſt.
Morte Leonidium non eſt delebile nomen;
Semper Muſarum me ſacra dona canent.

Ex Diotimo ſiue Leonida.

Ipſæ conſperſæ denſa niue per iuga montis
Ad ſtabulum armenta mox rediêre boues;
Therimachus longum heu! ſomnum dum dormit, opaca
Sub quercu, ætherij tactus ab igne Iouis.

Rhetoris Antipatri tumulum aſpice: qualia, quanta
Spirabat viuens, Græcia teſtis erit.
Sed dubitatur adhuc, Nilo ſit, an ortus Athenis;
Nam certè terra dignus vtraqu fuit.
Quin & origo, vt fama refert, his vrbibus vna eſt,
Atque hæc. ſorte fuit Palladis, illa Iouis.

Ex Philippo.

Architeles lapicida, peremto Agathanore nato,
Mox miſeris tumulum compoſuit manibus.
Ah! lapis ille fuit lacrymarum extuſus ab imbre,
Iamque liquens, non quem ferrea ſcalpra premunt.

Eſto, ô cippe, ſito leuis, vt verè autumet ille,
Impoſuit lapidem rite paterna manus.

Ex eodem.

Multa ſuper tumulo genitrix lacrymoſa puellæ
Æuibrenis nata eſt vociferata ſuæ.
Charam animam complexa Philænidis, ante hymenaeos
Quæ viridem euaſit nigri Acherontis aquam.

Ex Incerto Auctore.

Nil liqui in tellure, Charon feret omnia: cauda,
Cerbere, adulanti me quoque noſce canem.

Alia Epitaphia varijs auctoribus interpretibus.

Mortales cunctos excedens moribus æquis,
Diuus Ariſtoclees hoc iacet in tumulo.
Si Sophiæ quiſquam præconia magna ſecutus,
Hîc ſibi multa tulit, liuor & omnis abeſt.

Cùm ſis mortalis, fatóque obnoxius vſque,
Nil reputes tanquam non moriturus agas.
Nulla etenim fragilis certa eſt fiducia vitæ,
Sed quocunque petas, mors datur vna comes.
Mortuus eſt igitur Caſſander, humíque ſepultus,
Natura indignus vir tamen ille mori.

Caſ-

Caſmylus hîc iaceo, quondam qui Pythia caſtu
Vici, me genuítque Euagoras Rhodius.

Quatuor hic tumulus fratres complectitur, ex his
Lux ſimul vna duos & parit, & perimit.

Fortis erat bello Timocritus, hîc iacet ergo,
Fortibus haud parcit Mars ferè, ſed timidis.

Iſta Neoclidæ gnatos habet vrna gemellos,
Seruitiò hic patriam liberat, hic vitio.

Nos Lacedæmonijs refer hîc, peregrine, iacentes,
Exhibito illorum vocibus obſequio.

Eubœæ fuimus Eretrum genus, ac prope Suſas
Condimur, heu! noſtra tam procul à patria.

Primus ego Æmathiam bellis agitare Philippus
Auſus, in Ægæa ſum tumulatus humo.
Rex mihi par factis nemo: ſi ſe tamen vllus
Altius extulerit, ſanguinis ille mei eſt.

Abdidit hac tellure latro me fraude necatum
O vtinam talem ſentiat ille necem.

Multa bibens; tum multa vorans, malè denique dicens
Multis, hîc iaceo, Timocreon Rhodius.

Viſus, heri nobis longo digniſſimus æuo
Charmitus, in terram conditus eſt hodie.

Illa fuit ſoboles multùm dilecta parenti,
Vſqueadeo nullus craſtina nouit homo.

Quinquennem rapuit puerum immiſerabilis Orcus
Curarum vacuum, nomine Callimachum.
Sed me flere caue. Nam paucos, vt breuis, annos
Vixi: ſic vita pauca ſiniſtra tuli.

Theſſalus Hippocrates, Cous genere hac iacet vrna,
Phœbi immortali ſemine progenitus.
Crebra trophea tulit morborum armis medicinæ,
Laus cui magna, nec id ſorte, ſed arte fuit.

Hæc vetulæ ſunt buſta Maronidos, illius acta
Sculptilis è petra cantarus iſte notat.
Ebria ſemper erat, tum garrula, ſed neque prolis,
Exhauſtíve patris nec dolet illa vicem.
Hoc queritur craſſa nunc ſub tellure vel vnum,
Quòd deſit Bacchi copia larga ſibi.

Naufragus hac ſitus eſt, iacet illa ruſticus vrna,
Ad Styga ſiue ſalo par via, ſiue ſola.

Neutra habet integrum, nec terra, nec vnda ſepultum:
Æqua adeò pars nunc ceſſit vtrique mei.
Nam piſces carnem medio abſumpſere profundo,
Oſſa ſed in gelido littore ſparſa iacent.

Or-

Digitized by Google

Orphea candenti transfixum fulmine Thracem,
Cum curua Aonides hic poſuere lyra.

Occulit hic corpus diuini terra Platonis,
At ſuperas ſedes ſpiritus ipſe tenet.
Ariſtone ſati. Procul hunc diuina videntem,
Longè habitans ſeruat vir bonus, atque colit.

Omnia nauclero porto, nil orbe reliqui:
At cane terretur, Cerbere dire, canis.

Nempe hic exiguus tumulus, ſed ſydera ſcandit
Gloria, ſunt cuius hæc monumenta Thalæ.

Petra Prienæum tegit hæc bene culta Biantem,
Ornamentum ingens qui fuit Ionijs.

Hic ſitus eſt Bias, Hermes quem duxit ad Orcum
Albentem niueis tempora cana pilis.
Vt cauſam dixit ſocij, inclinatus in vlnas
Mox pueri, ſomnum ſoluitur in tenuem.

Tantum habeo quantum didici. quantumq́ labore
Percepi, & ſtudio, rapuit ſed cætera faſtus.

Seruus Epictetus genitus ſum, corpore claudus,
Paupertate Irus, dijs & amicus ego.

Me leo conſpiciens inhiat, ſuſtollit arator
Mox iuga, mox clauam paſtor & ipſe mouet.

Extinxi Nemeëſque feram, Lernámque peremi,
Et taurum, cecidit dilaceratus aper.
Baltheon abripui, Thraci'que armenta cecidi:
Geryonem ſtraui, pomáque fulua tuli.
Augeam noui, capta eſt fera, auéſque fugatæ,
Hinc, cane deducto, præmia cœlum habeo.

Olim talis eram venerando ſplendida vultu,
Cùm populis dixi regia iura meis
Pectoribus non illa tamen mens inſita noſtris,
Qualem circunfert publica fama, fuit.
Æneas etenim nunquam mihi viſus, & ille
Nec Libyæ campus tempore noſter erat.
Ancipiti ſed ego pectus mucrone peregi,
Quum fugerem lectos, improbe Iarba, tuos.
Dicite Pierides, quis enim furor iſte, Maronem
Carmine non meritam ſic lacerare ſuo?

Plectra mouet cythara, ſtimulúmque exercet amoris,
Atque animum, atque lyræ pulſat vtroque fides.
O miſeros quoſcunque odit! cui riſerit autem
Alter hic Anchiſes, alter Adonis hic eſt.
Cuius aues, hoſpes, clarum ſi noſcere nomen
Et patriam, Mariæ eſt nobilis è Pharia.

Cypris,

Cypris, Amor, Charites, Nymphæ, Bacchusq́, & Apollo
Iurârunt, ſeſe hîc velle habitare ſimul.

Alia Epitaphia Lilio Greg. Gyraldo interprete.

LINI.

Thebanum iſta Linum ſuſcipit terra cadentem;
Vraniæ natum, quæ bene ſerta gerit.

ORPHEI.

Orpheus hîc poſitus cithara ſpectabilis aurea
A Muſis, triſido qui Iouis igne perit.

EIVSDEM.

Orphea Muſarum famulum hic Traces poſuere,
Qui cecidit rapido fulminis igne Iouis.
Filius Oeagri Alcidæq́; magiſter, & idem
Scribendiq́; notas repperit & Sophiam.

EVMOLPI.

Eumolpi charum tenet ora Phalerica natum
Muſæum, functum corpore in hoc tumulo.

HOMERI.

Sacrum hîc terra caput diuinum claudit Homerum,
Heroum atque virum cecinit qui fortia facta.

HESIODI.

Fertilis Aſcra quidem patria eſt verùm morientis
Pugnaces Minyæ condita membra tenent.

He-

Heſiodi, cuius ſupra omnes plurima laus eſt,
Spectatoſque viros iudicio Sophiæ.

TIMONIS.

Hîc ſum poſt vitam miſeramq; inopemque ſepultus,
Nomen non quæras, dij lector te malè perdant.

DEMETRII.

Concupit exanimum quem viuum ſpreuerat olim,
Dat tumulus lites & ſimulachra viris.

THEOCRITI.

Non ego Chius qui cecini iſta Theocritus, vnus
Sed ſum de multis ipſe Syracuſius.
Praxagora natus patre, præſtantiq; Philina
Muſam produxi nunquam alienigenam.

ÆSCHYLI.

Atticus Euphorione ſatus ſub mole ſepulchri eſt
Æſchylus, hac iuxta pinguia culta Gelæ.

EVRIPIDIS.

Eſt monumentum Græcia tota Euripidis oſſa
Terra tegit Macedon, hîc vbi fata tulit.
Patria Græcia Græciæ, Athenæ, plurima muſas
Delectans, ex multis hoc quoque laudis habet.

THEODECTI.

Iſta Phaſelitem tellus gremio Theodecten
Claudit, Olympiades quem coluere deæ.

ARCHILOCHI.

Archilochi hic tumulus, rabie quam armauit iambi
Mœnidæ cupiens Muſa placere ſuo.

ME-

MEGISTHEI.

Nobilis hoc buſtum eſt, Medi occidere, Megiſtei
Sperchion ad fluuium, ſed tamen vltus obit.
Qui vates obitum quamuis præſciuit adeſſe
Noluit hîc Spartæ deſeruiſſe duces.

SOLONIS.

Mors mea ne careat lacrymis linquamus amicis
Mœrorem, vt celebrent funera cum gemitu.

Ex Maiorano Salentino.

BESSARIONIS.

Beſſarion feci hunc tumulum, qui condecet oſſa
Venerat vnde olim ſpiritus aſtra tenet.

IOANNIS LASCARIS.

Laſcaris in terra eſt aliena terra ſepultus,
Nec nimis externam quod quereretur erat.
Quam placidam, ô hoſpes reperit, ſed deflet Acheis
Libera quòd nec adhuc patria fundat humum.

Alia Epitaphia Daniele Heinſio interprete.

ORTHONIS.

Præcipit hoc Orthon Siculus: ne forte Viator
Ebrius hybernæ tempore noctis eas.
Namque ego ſic iaceo: pro puluere nempe paterno
Externa peregri contumulatus humo.

ALIVD

ALIVD.

Æuo parce tuo, tempeſtiuuſque, Viator,
Nauta, ſcias vitæ tempora pauca tuæ.

EVSTHENIS PHYSIONOMONIS.

Euſthenis hic tumulus: mores dignoſcere ab ore,
Eque oculis mentem cernere doctus erat.
Nunc pulchre a ſocijs peregri eſt peregrinus humatus:
Gratus vbi cunctis vatibus ille fuit,
Omnia quæ decuit peregri tulit ipſe ſophiſta:
Cui procul a patria turba propinqua fuit.

EVRYMEDONTIS.

Filiolum paruum liquiſti: raptus & ipſe
Vix iuuenis, nunc hic conderis Eurymedon.
Et tibi nunc ſedes Heroum in ſedibus; illum
Virtutis patriæ nomine, turba colet.

CLITAGORÆ.

Quiſquis ades paſtor, qui culmine paſcis in illo
Et maribus capras iungis oueſque ſuis.
Clitagoræ paruum, ſed gratum perfice munus
Perfice nocturnæ nomine Perſephonæ.
Fac balent mihi ſemper oues, petraque recumbens
Paſtor, eas grato detineat calamo.
Et ſua vere nouo carpens per paſcua flores
Ruſticus, in noſtrum ſerta ferat tumulum.
Lacque aliquis circum fœcundæ mulgeat agnæ
Matris, & impreſſis ſtillet ab vberibus.
Ima rigans tumuli. Manet hoſpes, Manibus ipſis
Gratia, poſt ſeros quam referant cineres.

Ex

Ex Tito Veſpeſiano Stroza.

PHYLLOROES.

Qui legis hæc, legito ſummiſſius, & caue quæſo
Nympham vllo turbes, quæ cubat hic, ſtrepitu.
Viuere credibile eſt, placidóque quieſcere ſomno
Phillöroëm, quæ non digna mori fuerit.

ENDYMIONIS.

Hic tener Endymion Vates tuus, alme Cupido,
Ardor Nympharum, deliciæq́; iacet.
Naiades Eridano puerum videre natantem,
Corripuit cupidas candida forma deas.
Dum pariter certant captum retinere ſub vndis,
Immeritæ miſero cauſa fuere necis.
Illum Amor, & Charites, illum fleuere Camœnæ,
Illius ingemuit funere mœſta Venus.

THALEIÆ.

Impia te poſtquam duri violentia fati
Eripuit charo chara Thaleia viro.
Hanc vtinam tecum licuiſſet ponere vitam,
Morte vel in lucem te reuocare mea.
Coniugio fœlix victor Panonius olim,
Nunc ſine te mœſtis deſeror in lachrymis.
Et tua non tantum facies inſignis, & ætas
Intercepta ſuam me mouet ante diem.
Sed pudor, & priſca occurrit pietatis imago,
Excultúmque bonis artibus ingenium.
At quoniam noſtris per gratia ſenſibus hæſit,
Vnáque mens nobis, vnáque cura fuit.
Hoc ſimul ambobus poſui commune ſepulchrum,
Quod tua cum noſtris oſſibus oſſa tegat.

IOAN.

IOAN. PROXENETÆ.

Hîc, Pelicane, iaces, quem febris acerba peremit,
Nobilis ingenij dexteritate tui.
Vendenti nemo melius componere ementem
Nôrat, nec lingua promptior vllus erat.
Profuit, & nocuit tua quondam induſtria multis:
Párque in te probitas, improbitáſque fuit.

BVCEPHALI.

Gloria nobilium tegor hîc inſignis equorum
Raptus inaudito funere Bucephalus.
Acer enim volucri dum tollor in aëra ſaltu,
Implicito excuſſus crure pependit herus.
Labitur enſis, humi capulus defigitur, at me
Transfixum leto cuſpis acuta dedit.

GVARINI VERONENSIS.

Hunc tibi conſenſu tumulum Ferraria magno
Pro meritis poſuit, clare Guarine, tuis.
Tu pater eloquij, geminæ tu gloria linguæ,
Præcipuus iuuenem tu moderator eras.
Te duce noſtra vigens ſtudijs florentibus ætas,
Pierio priſcis certat honore viris.
Nec Verona minus tali ſe iactat alumno,
Quam veteres celebri nomine tollit auos.
Primus & extremus te nouerat orbis, & vltra
Humanum virtus ſe tulit iſta gradum.
At nos hîc ſenio reſolutos condimus artus,
Candida ſydereas incolit vmbra domos.

EIVSDEM.

Hic veneranda tegit magni lapis oſſa Guarini;
Vtraque lingua ſuo mœreat orba patre.
Hoc Verona decus terris dedit, abſtulit ætas
Longior, ad ſuperos mens pia fecit iter.

LAVRENTII ROVERELLÆ EPISCOPI Ferrarienſis.

Tu decus vrbis eras, magnæ ſolertia mentis,
Laurenti, ad magnas res tibi fecit iter.
Nec contenta fuit Latijs tua gloria terris,
Sed toto nomen claruit orbe tuum.
Romanus quaſcunque plagas te paſtor adire
Iuſſit, vbique tibi dextera fama fuit.
Gallia te ſtudijs florentem vidit, & omne
Officium grato præſtitit obſequio.
Te venerata ferox Germania. norat Iberus,
Quid tibi conſilij, iuſtitiaq́ foret.
Te duce Pannonij ſæuos fregere Boëmos,
Bellaque pro ſancta ſunt tibi geſta fide.
Amiſſo triſtis Ferraria præſule luget,
Mœſta ſuum deflet gens Rouerella patrem.
Nunc fratrum in patriam cura eſt tranſlata tuorum:
Hoc tua ſub tumulo clauſimus oſſa. Vale.

MARGARITÆ.

Quæ fuit exemplum cœleſtis nobile formæ,
In quam tot laudes, tot coiëre bona,
Margarita ſub hoc tegitur Peregrinia ſaxo;
I nunc, atque mori numina poſſe nega.

DOMICILLÆ STROZIÆ.

Heu quàm præclari ſoluerunt vincula parcæ
Connubij, perijt quo domicilla die!
Quicquid enim potuit dignum & laudabile dici,
Huic ſuperos nemo contribuiſſe neget.
Tito iuncta ſuo tria luſtra peregit, & annos
Pene duos, octo vixit olympiadas.

GINEVRÆ CASTELLÆ.

Clara bonis animi, naturæ prædita cunctis
Dotibus, hîc leto rapta, Gineura, iaces.
Vir tibi Caſtellus, pleno ſimul omnia quo tu
Optima ſucceſſu conſequerere, fuit.
Egiſtis dulces animis concordibus annos
Et vos vnus amor iunxit, & vna fides.
Hoc ſine (quis credat?) tu cœlum inuita petiſti:
Hic ſine te infelix viuere poſſe negat.

Ex quodam.

BVDEI.

Budæum fleuere homines, plorauit & aër,
Budæus gelidis eſt quoque fletus aquis.
Sic fleuere homines, vt plena volumina mœſtis
Carminibus quiuis Bibliopola terat.
Sic aër luxit, conſumptis vndique nimbis,
Vt iam, quas plueret, non reperiret aquas.
Flumina ſic flerunt, vt quà modò nauis abibat,
Currat inoffenſis ſicca quadriga rotis.

Reſta-

Digitized by Google

Reſtabat cœlum & tellus, communis vt omni
Quanlibet immenſo mœror in orbe foret.
Sed quum cœlum animam Budæi, terra cadauer
Poſſideat, quæſo, qua ratione fleant?

CVIVSDAM.

Marmore de Pario nullas hîc ſtare columnas,
Æra nec artificis viuere iuſſa manu.
Nec tumuli cernes operoſam ſurgere molem,
Qualia Mauſoli fama ſepulchra canit.
Scilicet, hos titulos, hos quærere debet honores,
Qui nil, quo melius nobilitetur, habet.
Hic autem magni quondam pars magna Senatus,
Aut nullo, aut ſolo .... Catone minor.
Quem ſic eripuit virtus ter maxima morti,
Viuat vt extincto poſthumus ipſe ſibi.
Mortuus è tumulo famam cur captet inanem,
Illi quam viuo vita peracta dedit?
Imò ſi verum fas nobis dicere: ſed fas,
Dignus, qui tumulo non tegeretur, erat.

IACOBI BELNENSIS.

Hunc ſibi Belnenſis tumulum quem cernis inanem,
Struxerat, inuidit cui laqueus tumulum.
Debuerat certè, ſors ſi foret omnibus æqua,
Tardius hic fieri, vel prius ille mori.

DVCIS ANGVIENNENSIS.

Quum nuper gladios, & fortem euaſeris hoſtem,
Hic, Franciſce, iaces, nec tamen enſe iaces.

Ex Gerarto Falkenburgio qui ad imitationem Bionis ſcripſit Epitaph.

IOAN. FLEMING.

Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu
Flemingus cecidit, quem Muſæ ſæpe requirunt.
Quem Charites viuum; quem comtus amauit Apollo.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.
Nox erat, & dulcis carpebant munera ſomni
Stertentes famuli, nec erat faber vllus in vrbe
Excitus ſtratis, omni cùm caſſa pudore
Venit odoratum pulſans mors atra cubile,
In quo Flemingus coniúxque iacebat honeſta,
Et iaculo emiſſo vitalia ſtamina rupit.
Defleo Flemingũ, Muſis lacrymantibus, heu, heu
Uxor at, vt ſubita ſublatum morte maritum
Vidit, ait, Coniux oculis mihi carior, vna
Ocyus aufugiam nunc te fugiente ſub vmbras;
Nec volo, nec cupio ſine te ſupereſſe marito.
Hei mihi quòd memet redimi moriente nequires.
Hei mihi nemo poteſt crudelia vertere fata.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.
Eſt locus egregia Flemingi nobilis arce
Nomine Vinnegemum, celeberrimus vbere gleba,
Mercurij procul haud fano, quà cuncta quot annis

Digitized by Google

Alma Ceres largis granaria frugibus implet.
Sæpe ibi Hamadryades vicini in limite ſaltus
Flemingo faciles viuo duxere choreas.
Sæpe illi accinuit cithara philomela canenti,
Placauítque animi vario modulamine curas,
Nunc & Hamadryades ſiluæ loca opaca relinquunt,
Et querulæ gemitu volucres torquentur acerbo,
Flemingumq́ dolent inopina morte peremtum.
Ver erat æternum, flores, violæq́ roſæq́,
Lilia nec mediæ deerant ibi tempore brumæ.
Nunc & honos horti florúmque emarcuit omnis,
Nunc perit arx, dominus quod ſæuis occubat vmbris.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu,
Vrbs dolet amiſſum quo non præſtantior alter
Inſignem virtute virum, & prædiuite cenſu.
Integer vnus erat vitæ, ſine fraude doliſque,
Veridicus ſermo illius, ceu iure fuiſſet
Iurando firmatus, erat. nec in ædibus auri
Indica ceu formica ſuos condebat aceruos.
Haud quicquam certat fuerat ſi lege rogatus
Ipſe negare ſolet (neque cuncta petuntur honeſtè)
Multa alijs, ſed plura dabat ſibi ſanguine iunctis.
Præſentes hilari vultu tractabat amicos,
Attamen vt cuiuis, cum vellet, abire liceret.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.

[illegible]

[illegible]

Defles Flemingum, Musa lacrymantibus, heu, heu.

[illegible]

[illegible]

Defles Flemingum, Musa lacrymantibus, heu, heu.

[illegible]

[illegible] nequires.
[illegible] vertere fata.
Defles Flemingum, Musa lacrymantibus, heu,
heu.

Eſt locus egregius Flemingi nobilis arce
[illegible], celeberrimus ubere glebæ,
[illegible] haud ſane, quia cuncta quot
[illegible]

Alma

Alma Ceres largis granaria frugibus implet.
Sæpe ibi Hamadryades vicini in limite ſaltus
Flemingo faciles viuo duxere choreas.
Sæpe illi accinuit cithara philomela canenti,
Placauítque animi vario modulamine curas,
Nunc & Hamadryades ſiluæ loca opaca relinquunt,
Et querulæ gemitu volucres torquentur acerbo,
Flemingumq́; dolent inopina morte peremtum.
Ver erat æternum, flores, violæq́; roſæq́;,
Lilia nec media deerant ibi tempore brumæ.
Nunc & honos horti florúmque emarcuit omnis,
Nunc perit arx, dominus quod ſæuis occubat vmbris.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu,
Vrbs dolet amiſſum quo non præſtantior alter
Inſignem virtute virum, & prædiuite cenſu.
Integer vnus erat vitæ, ſine fraude dolíſque,
Veridicus ſermo illius, ceu iure fuiſſet
Iurando firmatus, erat, nec in ædibus auri
Indica ceu formica ſuos condebat aceruos.
Haud quicquam certat fuerat ſi lege rogatus
Ipſe negare ſolet (neque cuncta petuntur honeſtè)
Multa alijs, ſed plura dabat ſibi ſanguine iunctis.
Præſentes hilari vultu tractabat amicos,
Attamen vt cuiuis, cum vellet, abire liceret.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu heu.

Digitized by Google

Ex Gerarto Falkenburgio qui ad imitationem Bionis ſcripſit Epitaph.

IOAN. FLEMING.

Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus; heu, heu
Flemingus cecidit, quem Muſæ ſæpe requirunt.
Quem Charites viuum; quem comtus amauit Apollo.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.
Nox erat, & dulcis carpebant munera ſomni
Stertentes famuli, nec erat faber vllus in vrbe
Excitus ſtratis, omni cùm caſſa pudore
Venit odoratum pulſans mors atra cubile,
In quo Flemingus coniúxque iacebat honeſta,
Et iaculo emiſſo vitalia ſtamina rupit.
Defleo Flemingũ, Muſis lacrymantibus, heu, heu
Vxor at, vt ſubita ſublatum morte maritum
Vidit, ait, Coniux oculis mihi carior, vna
Ocyus aufugiam nunc te fugiente ſub vmbras;
Nec volo, nec cupio ſine te ſupereſſe marito.
Hei mihi quòd memet redimi moriente nequires.
Hei mihi nemo poteſt crudelia vertere fata.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.
Eſt locus egregia Flemingi nobilis arce
Nomine Vinnegemum, celeberrimus vbere gleba,
Mercurij procul haud fano, quà cuncta quot annis

Alma

Alma Ceres largis granaria frugibus implet.
Sæpe ibi Hamadryades vicini in limite ſaltus
Flemingo faciles viuo duxere choreas.
Sæpe illi accinuit cithara philomela canenti,
Placauítque animi vario modulamine curas,
Nunc & Hamadryades ſiluæ loca opaca relinquunt,
Et querulæ gemitu volucres torquentur acerbo,
Flemingumq́ dolent inopina morte peremtum.
Ver erat æternum, flores, violæq́ roſæq́,
Lilia nec mediæ deerant ibi tempore brumæ.
Nunc & honos horti florúmque emarcuit omnis,
Nunc perit arx, dominus quod ſæuis occubat vmbris.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu,
Vrbs dolet amiſſum quo non præſtantior alter
Inſignem virtute virum, & prædiuite cenſu.
Integer vnus erat vitæ, ſine fraude doliſque,
Veridicus ſermo illius, ceu iure fuiſſet
Iurando firmatus, erat, nec in ædibus auri
Indica ceu formica ſuos condebat aceruos.
Haud quicquam certat fuerat ſi lege rogatus
Ipſe negare ſolet (neque cuncta petuntur honeſtè)
Multa alijs, ſed plura dabat ſibi ſanguine iunctis.
Præſentes hilari vultu tractabat amicos,
Attamen vt cuiuis, cum vellet, abire liceret.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.

Ex Gerarto Falkenburgio qui a
tionem Bionis ſcripſit Epit

IOAN. FLEMING.

Deſleo Flemingum, Muſis lacryman
heu
Flemingus cecidit, quem Muſæ ſæpe r
Quem Charites viuum; quem co
Apollo.
Deſles Flemingum, Muſis lacry
heu.
Nox erat, & dulcis carpebant mu
Stertentes famuli, nec erat faber v
Excitus ſtratis, omni cùm caſſa pu
Venit odoratum pulſans mors atra
In quo Flemingus coniúxque iaceb
Et iaculo emiſſa vitalia ſtamina r
Deſleo Flemingū, Muſis lacry
Vxor at, vt ſubita ſublatum mo
Vidit, ait, Coniux oculis mihi ca
O quis aufugiam nunc te fugient
Nec volo, nec cupio ſat te ſuper
Heu mihi quod nemo redimit
Heu mihi nemo poſt tradidit
Deſleo Flemingum, Muſis
heu.
Eſt locus egregius Flemingi [illegible]
Nomine Flemingorum, [illegible]
Mercurius priſcâ haud [illegible]
anni [illegible]

Alma Ceres largis granaria frugibus implet.
Sæpe ibi Hamadryades vicini in limite ſaltus
Flemingo faciles viuo duxere choreas.
Sæpe illi accinuit cithara philomela canenti,
Placauítque animi vario modulamine curas,
Nunc & Hamadryades ſiluæ loca opaca relinquunt,
Et querulæ gemitu volucres torquentur acerbo,
Flemingumq́ dolent inopina morte peremtum.
Ver erat æternum, flores, violæq́ roſæq́,
Lilia nec mediæ deerant ibi tempore brumæ.
Nunc & honos horti florúmque emarcuit omnis,
Nunc perit arx, dominus quod ſæuis occubat umbris.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu,
Vrbs dolet amiſſum quo non præſtantior alter
Inſignem virtute virum, & prædiuite cenſu.
Integer vnus erat vita, ſine fraude doliſque,
Veridicus ſermo illius, ceu iure fuiſſet
Iurando firmatus, erat, nec in ædibus auri
Indica ceu formica ſuos condebat aceruos.
Haud quicquam certat fuerat ſi lege rogatus
Ipſe negare ſolet (neque cuncta petuntur honeſtè)
Multa alijs, ſed plura dabat ſibi ſanguine iunctis.
Præſentes hilari vultu tractabat amicos,
Attamen vt cuiuis, cum vellet, abire liceret.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.

DOMICILLÆ STROZIÆ.

Heu quàm præclari ſoluerunt vincula parcæ
Connubij, perijt quo domicilla die!
Quicquid enim potuit dignum & laudabile dici,
Huic ſuperos nemo contribuiſſe neget.
Tito iuncta ſuo tria luſtra peregit, & annos
Pene duos, octo vixit olympiadas.

GINEVRÆ CASTELLÆ.

Clara bonis animi, naturæ prædita cunctis
Dotibus, hîc leto rapta, Gineura, iaces.
Vir tibi Caſtellus, pleno ſimul omnia quo tu
Optima ſucceſſu conſequerere, fuit.
Egiſtis dulces animis concordibus annos
Et vos vnus amor iunxit, & vna fides.
Hoc ſine (quis credat?) tu cœlum inuita petiſti:
Hic ſine te infelix viuere poſſe negat.

Ex quodam.

BVDEI.

Budæum fleuere homines, plorauit & aër,
Budæus gelidis eſt quoque fletus aquis.
Sic fleuere homines, vt plena volumina mœſtis
Carminibus quiuis Bibliopola terat.
Sic aër luxit, conſumptis vndique nimbis,
Vt iam, quas plueret, non reperiret aquas.
Flumina ſic flerunt, vt quà modò nauis abibat,
Currat inoffenſis ſicca quadriga rotis.

Reſta-

Reſtabat cœlum & tellus, communis vt omni
Quanlibet immenſo mœror in orbe foret.
Sed quum cœlum animam Budæi, terra cadauer
Poſſideat, quæſo, qua ratione fleant?

CVIVSDAM.

Marmore de Pario nullas hîc ſtare columnas,
Æra nec artificis viuere iuſſa manu.
Nec tumuli cernes operoſam ſurgere molem,
Qualia Mauſoli fama ſepulchra canit.
Scilicet, hos titulos, hos quærere debet honores,
Qui nil, quo melius nobilitetur, habet.
Hic autem magni quondam pars magna Senatus,
Aut nullo, aut ſolo .... Catone minor.
Quem ſic eripuit virtus ter maxima morti,
Viuat vt extincto poſthumus ipſe ſibi.
Mortuus è tumulo famam cur captet inanem,
Illi quam viuo vita peracta dedit?
Imò ſi verum fas nobis dicere: ſed fas,
Dignus, qui tumulo non tegeretur, erat.

IACOBI BELNENSIS.

Hunc ſibi Belnenſis tumulum quem cernis inanem,
Struxerat, inuidit cui laqueus tumulum.
Debuerat certè, ſors ſi foret omnibus æqua,
Tardius hic fieri, vel prius ille mori.

DVCIS ANGVIENNENSIS.

Quum nuper gladios, & fortem euaſeris hoſtem,
Hic, Franciſce, iaces, nec tamen enſe iaces.

Sed nec in hoſtili potuiſti occumbere campo ,
Nec fortis forti victus ab hoſte cadis.
Sedibus at patrijs , belli ſimulachra cientem
Miſſa infœlicis ſuſtulit arca manu.
Arca olim , vt credo , Stygia compacta cupreſſu ,
Arca, eheu quanta nobilitate nece !
Arca, in qua Parcam Mauors abſconderat ipſe ,
Audijt vt factis æmula facta ſuis.
Sic igitur miſerande cadis , nec cernere longum
Illa tua licuit parta trophæa manu.
At ſi nobiſcum vis, ô fortuna, iocari,
Cur iſtis mors eſt ſeria mixta iocis ?

FRANCISCI VALESII, FRANCISCI REGIS
Filij, & Galliarum Delphini.

Hunc etiam iuuenẽ extinctum , rogo , cerne, viator:
Hei mihi , cur viuum dicere fata vetant ?
Hic eſt, quo niti regnum debebat auitum ,
Spes patriæ nuper, ſpes quoque prima patris .
Pro quibus intrepidus fortem dum fertur in hoſtem,
Ipſe illum Mauors vidit, & obſtupuit.
Aggreſſúſque dolo , & crudelis fraude veneni
Suſtulit . Heu magnis fraus bene nota viris !
Macte tamen Princeps , nam te mors ipſa fatetur
Non aliter vinci quàm potuiſſe dolo .
Nempe erat hoc reliquum, Pellæi vt principis acta
Æquares, ſimili te quoque fraude mori .

CAROLI VALESII, FRANCISCI REGIS
Filij , & Aureliorum Ducis.

Gallia fœlici fœlix mihi patria nuper ,
Idem etiam nuper rexque patérque fuit.

Inge-

Ingenium (niſi me aſſentatrix turba fefellit)
Cœleſte, & ſummis æmula forma deis.
Iámque mihi externos Fortuna parabat honores,
Iam poteram magni Cæſaris eſſe gener.
Quando ferox blanda pro coniuge Parca reperta eſt,
Quæ mihi pro thalamo ſterneret hunc tumulum.
Nec tam erepta mouent tamen hæc me commoda vitæ,
Quàm doleo abruptum nobile pacis opus.
Sed quamquam haud potui pacem componere viuus,
Quis ſcit ab interitu ſurget an ipſa meo?

Ex Benedictio Theocreno.

LVDOVICÆ FRANCISCI REGIS MATRIS.

Quæ iacet hîc, veteres heroidas anteit, hoſpes,
Tu modò de multis proxima facta lege.
Hæc nato regnum ſeruauit, mox ſibi natum,
Et regno regem reddidit incolumem.
Quid, quòd iam nullis ſperantem emittere pacem
E medio belli turbine viſa fuit?
Qui tituli implebant tantarum pondera rerum?
Quiſve honor æternùm talia geſta manet?
Credita ni fuerit patriæ matérque decúſque,
Laudatam credas inferius meritis.

Ex Gerarto Falkenburgio qui ad imitationem Bionis ſcripſit Epitaph.

IOAN. FLEMING.

Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu
Flemingus cecidit, quem Muſæ ſæpe requirunt.
Quem Charites viuum; quem comtus amauit Apollo.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu:
Nox erat, & dulcis carpebant munera ſomni
Stertentes famuli, nec erat faber vllus in vrbe
Excitus ſtratis, omni cùm caſſa pudore
Venit odoratum pulſans mors atra cubile,
In quo Flemingus coniuxque iacebat honeſta,
Et iaculo emiſſo vitalia ſtamina rupit.
Defleo Flemingũ, Muſis lacrymantibus, heu, heu
Vxor at, vt ſubita ſublatum morte maritum
Vidit, ait, Coniux oculis mihi carior, vna
Ocyus aufugiam nunc te fugiente ſub vmbras;
Nec volo, nec cupio ſine te ſupereſſe marito.
Hei mihi quòd memet redimi moriente nequires.
Hei mihi nemo poteſt crudelia vertere fata.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.
Eſt locus egregia Flemingi nobilis arce
Nomine Vinnegemum, celeberrimus vbere gleba,
Mercurij procul haud fano, quà cuncta quot annis

Alma

Alma Ceres largis granaria frugibus implet.
Sæpe ibi Hamadryades vicini in limite ſaltus
Flemingo faciles viuo duxere choreas.
Sæpe illi accinuit cithara philomela canenti,
Placauítque animi vario modulamine curas,
Nunc & Hamadryades ſiluæ loca opaca relinquunt,
Et querulæ gemitu volucres torquentur acerbo,
Flemingumq́; dolent inopina morte peremtum.
Ver erat æternum, flores, violæq́; roſæq́;,
Lilia nec mediæ deerant ibi tempore brumæ.
Nunc & honos horti florúmque emarcuit omnis,
Nunc perit arx, dominus quod ſæuis occubat vmbris.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu,
Vrbs dolet amiſſum quo non præſtantior alter
Inſignem virtute virum, & prædiuite cenſu.
Integer vnus erat vitæ, ſine fraude dolíſque,
Veridicus ſermo illius, ceu iure fuiſſet
Iurando firmatus, erat. nec in ædibus auri
Indica ceu formica ſuos condebat aceruos.
Haud quicquam certat fuerat ſi lege rogatus
Ipſe negare ſolet (neque cuncta petuntur honeſtè)
Multa alijs, ſed plura dabat ſibi ſanguine iunctis.
Præſentes hilari vultu tractabat amicos,
Attamen vt cuiuis, cum vellet, abire liceret.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.

Eſuriunt vates quorum patronus & altor,
Dum vixit, Flemingus erat, matérque paterque,
Nullus ad illius veniebat limina vates
Carmina vel cantans turba comitante ſororum,
Vel quid habens libri quem numquam viderat antè,
Qui ſemel infecta re diſcedebat, at omnes
Et menſa & verbis mulcere ſtudebat amicis,
Nec dimittebat magno ſine munere quemquam
En factum agricolam, qui floruit ante poëta,
Ecce alius ponto nunc nauita viuit & aura,
In manibus nunc neuter habet ſua gaudia libros,
Alter habet clauum, calamum, librum, alter aratrum,
Ni cùm ſuauiloquis malit periiſſe Camœnis.
Sic cum Flemingo Belgarum Muſa ſepulta eſt.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu heu,
Hei mihi Parca ferox, quæ te dementia cepit?
Mutarunt manuum naturam fila tuarum.
Nanque pijs Iouis imperio vita eſſe ſolebat
Longior & melior, peior breuiórque profannis.
Hæc verſa eſt ſeries. Nulli pietate ſecundus
Haud potuit limen Flemingus adire ſenecta:
Sed ſine iure duces, populi qui ſanguine gaudent,
Et ſaltatores ſpecioſa veſte ſuperbi,
Mendaceſque diu ſine ſollicitudine viuunt.
Defleo Flemingum, Muſis lacrymantibus, heu, heu.
Sed bona lugentem me ſpes ſuſtentat alitque.
Nam

Nam cùm Flemingo prolem natura negarit,
Huic animo & virtute pari ſuccedere fratrem
Heredem video, cui ſunt quoque carmina curæ.
Quem quando intueor, Flemingi occurrit imago.
Et ſupereſt Schetus, Flemingi qui ſocer, illud
Dulce decus Charitum, qui nobilis Heſſide Muſa,
Schetus, Eobani qui portus & aura Camœnis,
Schetus amat vates vatum doctiſſimus omnes.

Ex Rauiſio Textore.

CVIVSDAM.

Riſi, ploro, fui, non ſum, ſtudui, requieſco,
Luſi non ludo, cecini, muteſco, nutriui
Corpus, alo vermes: vigilaui, dormio: dixi
Salue, dico vale: rapui, rapior: ſuperaui,
Vincor: certaui, pace vtor: iure ego vixi,
Iure igitur morior: non obſto, obſtâre nequirem:
Terra fui quondam, rurſus ſum terra, nihil ſum.
Terra caduca vale, vermes ſaluete, recumbo.

MAGISTRI ADÆ DE SANCTO VICTORE.

Heres peccati, naturæ filius iræ,
Exilijq́; reus naſcitur omnis homo.

Unde ſuperbit homo cuius conceptio culpa,
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori?
Vana ſalus hominis, vanus decor, omnia vana,
Inter vana nihil vanius eſt homine.
Dum magis alludit præſentis gloria vitæ
Præterit, immo fugit, non fugit immo perit.
Poſt hominem vermis, poſt vermen fit cinis heu heu,
Sic redit ad cinerem gloria noſtra cinis.
Hîc ego qui iaceo miſer & miſerabilis Adam,
Pro ſummo modicas munere poſco preces.
Peccaui fateor, veniam peto, parce fatenti,
Parce pater, fratres parcite, parce Deus.

Ex Iulio Camillo.

LAVRÆ.

Laura ego, quæ fueram Thuſci olim vita Poetæ:
Laura ego, quam in vita Thuſcus alebat amor.
Hic ſine honore iacui non cognita, quamuis
Cognita carminibus culte Petrarcha tuis.
Nullus purpureis ſpargebat floribus vrnam:
Nullus odoratis ſerta dabat calathis.
Nunc quoque Franciſci, ſed verſu, & munere Regis
Noteſco, officijs conſpicienda pijs.

Ex

Ex Vincentio Siculo.

DVCIS ALEXANDRI FARNESII Principis ampliſſimi.

Oſtia terrarum reſerantia Regna, pauorum
Infima terrificant: ſumma repente mouent.
Vtramque Heſperiam cumulant plangoribus altis
Euentus rerum: pectora cuncta terunt.
Flandria concutitur titubantia limina monſtrans:
Turbida gens magno fracta dolore ruunt.
Inſolito vmbrantur capitolia celſa nigrore:
Vrbs reſonat gemitu tota repleta graui.
Cætera nobilium ſpoliata palatia cultu
Fulgenti lugent: poſt cooperta nigrant.
Conqueritur procerum illuſtriſſimus ipſe Senatus
Damna dolens: lacrymæ deſuper inde fluunt.
Percutitur celebrata domus Farneſia turbans
Omnia: luce ſua ſecula noſtra carent.
Fulgida, quæ fuerant inimicis caſtra tremenda:
Continuò languent: ac tremebunda manent.
Floridus heu quoniam meritis, celeberrimus armis
Summus Alexander tranſmigrat alta poli.
Protinus Arma togæ proſtrata, repentia cedunt
Gloria Martis abeſt: ſtrenua facta ſilent.

Ex Iulio Capilupo.

PAVPERIS SENIS.

Pauper eram; mihi parua domus, mihi vilis agellus,
Et tenui in menſa parua ſalina mihi.

Non

Non ſtomacho capitivé meo dolor obfuit vnquam,
Et Nec ſecuit vetulos tarda podagra pedes.
Nec mea ſollicitæ vexarunt tempora curæ;
Et Nec timui parco mixta venena mero.
Sic vixi & perij; Craſſo felicior ipſo:
Namq; deeſſe nihil, nec supereſſe dolet.
Vt fuit ad victum iam viuo terra; ſepulto
Sic erit ad tumulum nunc mihi parua ſatis.

Ex Huberto Suſſanæo.

MATTHÆÆ.

Quæ iacet nulli nupſit Matthæa marito,
In vita multis facta ſed vxor erat.

Ex Antonio Panhormita.

BAPTISTÆ SENENSIS.

Hic tumulus longè tumulo felicior omni
Baptiſtæ auricomæ virginis oſſa tegit.
Dulciter hæc agili pulſabat cymbala dextra,
Mouit & artifices ſaltibus apta pedes.
Omnibus & cantu pluſquam philomella placebat,
Matre quidem pulchra pulchrior illa fuit.
Indolis egregiæ minimo pro errore rubebat,
Sparſa rubore placens, fuſa rubore decens.

Cum

Digitized by Google

Cum ſatis hæc fecit natura luce ſuprema,
Tranſierat vita vix duo luſtra ſua.

CATHERINÆ.

Hoc iacet ingenua forma Catherina ſepulcro,
Grata fuit multis ſcita puella procis.
Morte ſua lugent cantus, lugent́q; choreæ,
Flet Venus, & mœſto corpore mœret amor.

HERASINI BIBERII.

Qui legis, Heraſini ſunt contumulata Biberi
Oſſa ſub hoc ſicco non requieta loco.
Eripe, vel ſaltem vino conſperge cadauer,
Eripe, ſic quæſo ſint rata quæque voles.
Oſſa ſub enophoro poſt hac erepta madenti
Conde, natent temeto fac, requietus ero.

MARTINI POLYPHEMI.

Siſte precor, lachrymiśq; meum conſperge ſepulchrum,
Quicunque hâc iuuenis fortè tenebis iter.
Sum Polyphemus ego vaſto pro corpore dictus,
Martinus proprio nomine notus eram.
Qui domino ingrato fruſtra famulabar in arte,
Qua celebror celebres exuperaſſe coquos.
Nunc hic funebri tandem ſpoliatus honore,
Thure carens ſumma ſum tumulatus humo.
Me Mateſilanus letebroſa in nocte recondi
Iuſſit, & eſſequias luce carere meas.

Nec

Digitized by Google

Nec cruce, nec cantu celebrauit noſtra ſacerdos
Funera, nec requies vltima dicta mihi.
Clamq́; fui ſacro latitans, raptimq́; ſepultus,
Nec ventrem capiunt arcta ſepulchra meum.
Dum feror obſtupui, timuiq́; ſubire latebras,
Nec loca crediderim relligioſa dari.
Oro pedem iniecta condas tellure parumper,
Qui patet: heu vereor, ne lanient catuli.
Continuò domini complebo vlulatibus ædem,
Inferijs pœnas has dabit ille meis.

ANTONII PANHORMITÆ, QVOD ipſe moriens ſibi ſcripſit.

Quærite Pierides alium, qui ploret amores,
Quærite qui Regum fortia facta canat.
Me pater ille ingens hominum ſator, atque redemptor
Euocat, & ſedes donat adire pias.

Ex Maxæmyliano Vriendtio.

IVSTI LIPSII.

Sunt buſto in pario, ſunt qui tumulantur eburno,
Sunt qui marmoribus; Lipſius in lacrymis.

EIVSDEM.

Lipſius ille iacet ſimul conſtantia in illo,
Suadaque & hiſtoria & Priſca Sophia iacet.

COR-

Digitized by Google

CORNELII IANSENII.

Eſt tumulus ſacer hic, pocul hinc, procul impie ab-
eſto,
Et ſacra depoſiti ne quate membra viri.
Si neſcis, iacet hoc tumulo compoſitus, auitæ
Nuper qui Fidei murus ahenus erat.
Hic veræ pietatis apex, & regula recti,
Hic ſacri textus Harmonia vna iacet.
An ſatis hoc? Patriam-ne mones vt & inſuper
addam?
Et decora, & titulis nomina fulta ſuis?
Hic ſitus eſt Præſul Ianſenius. haut pete plura;
Cetera nam poterunt bruta vel ipſa loqui.

GVILIELMII LINDANI.

Dordracum patria eſt, Grudiæ patria altera
Athenæ;
Illa animi altrices, corporis illa mei.
Conſpicuum ſancta coluit Rurmunda tiarâ,
Et Ganda in cineres officioſa meos.
Non meliore loco naſci, potui ve renaſci,
Non meliore coli, non meliore mori.

VIGLI ZVICHEMI.

Qui curas Regum, & regnorum pondera
obiuit
Peruigil, hoc dormit Viglius in tumulo.
Parce pios, Lector, manes turbare; quietem
Hæc poſt tot vigiles vindicat vmbra dies.

Digitized by Google

At vigilis VigilI exemplo vigil eſſe momento:
Nil etenim vita eſt, ſit niſi vita vigil.

Ex Philippo Auenellio.

IOANNIS STADII.

Dum numeris cælum metitur, & ignea cæli
Sidera, perq; ſuas iam docet ire vias.
Et quid ab antiquo deflexerit ordine, curſum
Qua cieat varians quiſq; planeta, notat.
Ecce tibi ſubito lucis malè cautus obortæ
Puluere in hoc Stadius, percitus igne, iacet.
Imò animus cælos nota regione ſecutus,
Iam ſua metitur ſidera. Lector aue.

Ex Fauſto Andrelino.

ROBERTI GAGVINI.

Illuſtris Gallo nituit qui ſplendor in orbe,
Hic ſua Robertus membra Gaguinus habet.
Si tanto non ſæua viro Libithina pepercit;
Quid ſperent docti cetera turba chori?

Ex Antonio Houæo.

ANTONII HOVÆVI.

Hic iacet ætherei præceptor amoris Houæus,
Exſpectatq; ſui Iudicis ora Dei.
Vrna ferat flores, & vernent omnia circum,
Corpus humi recubet, mens colat alta polos.

Ex

Ex quodam.

FILII AD PATREM.

Quem infelix tumulum lugubri marmore ſtruxi,
Magne pater meriti, ſit velut vmbra tui.
Siinduere in marmor pectus licuiſſet at iſtud,
Texiſſem membris non lapide oſſa meis.
Filius Octauius foret vnde inſcriptio iuſta
Se acceptum vt potuit reddidit ipſe patri.

Ex quodam.

LVCÆ FRVTTERII.

Miraris cur Elyſias ſum miſſus ad vndas
Cum vix quinque mihi luſtra peracta feram.
Intonſus Dux Aonidum mihi damna parauit,
Nam victam puduit brachia ferre chelyn.

EIVSDEM.

Me lector gelida ne plores morte iacentem,
Æmula ſic quos vis mors rapit atque necat.
Quare age quiſquis, ades, vana hæc ludibria mundi,
Gaudiaque exemplo ſpernere diſce meo.

Ex Iano Lernutio.

IVVENIS FORMOSI.

Ante diem primis vitæ ſurreptus in annis
Inter mortales deſijt eſſe Crotus.

Qui puerum letho extinctum putat, errat Adonis
Alter Perſephonæ; Diti Hyacinthus abit.

FLACCILLÆ.

Dum bibit & crebris Flaccilla trientibus inſtat,
Obruit immodico viſcera, ſeque Deo.
Quò non mors penetrat? fruſtra fugis æquora: in ipſa
Cum volet hæc, menſa naufragium facies.

Ex Iacobo Leſſabæo.

GOLIATH GIGANTIS.

Solius auxilio thoracis fultus inermis,
Exire in pugnam qui ſilet, ecce iacet.
Exiguum terrere ferox Dauida tyrannus,
Audax, exili eſt præda ſuperba viro.
Occidit emiſſa capitis per tempora caute
Qui nihili ſuperos vnus habere ſolet.
Pone ſupercilium quiſquis me a funera cernis
Qui mea fata legis, pone ſupercilium.

Ex Cornelio Grapheo.

CVIVSDAM.

Pugnando feſſus tandem hic requieſcit ....
Dum cum barbarie bella cruenta gerit.
Edomuit Gotthos vreſtrauit vandala victor
Caſtra, per hunc Muſis ocia paxque manent.

Ne

Digitized by Google

Ne quaeſo ne illi ſomnum interrumpe viator,
Iam vigilent alij, ſat vigil ille fuit.

Ex CL. Verderio.

AGATHÆ A GVTTIS.

Siſte gradum reuocans, ac mecum cerne, viator
Quantas virtutes obtegat hic tumulus.
Nobilis hîc matrona iacet (de ſemine cuius)
Exagitor cauſa funeris ortus ego.
Vna virtutem mors hanc demiſit in vrnam,
Illius at fama non fuit vrna capax.

ANTONIÆ A GVTTIS MANES LOQVVNTVR.

Hic quoque tu, germana, iaces, cineresque paterni
Et nobis tumulus ſat fuit iſte tribus.
Viximus vnanimes, ſic reſpiramine clauſo
Vno donauit tres Atropos tumulo.

BENEDICTI DE FONTE AVERNII.

Hic ſitus eſt fontis, latos qui proluit agros
Emediaque ſuas Phocide duxit aquas.
Dulcior huius, erat quondam potione Deorum
Lympha: ſed eſt lacrymis reddita falſa meis.

ANNÆ DE GLAVENAS.

Diogenes capta fertur petijſſe laterna
Clara luce probum, nec reperiſſe, virum.

Digitized by Google

Si bona quæratur mulier, labor omnis inanis
Mortua cum ſit, in hoc Anna ſepulta ſolo.

OMNISANCTÆ TERRASSÆ.

Huic quicumque faber faciendam ſuſcipis vrnam
Vel facias nullam, vel ſit vt ampla, vide.
Sint vbiuis etenim, manes cómitabor auitos
Vel proprio incluſi pectore ſemper erunt.

MARTINI CRVSILII.

Maturus toto fuerat qui tempore vitæ,
Immatura neci pruna dedere vinum.
Maturam bello ſe immaturumque laceſſunt,
Hoc vult maturi perdere quicquid ineſt.
Maturam quando mentem ſuperare nequiuit,
Corpus maturum mors inimica necat.

GENOVESÆ CHALANCON.

Cur humeris toga nigra, meis aptatur? ob almæ
Si neſcis, auiæ funera mœſta tuæ.
Quid memoras? lethalis hyems tibi ſuſtulit illam,
Suſtulit? ô nigra lux mihi digna nota.
Vt niger iſte dies vitæ quo lumen ademptum
Eſt tibi ſic & eris marmore tecta nigro.

MARIÆ TVRNOMIÆ.

Gaudia quot noſter noſtris genitoribus ortus
Intulit hæc mecum cuncta ſepulta iacent.
Et quos dixiſſes, dum naſcerer ipſa, renaſci,
Dum morior, nec eos ſpiritus intus alit.

Ex Ioanne Giraldo.

IACOBI GIRARDI.

De magno certant, & mors & vita Girardo
Mors medicos habebat ſanguine fuſus obit.

His

His vitam affatur iuriſprudentia verbis:
Inuita meus hic morte reuiuet honor.
Noxium rex media morientem à morte vocaret
Nec bona nec mala tot, dixit: & interijt.

EQVITIS FORTIS INVICTI.

Per terras, & aquas mortem vitarat iniquam
Fortis eques: ſequitur mors, an iniqua? equitem?
Hunc fugientem equitem vinaria cella recepit:
Mors ait: hic bibe me, vel hic viue magis.

IVRIS PERITI ET POETÆ.

Dilexit muſam, iuriſprudentiam amnauit:
Vtraque ſi vitæ, quomodo cauſa necis?

VITA INDIGNA HOMINIS.

Hic nobis videre licet: iam video, vide:
Ipſa in eo in quo vult viuere mors moritur.
Vim-quæ maiorem moueant à pectore riſum?
Viuere, victurus, ſi potuiſſet, erat.

MERCATORIS OVIVM.

Paſcendis ouibus mercator paſcua quærit;
Debeat vt vermes paſcere terra data eſt.

IVRGIOSÆ FOEMINÆ.

Quæ viuens, morienſque nihil quam iurgia fecit;
Mortua nunquid adhuc iurgia Pluto facit?

CRASSI HOMINIS.

Qui citò pingueſcit moritur citò: dixit Ariſto.
Confeſtim moritur Craſſus, obeſus erat.

Digitized by Google

Craſſi craſſiciem macra mors depaſcit, eritq́;
Pinguior: annoſa eſt, viuet, obeſa licet.

PETRI.

Petrus cur lapidoſum habuit, renes lapidoſos,
Vox lapidoſa fuit prorſus & illepida.
Eſſe quidem poterat vita lapidarius omni:
Sub lapide eſſe poteſt, quid niſi morte lapis?

IVVENIS SENATORIS.

Hic quis? Ephœbus adhuc irato præſide Phœbo
In parlamento diuite factus homo eſt.
Non veteri, ſed iure nouo mox inde Senator
Prodijt: ô ſocias ambitionis opes.

ATHÆI GALLI.

Bis natus meruit bina quoque morte perire
Hoc tumulo in caſo corpore caſa anima eſt.

HOMINIS TRISTITIA CLARI.

Mortuus Aſtrææ cuſtos in morte reuiuit
Qui moriturus erat, non moriturus erat.

SEDITIOSI.

Mortuus eſt: quis? Mortuus eſt: quis? Mortuus
eſt eſt
Mortuus eſt: ſatis eſt dicere: Mortuus eſt.
Et vbicumque autem, ſi tanta pace quieſcat,
Quanto ipſe ardebat pacis amore, ſat eſt.

Digitized by Google

MVLIERIS TVRBVLENTÆ.

Quæ ſexaginta vixit, ſed & amplius annos
Irrequieta, diem quo requieſcat habet.

GVLOSI.

Vis aliquando mori tumulum compone libenter:
Nolo mori, tumulus nam mea menſa meus.
Hanc dico immo meo terram ecce proboſcide fodi:
In fouea hac ſaturo ventre perinde cubo.

INIQVI ET SVBERBI.

Scin' quid iniqui hominis caput hoc cum viuere eſſet?
Carbo, ignis, cineres, cætera fumus erat.
Nequitiæ cinere improbitatis flamma latebat:
Fumabat vitæ carbo: quid eſſet, habes.

MERI POTORIS.

Huius ſpreuit aquas potando vita Lyæo:
Mors ideo dictis hunc bene ſpargit aquis.

VENTOSI ET INSOLENTIS MILITIS.

Ventoſus miles ventoſo Aquilone ſatelles
Promptior in ſuperos flare reflare deos.
In ſaliendo tumet: fert ægre hanc Iuppiter iram,
Ventoſum in ventri tela, viroſque pluit.
Parua ſolet pluuia ingentem compeſcere ventum,
Tactus acu ceſſat ſurgo tumere, cadit.

Digitized by Google

VIVI HOMINIS SEPVLTVRA.

Nomine mollus erat, mola verò aſinaria mente:
Mollis & molli corpore mollus erat.
Duricies, & mollicies in funere pugnant:
Mollit dura ſatan, mollia durat Adam.
Mortuus at non eſt: viuo illi fingo ſepulchrum:
Immo ſibi tumulum. quem facio, ipſe facit.

IRRELIGIOSI GARRVLI.

Æthere quæ varios emiſit iniqua ſuſurros,
Hoc tacet in tumulo muſca, tacenſque iacet.

AVLICI OCCVLTE GARRIENTIS.

Fertur in aula elephas vixiſſe proboſcide muto
Hac quæ ſub patri muſca ſuſurrat humo.

MARGARITÆ A ROSETO MATRIS.

Margaris, & roſa ſunt violarum gaudia prima
Hæc flagrat in ſpinis, altera ſeruit humi.
Ex his nomen habens chariſſima mater, & omen
Vixti mente humili, tum patiente animo.

IN SAGONÆ RIPIS OCCISI.

Sagoneas, & ſanguineas lepus effuge ripas
Aut magis abſque alijs alis ad alta vola.

NEQVISSIMI.

Tu qui viuis adhuc fueras quoque mortuus olim,
Rurſus ab offœta morte reuiuus eris.
Seu bona, ſeu mala ſit mors: Seu bona, ſeu mala vita eſt:
Eſt ſuus in terris notus vtrique modus.
Mors viuit, magnũ eſt: moritur vita, ardua res eſt;
Vtraque dum viuit, conſtat vtramq; mori.

Qua-

Quæritur, an viuas? Nequiſſime, mortuus an ſis:
Quæſtio iuris ea eſt: ſcit ſua iura Satan.

DOCTISS. CLARISS. HOMINIS.

In quos me cupitis ciues producier annos
Extincto ſolis lumine mundi oculo?
Muſæ tabeſcunt: antiquos laurus honores
Excutit: vnda aret turbida: nemo ſitit.
Sydera labentur: ſteriles vis ignea terras
Obterat: intrepidi præterit hora ſenis.

AVARITIA FAMOSI.

Parcus eſt: parco ſaltem vni parcite Parcæ:
Quæ non excipiat regula nulla data eſt.
Re præſtate ſemel, populi quod nomen in ore eſt;
Sin reputet Parcas poſtea nemo deas.
Parcis reſpondent verbis: non parcimus illi,
Non ſibi non alijs parcere nouit: obit.

AVCTORIS.

Viuit, qui vixit viuet qui viuit, amici:
Vita fuit, vita eſt vita Girardus erit.
Ergo quid? hic quaſi ſit mors hoc in funere fletis:
Vita eſt; de vita flere neceſſe nihil.

Ex P. Veguio.

IOANNIS EPISCOPI RVFFENSIS.

Publica quòd nunquam potui peccata tacere
Regia; carnifici traditus ipſe fui.
Sed, benè ceſſit; vbi mortali pro mihi vita
Erepta, eſt finem non habitura, data.

Digitized by Google

DOMITII NERONIS.

Sum Nero, crudelis fama ſuper æthera notus:
Plus & crudelis quàm mea fama refert.
Inferni Furiæ quem nunc feriuntq́, colubris
Excruciant: vxor, mater & inter eas.
Pulchra, & amata mihi præ cunctis orbe Sabina,
Exigit hîc pœnas mortis & ipſa ſua.
Non modus eſt vmbræ noſtræ cruciatibus vllus,
Cuncta ſuis ſed ſunt illa minora malis.

EÆDRÆ REGINÆ.

Oderunt aliæ priuignos. ipſa meum amaui
Sic ego at vſque; patri præpoſui quòd eum.
Theſea, cui coniux & eram cara, maritum,
Propter, amans, eius deſerui Hippolitum.

NESTORIS.

Quid non longa dies, multi atque abſũmitis anni?
A confectus eis nam & quoque neſtor eo.
Ecce ego compleram qui tertia ſecula: adibam
Et iam quarta: omnis carnis eo atque viam.
Nec minus inuitus vitam nunc ipſe relinquo:
Quam meus, à vita eſt raptus vbi, Antilochus.

EVPHROBÆ.

Vir tuus hanc Euphroba tibi dulciſſima coniux,
Condo: futura mihi & poſt mea fata, domus.
Nec minus interea tecum hîc ſum mente ſepultus:
Solùm hoc triste meum & corpus inane deeſt.

EN-

Digitized by Google

ENSELMI LATRONIS ET SICCARII SCELERATISSIMI.

Extinctum infernas Enſelmum traxit in oras
Pluto: loco obſtarènt numina queque vt ei.
Pœnam flagitijs vbi ſed nullam inuenit æquam:
Correptum Stygijs expulit ille locis.
Nam timuit; ne, qui terrarum inuerterat orbem
Vſque modò: inde etiam tartara pollueret.

ROSCIÆ VIRGINIS.

Ros mihi dat titulum: quia Roſcia nomine dicor:
Et tumuli ſacro marmora rore madent.
Lactea membra, ipſo plus albaq; rore fuerunt:
Cedebat roris gratia & ipſa meæ.

GALLÆ STERILIS.

Fœdere Galla tori Gallo ſum iuncta marito,
Illi ego ſed pullos oua nec orbe dedi.

ELISABELLÆ GRAVIDÆ, CVM NASCENte puero & mortua & ſepulta.

Hic cum matre, prius quam facta puerpera mater
Eliſabella foret, conditur atque puer.
Filius, infelix matri ante futurus & eius;
Editus ex vtero quàm forte ille ſuo.

BRISEIDÆ INFANTIS.

Infantem binam vita mors me abſtulit: ante
Quàm peccare foret poſſe mihi orbe datum.

Ergo

Ergo nefas hanc flere foret, quæ ſubdita culpæ,
Lota in fonte ſacro, cui fore non potuit.

FASTINÆ.

Mille procos habuit: ſpreuit Fauſtina ſed omnes:
Vni vt pacta fides inuiolata foret.
Fida ſuo mulier, laudetur: poſteritati
Omni & mandetur nupta pudica, viro.

Ex C. Vrſino Velio.

IOANN. THVRZONIS.

Thurzoni exequijs Thurzones rite peractis,
Hunc nati tumulum conſtituere patri.
Et memori memores defuncto hac ſtemmata viui
Reſpondent factis & bene, facta bene.

Ex Claudiano.

IN SEPVLCRVM SPECIOSÆ.

Pulcris ſtare diu Parcarum lege negatur,
Magna repente ruunt: ſumma cadunt ſubitò.
Heic formoſa iacet Veneris ſortita figuram
Egregiumque decus inuidiam meruit.

Ex Ioan. VVlteio.

CRVCEI MILITIS FORTISS.

Mars cùm ſe Cruceum non vincere poſſe videret?
A niſi crudeli morte rogaret opem.
Mors mortem ad ſe vocat, mors hunc cùm Marte trucidat
Sic vinci quàm ſic vincere nónne prius.

ALIVD

ALIVD.

Inuidere orbi tria numina numen ademptum:
Mars, mors, ſors, in tres quis gerat arma Deos?

CLINIÆ.

Hoc tumulo, dicam? quam durum eſt dicere, Vatis
Clinia Vulteij, vitaq́ morſque iacet.

ALIVD.

Cæcus amor, mors cæca mihi rapuere puellam,
Plus oculis ſemper quæ mihi chara fuit.
Quæris cur fuerit telis confoſſa duobus?
Sola id non potuit mors, neque ſolus amor.

ALIVD.

Mors, ne immortalis fieret mea Clinia tandem:
Abſtulit hanc falſa eſt ſpè tamen illa ſua.
Quod mors fecit amor: Veneris ne Clinia formam
Vinceret, at pueri nil valuere doli.
Namque immortalis ſupera nunc regnat in aula,
Aduentu, & Venerem cogit abire ſuo.
Iam puerum cum morte nihil non poſſe, fatere
Dum nocuiſſe volunt, tum duo tela iuuant.

ALIVD.

Cum de iudicio Paridis noua iurgia miſcent
Iratæ inter ſe, Iuno, Minerua, Venus.
Hæc renouata timens ne lis turbaret Olympum
Iuppiter, has ſupero priuat honore Deas.
Cliniam & ad ſeſe ſubito vocat, hæc mihi dixit,
Expulſis fuerit pro tribus vna ſatis.

Digitized by Google

TRANAPI.

Nemo tibi vitam miſero cur luget ademptam?
Cauſa eſt, cunctorum mors tua vita fuit.

CAROLI V.

Carolus Auſtriacæ celeberrima gloria gentis
Atque Europæi conditor imperij.
Cum totum validis orbem preſſiſſet in armis
Exiguo victor clauditur hîc tumulo.

Ex Ioan. Iac. Boiſſarto.

TEOBALDI BOISSARTI PATRIS.

Natorum hac pietas Teobaldum condidit vrna:
Pro patre quod caro non potuere mori.

NEMINIS IN MONTE REGIO HEYDELBERGÆ.

Hic ſitus eſt nemo, incertum non maſculus an quæ
Torſerit aſſueta ſtamina lenta manu.
Aſt hæc quæ paſſim rigidis in vepribus hærent
Saxa, aſinis olim ſtruxerat Arcadibus.
Elige de multis vnum tibi, ſtulte viator,
Aures nam Phrygij tu quoque regis habes.

IAC. GVIASDOVII.

Vrna quod hæc nardum, quòd ſpiret cinnama quæris?
Quod Tyrio vallent flore roſeta locum?
Hac Cytheræa ſuum mœrens concluſit Adonin:
Cara ſed in Patriam tranſtulit oſſa Cyprum.

ALIVD

Digitized by Google

ALIVD.

Robur in hoc tumulo, virtuſque, & forma quieſcit,
Et decus & prima nobilitatis honos.
Sarmatis huic tellus vitam dedit, Itala fouit,
Ingenium, Cypri contegit oſſa ſolum.

CVIVSDAM.

Hi tumuli qui ſunt? Quæ ſunt hæc buſta viator
Quæris? buſta pij ſunt pia ....
Hoc præceptorem mœſta Heydelberga ſepulcro
Condidit: at cœli ſpiritus aſtra tenet.

Ex Ioan. Franc. Ripenſi.

INFERIÆ AD D. SEBASTIANI GRYPHII TVMVLVM.

Gryphius ergo iacet fato defunctus acerbo,
Grande fuit patrij qui decus ante ſoli.
Ergo iacet virtus quem concomitante Deorum,
Auxilio meritis vexit ad aſtra pijs.
Hac duce iam toto celebratur Gryphius orbe;
Quà religat celeres ſolque reſoluit æquos
Vnde importuna viget iſta potentia mortis?
Exerit in claros quod ſua tela viros?

Vis

Vis fuit: hæc celebris nequicquam fama mouetur,
Poſt obitum tandem gloria vera viget.

Ex Ioanne Parkhurſto.

EIVSDEM.

Siſte viator iter, mora non erit hæc tibi longa,
Hinc quam diſcedas, fac prius iſta legas.
Gryphius hoc tegitur gelido dormitque ſepulchro,
Dignus qui in Pylios viueret vſque dies.
Vincit Gryphus, equos elephantos vincit hyenas
Vincit pantheram rinocerota, lupum.
Vrſorum vincit robur, rabiemque leonum,
Vincere ſed ſolam non valet ille Tigrim.
Sic noſter fragilis fortunæ ſpicula vicit,
Vicit & inuidiæ vulnera ſpemque ſuam.
Cætera viciſſet cum Gryphius omnia, ſolam
Indomitam mortem vincere non potuit.
Aurum Gryphes amant rutilum, effodiuntque cauernis
Ex illo nidos conficiuntque ſuos.
Gryphius at tanti non fecit, egentibus ille
Munificè ſemper diſtribuebat opes.
Deſino plura loqui, ne ſim tibi forte moleſtus:
Hæc volui vt ſcires carpe viator iter.

Digitized by Google

Ex Adriano Scorelio.

PVELLÆ AMORE NIMIO EXTINCTÆ.

Neſtora quæ potui præſtantis munere formæ
Ad iuuenum luſus ſæpe mouere ſenem.
Hîc iaceo viridi ſuccciſa in flore iuuentæ,
Ne tamen ex oculis funde viator aquas.
Frigida mors nimio flagrantem extinxit amore
Nil opus hîc vndis flamma ſepulta iacet.

POTORIS SITI EXTINCTI.

Siccus in hoc iaceo poſt pocula multa ſepulchro:
Quam vellem pleno me recubare cado.
Ante diem miſero lacheſis mihi ſtamina rupit,
Eheu. non tali funere dignus eram.
Iniecta dum caupo mora depromere ceſſat
Vina mihi, fauces clauſit anhela ſitiſſe.
Quiſquis amas Bacchum caupones effuge tardos;
Ni mecum ſimili morte perire velis.
Admonitus caueas gratus cupis eſſe monenti
Dic rogo præteriens: hîc quoque noſter erat;
Sit mihi terra leuis, ſit vuida quæſo precare,
Cui fuerat poto nulla crumena grauis.

Ex M. A. Flaminio.

HYELLÆ.

Cum pater inuitum Niſæ ſociaſſet Iolam,
Veniſſetque vixi iam noua nupta domum.

Non potuit tantos pulcherrima Hyella dolores
Ferre, nec erepto viuere coniugio.
Sed veluti flos virgineo decerptus ab vngue
Cum vita dulcis tabuit ille decor.
Tabuit ille decor, quo nil formoſius vlla
Ætas nil vnquam vidit amabilius.
Occidis infelix primo ſub flore iuuentæ,
Occidis heu nullo tempore digna mori.
Sed tua fama ſuperſtes erit, quotieſque viator
Præteriens tumulum viderit, & titulum.
Ille tuo lecto ſuſpirans nomine dicet,
Pulchrior in terris nulla puella fuit.

EIVSDEM.

Quiſquis es ſupilione bonus, bona vel caprimulga,
Siſte gregem, & ſacro munera fer cineri.
Da violas tumulo, fundat dulciſſima vina
Cantharus, & tepido lacte madeſcat humus.
Dehinc lacrymans ſic fare, cinis cariſſime nobis,
Nunc cinis, aſt olim candida Hyella vale.

EIVSDEM.

Paſtores teneras procul hinc arcete capellas,
Et ſacrum nigris ſpargite humum violis.
Neu veteris Bacchi, neu dulcis copia lactis,
Neu deſit numeris tibia flebilibus.
Hic bona Hyella iacet, pecoris formoſa magiſtra
Iunctaque cum domina fida Capella ſua.
Illam ſæuus amor nimium infelicis Iolæ
Perdidit, hanc caræ perdit amor dominæ.

Nam ſimul exhalantem animam conſpexit Hyellam
Ipſius ante pedes concidit exanima.
Fortunata capella polo fulgere ſupremo
Dignior Icaria quam canis Erigonæs.
Si tua magna fides dominæ comes ire ſub umbras
Audet, & ante diem reddere dulcem animam.
At florens tua fama viget, ſemperque vigebit,
Exemplum ſanctæ maximum amicitiæ.
Dum ſilua gaudebit aper, dum monte capella,
Dum patulis vlmi decidet vmbra comis.

CAPELLÆ HYELLÆ.

Deliciæ ruris cum pulchra periret Hyella,
Cum domina perijt fida capella ſua.
Non ipſam violenta lues, non aſpera febris,
Sed dominæ ſubita morte premit amor.
I nunc, & Pyladas, & amoris nomine Oreſtas,
Et iacta fidos Græcia Perithoos.

EIVSDEM.

Hanc laurum formoſa tibi formoſius Iolas
Seuit, & hanc madidis irrigat vſque genis.
Seu tenebras Veſper, ſeu lucem portat Eous,
Et laurum lacrymis irrigat, & tumulum.
Hinc tumulus violas, & laurus protulit vmbras,
Vmbra iſdem creſcunt, & violæ lacrymis.
Cumque vibris violiſq; amor infelicis Iolæ
Creſcit, cumque ipſo creſcit amore dolor.
Hic dolor heu miſerum letho dabit, hic bona Hyella
Mox pueri apponet oſſibus oſſa tuis.

Digitized by Google

Et quos felici coniunxit fœdere quondam
Nunc infelici funeri iunget amor.

AVGVSTINI NIPHI.

Qui docuit rerum Niphus cognoſcere cauſas,
Non rerum oblitus hoc iacet in tumulo.
Sed cœlo meliore ſui cum parte receptus,
Nunc gaudet melius diſcere quàm docuit.

Ex Hieronymo Faleto.

GVIDONIS PATRIS.

Si pius es quicunque legis, concede parumper,
Atque Deo pleno pectore funde preces.
Te rogat hoc ſaxum Guidonis, & vmbra ſepulti:
Proque tuum tali mùnere munus habe.
Sint tibi felices anni dum vita manebit;
Sit facile ad ſuperos, cum morieris iter.

OLYMPIÆ COLVMNE.

Digna polo quam non capiebat marmor, Olympo
Emicat, & ſedes vnde receſſit habet.

ASCANII CALCAGNINI INFANTIS.

Nona dies terris oſtendit, & addidit aſtris
Felix qui cœlo tam citò dignus eram.

ALIVD.

Aſcanius ſomnum capit hìc. diſcede viator:
Dormit enim genitrix, quo vigilare queat.

Ex I. C. Scaligero.

ALBII COLONI AGRO PATERNO.

Quem ſegetes; quem vita Deos imitata priores
Quem gemuit larga fertilis annus ope.

Al-

Digitized by Google

Albius huc patrij poſt aurea fœdera ſulci
Debita poſcenti ſemina ſoluit humo.
Bis felix ager, & ſtudioſum paſſus aratrum:
Atque iterum domini cum tegit oſſa ſui.

ANDREÆ MANTEGNÆ PICTORIS ET PLASTÆ.

Secula Martiades rerum dum fluxa propagas:
Armaſti fatis in tua fila manus.
Nunc, nigras Erebi quando diuertis ad vmbras,
Velle mori cogis, viuere ſi quis amat.

AD ELOGIVM SVVM IN TVMVLO.

Exangues notulæ, & durum ſpirantia caſum
Carmina, nec dulcis munere fulta animæ.
Vera nimis: heu vera mei morientis imago:
Si tamen ab vita vis ſuper vlla mea.
Cum mihi fatali venient noua funera planctus:
Et cedent numeris clementia noſtra ſuis.
Hanc ſignate leui conceptam ceſpite cauſſam:
Redditeque his miſeris lucida buſta notis.
Nulla hoc. vmbra loco tumulus, quem cernis, inanis
Nam cui nec vita, mors quoque nulla fuit.

SABOT CATELLI BANDELLI.

Cana fides, modico fueras quæ clauſa Catello,
Cumque fide raro numine iuncta Venus.
Gratiaque & varijs artes qui luſibus ambis,
Nequitias faciens delicioſus Amor.
Quò nunc ibitis? aut quæ vos noua ſcena recepit?
Poſtquam actus pompa funeris ille iacet?

Parue Sabot, res mira ac Thuſci cura Maronis:
Et quouis merito cælite digne Deo.
Et tumulum & lacrymas quin & pia vota tuliſti,
Et ſineret, ferres carmina digna dolor.
Quantus eras, cum tam grandis nunc pectora vatis
Tam modico tecum marmore tectus habes?

GRAMMATICI MAVRI.

Barbarie miſerum Latium qui conſpicit atra:
Dedidicit pure quo duce Roma loqui.
Ridicula pueris cathedra, ſcutiaque relicta,
Nunc docet informem barbara verba canem.

ISABELLÆ SCALIGERÆ FILIOLÆ.

Vna dies mundo te hæc intulit, hæc eadem vna
Abſtulit: vna fuit vltima: prima eadem.
Quid valeant luctus, quid acerbi murmura planctus;
Quid viuet atratis picta querela notis.
Heu patrem, ah quo me ipſe malo conſoler inani?
Euicendum etiam num mala mi eſſe bono?
Eſſe, canunt miſerum: non eſſe, informe: manens ſic
Sic abiens, ſentis eſſe nec eſſe nihil.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI
quod ipſe ſibi compoſuit.

Extulit Italia: Eduxit Germania: Julij
Vltima Scaligeri funera Gallus habet.

Hinc

Hinc phœbi dotes, hinc duri robora Martis
Reddere non potuit nobiliore loco.

Ex Iano Pannonio.

BARBARÆ MATRIS.

Nobilior vitæ meritis quàm præſule nato,
Hac ſub marmorea, Barbara mole iacet.
Dum licuit ſtirpis fouit pia cura parentem,
Illi dulce fuit ſoſpite prole mori.
Nunc pro ſe vicibus numen cæleſte precantur,
Filius in terris, mater in arce poli.

BARTHOLOMÆI MONTAGNE PHYSICI.

Qui fueras medicæ Doctor celeberrimus artis,
Hoc ſitus in tumulo Bartholomæe iaces.
Credo te ſtygias mundo inuidiſſe ſorores,
Miratas raros Tartara ad ima trahi.
Quippe incredibileis poteras depellere morbos,
Et vitæ exanimeis reddere pene viros.
At licet extinctus ſis corpore, nomine viuis
Nam longe Auſonio, clarus in orbe viges.

Ex Petro Pantino.

I. LIPSII.

Lypſius hoc paruo tumulo iacet: haud iacet; erro
Non adeò exiguo clauditur ille loco.
Lipſius immenſi factus nouus incola cæli,
Nunc lætus terras deſpicit & maria.

Digitized by Google

Quaque prius mundi calamo damnarat, & ore
Vana, mage ex vero vana fuiſſe videt.
Attamen in mœſto quid vult ſibi marmore nomen,
Quodque illo dignum nomine carmen adeſt.
Nempe reformandus vitæ melioris in vſum
Hîc veteres poſuit Lypſius exuuias.

EIVSDEM.

Quiſque de hinc venies Grudiam nouus hoſpes in vrbem,
(Cura pia eſt) Lypſi da tumulo inferias.
Et caſtas ſuperadde preces, meritumque dolorem:
Cauſſa tibi numquam iuſtior vlla fuit.
Qua ſit iter quæris? tedâ præeunte rogali,
Ad magni ducent triſtia buſta viri.
Pierides mœſtæ hîc cum Pallade Diuas
Tres, quibus in doctos par amor atque fides.
Fœdatas cernes liuentia pectora palmis
Sidera flebilibus ſurda ferire ſonis.
Crudeleſque vocare Deos. Sua damna vocare
Hoc moriente vna non potuiſſe mori.

Ex Thoma Segheto.

EIVSDEM.

Hoc tegitur corpus magni ſub marmore Lipſi,
Sed tegitur nullo viuida fama loco.
Quo moriente dedit gemitus Sophia alma, ſibiq́;
Supremum metuit triſtis adeſſe diem.

Quiſ-

Quiſquis ades, bene dic cineri, bene Manibus opta:
Primorum primum non coluiſſe nefas.

NVMERALE.

SoltVVs heV CasV defeCIt BeLgiCA LIpſi;
PerpetVò fVLgens LVX taMen Inde VIget.

ALIVD.

LIpſiVs hiC SitVs eſt fLOS BeLgiCæ & orbis oCellus
ManIbVs eXoptet qVīſque qVieta pIIs.

Ex Ioach. Bellaio.

LEONIS STOZZÆ.

Haud iaceo anguſta magnus Leo conditus vrna:
Non benè tam magnum tam breuis vrna capit.
Nec me terra capit: terra ſed gloria maior.
Iam certum nautis ſidus ad Aſtra vehit.
Vtque meas quondam latè tulit vnda carinas,
Sic iuuat immenſi nunc maris eſſe Deum.
Ergo age, qui noſtris ſuccedes lætus habenis,
Iam facilem tutus per mare carpe viam.

SILVIÆ MIRANDVLÆ.

Coniugis heu manibus paruo iacet abdita ſaxo
(Cætera diſce hoſpes cum gemitu, & lacrymis)
Syluia cui clarum dederat Mirandula nomem,
Ipſa Venus formam, Gallia coniugium.
Quæ dum pulchra virum pulchra cupit eſſe parentem
Progenie, infœlix parturit, & perijt.

MARITVS.

O mihi ſi penſare meis tua fata liceret,
Quam foret hei miſero nunc mihi dulce mori?

VXOR.

Aſt hoc cùm fruſtra lacrymis, precibuſq; repoſcas,
Quæ mutare nequis, illa ferenda puta.

MARITVS.

Saltem ſi liceat manes excire ſepulchro,
Et ſemel his oculis ora videre tua?

VXOR.

Impia quandoquidem hæc pietas, arſque iſta nefanda eſt,
Parce precor manes ſollicitare meos.

MARITVS.

Ergo mihi poſt hac te, te (mea vita) carendum eſt,
Et potero infœlix te ſine luce frui?

VXOR.

Non tota interij, nata eſt pars maxima noſtri,
Quique tuos mores, natus, & ora refert.

MARITVS.

Heus vbi caſtus amor probitas, candorq; pudorq;,
Et pietas priſcis æmula temporibus.

VXOR.

Vt noſter ſuper aſtra volet nunc ſpiritus, vtque
Fama obeat terras, iſta dedere mihi.

MARITVS.

At tibi Parca ferox primo ſub flore iuuentæ
Iniecit duras, heu violenta manus.

VXOR.

Digitized by Google

VXOR.

Intereunt flores, ætas lux vna roſarum:
Purpurei veris eſt quoque fluxus honos.

MARITVS.

Hei mihi quis noſtro depellet pectore curas?
Quis feret in tacito gaudia noſtra ſinu?

VXOR.

Succedet viduo coniux fidiſſima lecto,
Solamen noſtræ quæ tibi mortis erit.

MARITVS.

Nulla tuo, coniux ſuccedet nupta cubili,
Nulla etenim ſimilis nupta futura tibi eſt.

VXOR.

Ergo ſub Elyſijs iungemur vallibus olim,
Atque idem cineres, & teget oſſa lapis.

MARITVS.

Interea inuitus viuam tibi nempe ſuperſtes
Quæ fueras noſtros viuere digna dies.

VXOR.

Vt ſupereſſe queas lætos longæuus in annos,
Viue tuos, coniux optime, viue meos.

MARITVS.

Viuam, ſed ſine te, vita ô mihi charior ipſa,
Sic viuam, poſſim mœſtus vt eſſe diu.

VXOR.

Deſine iam tandem triſtes renouare querelas
Turbantur lacrymas gaudia noſtra tuis.

MARI-

MARITVS.

O mihi ſi penſare meis tua fata liceret ,
Quam foret hei miſero nunc mihi dulce mori ?

VXOR.

Aſt hoc cùm fruſtra lacrymis, precibuſq; repoſcas ,
Quæ mutare nequis, illa ferenda puta .

MARITVS.

Saltem ſi liceat manes excire ſepulchro ,
Et ſemel his oculis ora videre tua ?

VXOR.

Impia quandoquidem hæc pietas, arſque iſta nefanda eſt ,
Parce precor manes ſollicitare meos .

MARITVS.

Ergo mihi poſt hac te, te (mea vita) carendum eſt,
Et potero infœlix te ſine luce frui?

VXOR.

Non tota interij, nata eſt pars maxima noſtri,
Quique tuos mores, natus , & ora refert.

MARITVS.

Heus vbi caſtus amor probitas, candorq́
Et pietas priſcis [illegible] temporibus.

Vt noſt

VXOR.

Intereunt flores, ætas lux vna roſarum:
Purpurei veris eſt quoque fluxus honos.

MARITVS.

Hei mihi quis noſtro depellet pectore curas?
Quis feret in tacito gaudia noſtra ſinu?

VXOR.

Succedet viduo coniux fidiſſima lecto,
Solamen noſtræ quæ tibi mortis erit.

MARITVS.

Nulla tuo, coniux ſuccedet nupta cubili,
Nulla etenim ſimilis nupta futura tibi eſt.

VXOR.

Ergo ſub Elyſijs iungemur vallibus olim,
Atque idem cineres, & teget oſſa lapis.

TVS.

Interea inui[illegible] nempe ſuperſtes
Quæ ſuc[illegible]ere digna dies.

[illegible]R.

Vt ſuperèſſ[illegible]gæuus in annos,
Viue tu[illegible]ne, viue meos.

[illegible]TVS.

[illegible]mihi charior ipſa,
[illegible]bus vt eſſe diu.

[illegible]R.

[illegible]renouare querelas
[illegible]dia noſtra tuis.

MARI-

MARITVS.

O mihi ſi penſare meis tua fata liceret,
Quam foret hei miſero nunc mihi dulce mori?

VXOR.

Aſt hoc cùm fruſtra lacrymis, precibuſq; repoſcas,
Quæ mutare nequis, illa ferenda puta.

MARITVS.

Saltem ſi liceat manes excire ſepulchro,
Et ſemel his oculis ora videre tua?

VXOR.

Impia quandoquidem hæc pietas, arſque iſta ne-
fanda eſt,
Parce precor manes ſollicitare meos.

MARITVS.

Ergo mihi poſt hac te, te (mea vita) carendum eſt,
Et potero infœlix te ſine luce frui?

VXOR.

Non tota interij, nata eſt pars maxima noſtri,
Quique tuos mores, natus, & ora refert.

MARITVS.

Heus vbi caſtus amor probitas, candorq; pu
Et pietas [illegible]

Vt noſ

VXOR.

Intereunt flores, ætas lux vna roſarum:
Purpurei veris eſt quoque fluxus honos.

MARITVS.

Hei mihi quis noſtro depellet pectore curas?
Quis feret in tacito gaudia noſtra ſinu?

VXOR.

Succedet viduo coniux fidiſſima lecto,
Solamen noſtræ quæ tibi mortis erit.

MARITVS.

Nulla tuo, coniux ſuccedet nupta cubili,
Nulla etenim ſimilis nupta futura tibi eſt.

VXOR.

Ergo ſub Elyſijs iungemur vallibus olim,
Atque idem cineres, & teget oſſa lapis.

ITVS.

Interea inui ... bi nempe ſuperſtes
Quæ fu ... uere digna dies.

OR.

Vt ſupereſſ ... ngæuus in annos,
Viue ti ... ime, viue meos.

ITVS.

... ô mihi charior ipſa,
... eſtius vt eſſe diu.

OR.

... es renouare querelas
... gaudia noſtra tuis.

MARI-

MARITVS.

O mihi ſi penſare meis tua fata liceret,
Quam foret hei miſero nunc mihi dulce mori?

VXOR.

Aſt hoc cùm fruſtra lacrymis, precibuſq; repoſcas,
Quæ mutare nequis, illa ferenda puta.

MARITVS.

Saltem ſi liceat manes excire ſepulchro,
Et ſemel his oculis ora videre tua?

VXOR.

Impia quandoquidem hæc pietas, arſque iſta nefanda eſt,
Parce precor manes ſollicitare meos.

MARITVS.

Ergo mihi poſt hac te, te (mea vita) carendum eſt,
Et potero infœlix te ſine luce frui?

VXOR.

Non tota interij, nata eſt pars maxima noſtri,
Quique tuos mores, natus, & ora refert.

MARITVS.

Heus vbi caſtus amor probitas, candorq; pud[illegible]
Et pietas [illegible]

Vt noſ[illegible]

VXOR.

Intereunt flores, ætas lux vna roſarum:
Purpurei veris eſt quoque fluxus honos.

MARITVS.

Hei mihi quis noſtro depellet pectore curas?
Quis feret in tacito gaudia noſtra ſinu?

VXOR.

Succedet viduo coniux fidiſſima lecto,
Solamen noſtræ quæ tibi mortis erit.

MARITVS.

Nulla tuo, coniux ſuccedet nupta cubili,
Nulla etenim ſimilis nupta futura tibi eſt.

VXOR.

Ergo ſub Elyſijs iungemur vallibus olim,
Atque idem cineres, & teget oſſa lapis.

... RITVS.

Interea inui... ibi nempe ſuperſtes
Quæ fu... iuere digna dies.

... OR.

Vt ſupereſſ... ngæuus in annos,
Viue ti... ime, viue meos.

... ITVS.

... *ô mihi charior ipſa,*
... *xſtus vt eſſe diu.*

... OR.

... *es renouare querelas*
... *gaudia noſtra tuis.*

MARI-

Quæque prius mundi calamo damnarat, & ore
Vana, mage ex vero vana fuiſſe videt.
Attamen in mœſto quid vult ſibi marmore nomen,
Quodque illo dignum nomine carmen adeſt.
Nempe reformandus vitæ melioris in vſum
Hîc veteres poſuit Lypſius exuuias.

EIVSDEM.

Quiſque de hinc venies Grudiam nouus hoſpes in vrbem,
(Cura pia eſt) Lypſi da tumulo inferias.
Et caſtas ſuperadde preces, meritumque dolorem:
Cauſſa tibi numquam iuſtior vlla fuit.
Qua ſit iter quæris? tedâ præeunte rogali,
Ad magni ducent triſtia buſta viri.
Pierides mœſtæ hic cum Pallade Diuas
Tres, quibus in doctos par amor atque fides.
Fœdatas cernes liuentia pectora palmis
Sidera flebilibus ſurda ferire ſonis.
Crudeleſque vocare Deos. Sua damna vocare
Hoc moriente vna non potuiſſe mori.

Ex Thoma Segheto.

EIVSDEM.

Hoc tegitur corpus magni ſub marmore Lipſi,
Sed tegitur nullo viuida fama loco.
Quo moriente dedit gemitus Sophia alma, ſibiq;
Supremum metuit triſtis adeſſe diem.

Quiſ-

Quiſquis ades, bene dic cineri, bene Manibus opta:
Primorum primum non coluiſſe nefas.

NVMERALE.

SoltVVs heV CasV defeCIt BeLgiCA LIpſi;
PerpetVo fVLgens LVX taMen Inde VIget.

ALIVD.

LIpſiVs hiC SitVs eſt fLOS BeLgiCæ & orbis oCellus
ManIbVs eXoptet qVIſque qVieta pIIs.

Ex Ioach. Bellaio.

LEONIS STOZZÆ.

Haud iaceo anguſta magnus Leo conditus vrna:
Non benè tam magnum tam breuis vrna capit.
Nec me terra capit: terra ſed gloria maior.
Iam certum nautis ſidus ad Aſtra vehit.
Vtque meas quondam latè tulit vnda carinas,
Sic iuuat immenſi nunc maris eſſe Deum.
Ergo age, qui noſtris ſuccedes lætus habenis,
Iam facilem tutus per mare carpe viam.

SILVIÆ MIRANDVLÆ.

Coniugis heu manibus paruo iacet abdita ſaxo
(Cætera diſce hoſpes cum gemitu, & lacrymis)
Syluia cui clarum dederat Mirandula nomem,
Ipſa Venus formam, Gallia coniugium.
Quæ dum pulchra virum pulchra cupit eſſe parentem
Progenie, infœlix parturit, & perijt.

EIVSDEM.

Lugete ô ſyluæ, monteſque, amneſque, lacúſque,
Et quicquid Dryadum ruſtica turba colit.
Voſque leues Satyri, Sylueſtria numina, vóſque
Funera Fauni, cingite fronde comam.
Spargite humum lacrymis, præſtanti corpore Nymphæ,
Laurentes Nymphæ, veſter amor periјt.
Ante diem periјt veſtri pulcherrima cœtus
Syluia, Sylueſtres ducere docta choros.

CVIVSDAM CANIS.

Latratu fures excepi, mutus amantes:
Sic placui domino, ſic placui dominæ.

PETRONILLÆ PVELLÆ.

Quas potius decuit noſtro te inferre ſepulchro,
Petronilla, tibi ſpargimus has lacrymas.
Spargimus has lacrymas mœſti monumenta parentis,
Et tibi pro thalamo ſternimus hunc tumulum.
Sperabam genitor tædas præferre iugales,
Et titulo patris iungere nomen aui.
Heu gener eſt Orcus, quique, ô dulciſſima, per te
Se ſperabat auum, deſinet eſſe pater.

DVCIS BVLLONI.

Corporis Hectorei magna mercede redemit
Relliquias genitor, redderet vt tumulo.
Toxica languenti cum ſciret miſta marito,
Seque hoſtem parua ludere poſſe mora.

Mi-

Maiores effudit opes Breſcia coniux,
Bullonium viuum redderet vt patriæ.
Mortuus ille quidem magna eſt pietate redemptus,
Maiori eſt emptus, qui moribundus erat.

IN CINERES MARITI, VXORIS LACRYMÆ.

Quas patris, & nati charique in funere fratris
Et nata, & mater perſoluiq́ ſoror.
Has tibi nunc lacrymas, coniux dulciſſime, ſoluo,
Qui pater, & natus, qui mihi frater eras.

NÆNIA.

Maritus, & Vxoris Vmbra.

MARITVS.

Pro violis lacrymas, gemitus pro marmore pono:
Sint precor hæc cineri munera grata tuo.

VXOR.

Tu potius violas plenis effunde caniſtris
Albáque purpureis lilia miſta roſis.

MARITVS.

Quis tam ferreus eſt, amiſſa vt coniuge tali,
Coniugis ad tumulum temperet a lacrymis?

VXOR.

Nil lacrymæ proſunt, lacrymis haud fata mouẽtur,
Nec remeat quiſquis trans ſtyga fecit iter.

MA

Digitized by Google

MARITVS.

O mihi ſi penſare meis tua fata liceret,
Quam foret hei miſero nunc mihi dulce mori?

VXOR.

Aſt hec cùm fruſtra lacrymis, precibuſq; repoſcas,
Quæ mutare nequis, illa ferenda puta.

MARITVS.

Saltem ſi liceat manes excire ſepulchro,
Et ſemel his oculis ora videre tua?

VXOR.

Impia quandoquidem hec pietas, arſque iſta nefanda eſt,
Parce precor manes ſollicitare meos.

MARITVS.

Ergo mihi poſt hac te, te (mea vita) carendum eſt,
Et potero infœlix te ſine luce frui?

VXOR.

Non tota interij, nata eſt pars maxima noſtri,
Quique tuos mores, natus, & ora refert.

MARITVS.

Heus vbi caſtus amor probitas, candorq; pudorq;,
Et pietas priſcis æmula temporibus.

VXOR.

Vt noſter ſuper aſtra volet nunc ſpiritus, vtque
Fama obeat terras, iſta dedere mihi.

MARITVS.

At tibi Parca ferox primo ſub flore iuuenta
Iniecit duras, heu violenta manus.

VXOR.

Digitized by Google

VXOR.

Intereunt flores, ætas lux vna roſarum:
Purpurei veris eſt quoque fluxus honos.

MARITVS.

Hei mihi quis noſtro depellet pectore curas?
Quis feret in tacito gaudia noſtra ſinu?

VXOR.

Succedet viduo coniux fidiſſima lecto,
Solamen noſtræ quæ tibi mortis erit.

MARITVS.

Nulla tuo, coniux ſuccedet nupta cubili,
Nulla etenim ſimilis nupta futura tibi eſt.

VXOR.

Ergo ſub Elyſijs iungemur vallibus olim,
Atque idem cineres, & teget oſſa lapis.

MARITVS.

Interea inuitus viuam tibi nempe ſuperſtes
Quæ fueras noſtros viuere digna dies.

VXOR.

Vt ſupereſſe queas lætos longæuus in annos,
Viue tuos, coniux optime, viue meos.

MARITVS.

Viuam, ſed ſine te, vita ô mihi charior ipſa,
Sic viuam, poſſim mœſtus vt eſſe diu.

VXOR.

Deſine iam tandem triſtes renouare querelas
Turbantur lacrymis gaudia noſtra tuis.

MARI-

Digitized by Google

MARITVS.

Ut tibi do lacrymas, oculos ſic ipſe dediſſem,
Ne mihi perpetuo collacrymanda fores.

In Cineres Mariti.

VXORIS LACRYMÆ.

Marmore de Pario, fuſo nec mollius acre,
Nec cineri ſtatuam picta ſepulchra tuo.
Nec cineres ipſos nimio ſtimulata furore
Mortali condam corporis in tumulo.
Cùm tua me coniux, ſemper viuentis, & ora
Et greſſum, & vocem pectora noſtra ferant.
Pectora, quæ quondam fido ſpectata marito,
Tam bene pectoribus iuncta fuere tuis.
Vt ſi verus amor mentes poſt fata ſequatur,
Iam tumulo nolis ſplendidiore tegi.
Illa igitur veterem captet de marmore laudem,
Extincto imponens vaſta ſepulchra viro;
Hauriat aut cineres, longo quæ feſſa dolore
Solamen luctus quærit habere ſui.
Ipſa ego candenti lacrymas pro marmore ponam,
Perpetuò manes ſic gemitura tuos.
Donec longa dies noſtrum miſerata dolorem,
Nos iterum optato iungat in Elyſio.
Myrtea tunc animas vallis ſpectabit euntes,
Atque eadem cineres conteget vrna duos.

ALIVD.

Spargimus hoc ſaxum lacrymis: vtinamque, marite,
In ſaxum è lacrymis verſa forem Niobe.

ALIVD

ALIVD.

Hos flores, atque has violas, chariſſime coniux,
Spargimus in cineres vltima dona tuos.
Addimus & lacrymas, deſit ne floribus humor,
Atque vtinam in florem verſa forem, è lacrymis.

MARITI ET VXORIS.

Quos vno in talamo tædis felicibus olim
Concordi vinctos pectore iunxit Hymen.
Hos vno in tumulo iungi poſt funera Parca
Hos cælo vnanimes vincere iuſſit Amor.

PAMPHAGI MEDICI.

Hoc tumulo tumulus tegitur: miraris? at ipſe
Plus etiam audito nomine crediderís.
Pamphagus hîc iaceo, vaſta cui mole granato
Pro tumulo venter ſeſquipedalis erat.
Somnus, & ingluuies, Bacchuſque, Venuſque, Iocuſque,
Numina dum vixi, ſola fuere mihi.
Cætera quis neſcit? fuit ars mihi cura medendi,
Maxima ridendi, ſed mihi cura fuit.
Tu quoque non lacrymas, ſed riſum hîc ſolue viator,
Si gratus noſtris Manibus eſſe cupis.

EIVSDEM.

Si quid erat viuum de quo dubitaſſe queraris,
Parce hoſpes, nunc id mortuus experior.

PHYL-

Digitized by Google

PHYLLIDIS MOECHÆ.

Mœcha fui Phyllis, nil vltra dicere poſſum,
Hoc tantum poſſum dicere, Mœcha fui.

PYRHI STROZZÆ.

Per varios caſus, per multos Strozza labores,
Mille per inſidias, vulnera, tela, neces.
Aërium ſibi fecit iter, cœloque receptus,
Lucida ſub pedibus conſpicit aſtra ſuis.
Sic magni Alcidæ ſortem perpeſſus iniquam,
Ipſe quoque Alcidæ præmia Strozza refert.
Et quam non potuit, viuus, nunc lumine caſſus
Fortunam vincit, vincit & inuidiam.

GVILLIELMII BELLAII LANGEI.

Hic ſitus eſt Langeius, vltra nil quære viator
Nil maius dici, nil potuit breuius.

Ex Antonio Gouueano.

D. M. IOAN. BAROLLÆ.

In quo certarunt fortuna, ſcientia virtus
Barolla exiguo conditur hoc tumulo.
At viuos inter fortuna ſcientia, virtus
Caſurum nullo tempore nomen habent.
Si quæris, quid non vna ſint iſta ſepulta
Exiguo à tumulo non potuere capi.

D. M. IOAN. ALBERTI.

Ne tumulum Alberti exiguum mirere viator:
Nam quo potuit cumque obtegi.

Al-

Albertus tumulo, docta potuere ſorores
Et Gratiæ, & Pietas tegi.

Ex Tibullo.

TIBVLLI.

Hic iacet immiti conſumptus morte Tibullus
Meſſalum terra dum ſequiturque mari.

LIGDAMI.

Lygdamus hic ſitus eſt dolor huic & cura Neæra,
Coniugis erepta cauſa perire fuit.

Ex Propertio.

——— Qui nunc iacet arida puluis
Vnius hic quondam ſeruus amoris erat.

CYNTHIÆ.

Hac Tiburtina iacet aurea Cynthia terra
Acceſſit ripæ laus Aniene, tuæ.

Ex quodam.

CVIVSDAM POTORIS EGREGII.

Qui iacet hic vita moriens iurauit in omni:
Paſſum duntaxat ſe ſemel eſſe ſitim.
Hunc ne credideris falſum iurare viator:
Perpetua huic viuo nam fuit vna ſitis.

Digitized by Google

Mortas anus, quæ tot duxi (dum vita manebat)
Ad ſacros Bacchi pocula plena lacus.
Puluere non condor, tumuli vice ſuaue peractæ
Vitæ argumentum doliolum impoſitum eſt.

Longæua hæc ſunt buſta Maronidos: inque ſepulcro
E ſilice eſt fabra ſculptus ab arte, calix.
Multibibax, & multi loquax an hæc neque natis
Sed neque natorum paupere patre gemit.
Hoc vnum eſt quod flet vel buſto condita Baccho,
Vas habile hoc, Bacchi quod ſit inane gemit.
Hic Hieron amicam Sileneda, pocula dura
Vincere quam duro non potuere mero;
Rure ſuo ſepelijt functam, vt vel mortua, Bacchi
Nunc propius gratos ſtet tumulata lacus.

Ex Hermolao Barbaro.

RODVLPHI AGRICOLÆ.

Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rodulphum
Agricolam, friſij ſpemq́ decusq́ ſoli.
Scilicet hoc vno meruit Germania, quicquid
Laudis habet Latium, Græcia quidquid habet.

Ex Thoma Lineo.

CVIVSDAM.

En breuis vrna capit perparuum corpus........
Orbis & immenſus non capit ingenium.

Ex

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Quid plorent omnes, habuit quid mundus, & vltra,
Non ſperet rogitas? iſta ſepulchra vide.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Vita me functum qui credis forte viator
Erras, perpetuò nomine viuo. vale.

Ex quodam.

ZASII.

Iuris honorati Zaſius celeberrimus auctor,
A nece correptus, Terra valeto ſonat.

EIVSDEM.

Zaſius hic ſitus eſt cuius ſchola iuriſperitos
Tot dedit, armatos Tros quot equus Danaos.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Plinius hîc ſitus eſt Germanus: perge viator
...... toto nomen in orbe volat.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Quis ſit, ... ſi percontaris, & ipſum
Exiguo hoc claudi marmore poſſe putas.
Ruſticus es, toti cum ſit notiſſimus orbi:
Tota ipſi tumulus terra nec eſſe queat.

Ex quodam.

HERMOLAI BARBARI.

Hermoleos iacet hic, non re, ſed nomine tantum,
Barbarus, Aonij ſpeſque, decuſque chori.

ANGELI POLITIANI.

Pieridum columen, Phœbeæ gloria turbæ
Angelus hoc ſaxum Politianus habet.

IOAN. PICI MIRANDVLÆ.

Dignior Aſſyriæ volucris cognomine, Picus
Ioannes tumulo hoc mortuus ecce iacet.

Ex Incerto.

ANGELI POLITIANI.

Politianus in hoc tumulo iacet Angelus, vnum
Qui caput & linguas (res noua) tres habuit.

DIVI THOMÆ.

Hîc Thomæ cineres poſiti: cui fata dedere
Ingenium terris viuere, cœlo animam.

Ex

Ex Franchino Coſentino.

LAVRENTII VALLÆ.

Laurens valla iacet, Romanæ gloria linguæ:
Primus enim docuit, qua decet arte loqui.

MARII MOLSÆ.

Molſa iaces, tua fama viget, tua ſcripta leguntur,
Felix qui potuit viuere poſt obitum.

Ex quodam.

GEORGII VVIRTHI.

Arte fui magnus Ludouici Regis in aula
Pannonici: Carni me coluere viri.
Budiſſina facit me, rege iubente, decanum:
Gorlicij ſacrâ ſum tumulatus humo.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Occubuit patrio bellator .... enſe
Et preſſa eſt armis gens populoſa ſuis.

CVIVSDAM.

Conditur hîc fato functus .... acerbo
Terreſtri gnarus, ſidereæque plagæ.

CVIVSDAM.

Luſtra peracta vbi bis ſeptena recenſet ....
Lucifera è terris ceſſit in aſtra ſenex.

GVILLIELMI BVDÆI.

Occubuit clarus fato Budæus iniquo
Aſtreæ in caſtæ Sole ſedente ſinu.

NICOLAI COPERNICI.

Ex hoc exceſſit triſti Copernicus æui
Ingenio, aſtrorum & cognitione potens.

CVIVSDAM.

Hac triſti eſt clauſus .... in vrna
Noricidæ populi Paſtor, & vrbis honos.

CVIVSDAM.

Extulit ora ſequens Octobris Lucifer Idus:
Hedio vbi Parcæ lege ſolutus obit.

SEBASTIANI MVNSTERI.

Quintilis fuerant luces vt quinque peractæ
Munſtere è viuis te cita Parca rapit.

CVIVSDAM.

Vndenas luſtris trieteridas adde trecentis
Octoque .... tempora mortis habes.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Multa tuli, didici, docui, dum fata ſinebant:
Mortuus in ſummo iam requieſco Deo.

ALIVD.

Non obij morbo, ſed longæ mole ſenectæ
In vitâ miſero, eſt morte parata quies.

Ex

Ex quodam.

CVIVSDAM.

.... iacet hîc, ſat dictum hoc: cætera norunt
Munda, Oenus, Rhenus, Viſtula, Tybris, Arar.

Ex Incerto.

MARSILII FINICI.

Mores, ingenium, Muſæ, ſophieque ſepulta eſt
Laus hîc, cum magni corpore Marſilij.

Ex M. Antonio Coccio Sabellicio.

M. ANTONII COCCII SABELLICI.

Quem non res hominum, non omnis ceperat ætas,
Scribentem capit hæc Coccion vrna breuis.

Ex quodam.

ATHEI.

Mortuus eſt, quaſi victurus poſt funera non ſit,
Sic vixit, tanquam non moriturus erat.

MAVRI.

Corpus mente ſua caret, & mens corpore Mauri,
Maurus vtroque iacet, nil niſi nomen habet.

Digitized by Google

NOBILIS PVERI AVO ET PATRE SVPERSTITE DEFVNCTI.

Non ſeruat methodum Logica mors neſcia noſtiæ,
Occidit ante patrem natus auumque nepos.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Hic iacet .... viuentem ferre, patique
Quem potuere mali, non potuere boni.
Creſcite ab hoc taxi, creſcant aconita ſepulcro,
Auſus erat ſub eo, qui iacet omne nefas.

Ex Ioanne Latomo.

POGII.

A grauibus potui ſtudijs qui clarus haberi,
Corrupi ingenium plus ſatis ipſe meum.
Conuerti ad rixas animum, nugaſque facetas,
Sed Cato quas nolit, quaſque Sabina legi.
Hac ego quaſiui vitam male ſanus in herba,
Heu facit ad vitam ſed nihil iſta ſeges.
Viuo tamen: ſed non aliter quam Heroſtratus ille,
Quaſita, & parta eſt crimina vita meo.
Vos moneo, ingenio quicumque & ab arte valetis
A ſolidis vita quarite rebus opem.

AMBROSII MONACHI.

Qui legis hunc tumulum, legeres ſi ſcripta ſepulti,
Poſſentque hîc oculis nuda patere tuis.

Quam

Digitized by Google

Quam fluit eloquio, quam dulciter afficit, vtq;
Nil niſi nectareum quolibet ore ſapit.
Diuinus fieres, nec quamlibet ante ſciſſes
Iurares dictum protinus Ambroſium.

ANTONII CAMPANI.

Campani ad tumulum ſedet, & facundia muta eſt
Quo cum nempe viro tota prope interijt.
Aut ſi quid loquitur triſte eſt & flebile, linguam
Contenta in Cladeis, expediſſe ſuas.

MARSILII FICINI.

Hîc, hîc Marſilius notiſſimus ille Ficinus,
Totius Auſoniæ luxq;, decuſq; iacet.
In paruo ingenteis qui clauſit corpore dotes:
Immo non clauſit, ſed magis exeruit.
Quare etiam hac parua fama eſt anguſtior vrna:
Ni tamen hac potius, quem replet orbis erit.

M. ANTONII COCCII SABELLICI.

Magnus in hoc tumulo iacet ille Sabellicus, orbis
Cuius ad ingenium non ſatis vnus erat.
Tempora per modicis incluſerat omnia chartis,
Seruire exemplo quæ potuere aliquo.
In Venere incerta tamen hic contabuit: atque
Maluit Italicus Gallica Fata pati.

Digitized by Google

Quid iuuat humanos ſcire atque euoluere caſus
Si fugienda facis, & facienda fugis?

BERNARDI BIBIENNÆ.

Omnia captaui, nec ſequiter omnia cepi:
Eſt mea præcipuus præda Galerus honos:
Preſſius at tandem captans, nec vt ante Leonem,
Venator perij caſſibus ipſe meis.

GVIDI POSTHVMI.

Me Iouis & veneris fauſto ſub ſidere natum;
Phœbus adoptauit nomen & impoſuit
Unde (nec eſt alia factum ratione) ſciatis
Ne poſt defoſſum viuere corpus humo.

IASONI MAYNI.

Materia vincor, & tu vis ire, viator
Expediam: iacet hîc ille Maynus: abi.

THEODORI GAZÆ.

Ille Deum munus (fer thus, & liba ſacerdos)
Atque adeo hîc lingua Gaza vtriuſque, iacet.
Græcia quem genuit, ſuſcepit Roma: ſepultum
Communi titulo Græcia magna fouet.

GEORGI MERVLÆ.

Cur fugis à titulo? quò tam citò, quæſo Viator?
Siccine, quod poſſim carpere, habere times?
Ingenio hoc vixi, fateor: plureiſq; laceſſi
Pro rigido exercens ſcilicet enſe ſtylum.
Parcebam nulli, gaudens è cæde frequenti
Laſſa cruentatas figere in ora manus.

Et tu

Et tu fortè times, ne nunc quoque dentibus idem.
Quæq; Theoninis non placitura petam.
Optarim ſanè: neq; enim tibi abiret inultum
Phœbe, ſacerdotem ſic habuiſſe tuum:
Nam fœdaſſe ſuas quod me malus acuit arteis,
(Tutare parteis hoc vocat ille ſuas)
Tergendis voluit pueris à clunibus eſſem,
Quos male mundatos mors inopina rapit.
Ah miſer, at quod idem multi quoq; nunc imitãtur,
Iam ſucceſſorem mî fore ſpero aliquem.

BALT. CASTÆ.

Qui iacet hoc tumulo magnorum munia Diuûm
Immo bis impleuit, ſuſtinuitq; trium.
Mars dextra, calamo Phœbus, Cyllennius arte,
Ore Charis, Pallas mente, lepôre Venus.
Sed quas exercuit hoc ſcilicet ordine doteis,
Semper vt in lætam deſineret Venerem:
Quæ quum ſit Phœbi, nec vt olim Martis amica,
Vel regat hic mundum, vel magis ipſa Venus:

CVIVSDAM.

Hunc tumulum haud Charites ſeruant, ſed Erinnyes atræ:
Non Muſæ, at ſparſis anguibus Eumenides:
Colligit Alecto cineres, miſcetq; aconito,
Grataq; dat ſtygio liba voranda cani.
Qui quod erat viuum comitatus, atrociter Orci
Nunc quoq; per cunctas raptat agitq; vias
Inſultatq; adeo, & Furias quia nouerat omneis
Salutat, iniungit nomine quamq; ſuo

Omnis

O miſeras arteis, quæ ſolæ ea commoda præſtant:
Accedat ſtygias notus vt hoſpes aquas.

GVARINI VERONENSIS.

Famam qui celebrem, nomenq́ reliquit honeſtum,
Guarinus, vixi, dicere iure poteſt.
Qui latuit viuens vel habet per crimina nomen,
Ille nihil moriens perdidit: aſt abijt

GEORGII SOVROMANI.

Ille hîc Germanæ non vltima gloria terræ
Deſpecto in tumulo, at nobili in vrbe iacet.
Hanc dedit externo raræ facundia linguæ,
Illum gentilis miles & atra lues.
Ipſe tamen viuit, ſed quomodo mortuus? inquis:
Laudati æternis Cæſaris in titulis.

Ex Incerto.

M. MVSVRI.

Muſure ô Amanſure parum properata tuliſti
Præmia: namq́ citò tradita rapta citò.

Ex Ioanne Bartholomæo.

Viuitur ingenio: viuit, quem rere ſepultum:
Mors abolet tanti non monumenta viri.

Ex Proſpero Spiriteo.

PLATINÆ.

Qui res Pontificum ſacras, & geſta priorum
Quiq́ ducum vitas nobile fecit opus:

Quiq́

Digitized by Google

Quiq́ modum docuit, qui laudet honeſta voluptas,
Et quo ne iuuenes torqueat acer amor:
Pluraq́ quæ longum eſt, proſperans cenſere, Viator,
Omnia ſiderea pignora mentis erant.
Viuit adhuc Platina: & quanquam conceſſerit Orco:
Nil tamen in vatem Parca ſeuera poteſt.

Ex Platina.

ANTONII CAMPANI.

Campanus iacet hîc humili contectus in vrna
Qui vaga dum vixit, ſidera tranſilijt.
Hiſtoricus ſcripſit: dixit cecinitq́, nec alter
Philoſophus toto clarior in Latio.
Nil maius natura tulit: miracula cœli
Huius in ingenio cuncta ſtetêre viri.
Deſerto lugent Parnaſi fonte ſorores,
Et tumulus refugas lucis hîc vnus habet.
Vos quibus ingenium, en quo contendimus omnes:
Virtutis ſola eſt gloria, quæ ſupereſt.

Ex Dardano Parmenſi.

IAS. MAYNI.

Qui iacet hoc hoſpes tumulo? Quis? Summus Iaſon:
Illène Frixeæ vellere diues ouis?
Clarior hic illo longè eſt. Quiſnam oro? Maynus,
Excellens iuris gloria Cæſarei.

Non

Non fuit hoc quiſnam iuris conſultior alter,
Qui extinctum poſſet reddere ius melius:
Sed tamen hoc ſummi vetuit mens dia parentis,
Cæſaribus cupiens vſq; fauere ſuis.
Te audijt, ô nimium felix, qui iura legentem,
Damnantemq́; acri plurima iudicio.
Nec tamen infelix, tua qui monumenta reuoluit,
Et memori condit lecta, fouetq́; ſinu.
Et quanquam obloqueris plebs inuida ſolus Iaſon
Hic legum nodos difficileſq́; ſoluit.
Amborum ſic fama omnem vulgata per orbem:
Ille nitens belli laude, ſed iſte togæ.

Ex Iulio Gonzaga.

ALBERTI PII.

Hoc decus Italiæ tegitur Pius ille ſepulchro
Solerti ingenio, conſilioq́; potens:
Nulli hominum vis dicendi facundia maior,
Ille ſed & ſtudijs auxit, & arte magis.
Hunc Reges, hunc Pontifices ſibi rebus agendis
Optarant ſocium conſilijſq́; ducem
Felix, ſpem ſenij natum niſi fleſſet ademptum,
Et data in hoſtiles regna paterna domus.

Ex Conrado Lycoſthene.

LVDOVICI VIVES.

Hoc tegitur Viues tumulo, ſubſiſte Viator,
Et preſſo pacis verba precare gradu,

Quin

Quin etiam coſtum, violas & thuris honores,
Viui da prompta debita dona manu.
Qui dum ſic verbis, rebuſq́ exornat ad vnguem,
Per non tentatas maxima quæq́ vias:
Noſtra ætas vincit veteres, atq́ omnibus illis
Viuem, quem contra ponere poſſit, habet.

Ex quodam.

CVIVSDAM.

Perdidit ereptum Muſarum munus, ...
Perdidit hei quantum Teutona terra decus.
Quo moriente ferunt Clarios ceſſaſſe liquores:
Et tremuiſſe altis totum Helicona iugis.
Nemo roget cauſam, quam veſper nouit & ortus:
Cuius erit teſtis neſcia fama mori.

CVIVSDAM.

Hoc tegitur placidâ ſublatus morte, ſepulcro
.... fato iam meliore fruens.
Tranſijt è viuis ad vera palatia vitæ:
Quemq́ diu docuit, iam videt ipſe ....
Corpus humi moles, animum ſibi vindicat æther:
Scripta pia munus poſteritatis erunt.

CVIVSDAM.

Flos iacet hîc mellis nigra tellure ....
Apes dolete ſedulæ:
Vnde bonus ſpirabat ódor, pia mella fluebant
.... fleant ....

Lenta

Digitized by Google

Lenta febris potuit paruum comburere florem:
Lugete parui floſculi.
Nulli viri famam poterit dolere vetuſtas:
Fuci leues faceſſite.
Semper apes flaui diſtendent nectare cellas
Quà nunc ſtetit flos melleus.
Semper humus ſuaues illîc diffundet odores,
Qua nunc iacet flos paruulus.
Sed quum ſumma dies optato illuxerit ortu,
Flos hic virebit denuò.
Et reliquas inter bene olentes pulcrior herbas
Chriſti nitebit vertice.

CVIVSDAM.

Terra fui quondam: nigræ gero nomina terræ
In terram redeo: dic mihi, qualis eram?
Non tumulus memori partum decus eximet ano;
Quod ſpatio cunctas replet in orbe plagas.
Eſt longe tumulo decus hoc diuturnius orbe.
Quod pietas, virtus ingeniumq́ dedit.

Ex Marco Antonio Magno.

MERCVRINI CARD. CAR. V.
Supremi Cancellarij.

Flete pij Vates, ſic Vatum flete Camœnæ
Vt cedant liquidis Rhenus & Oenus aquis,
Nam ſi, qui iacet hîc, te Rhene adijſſet ab Oeno
Non premerent ripas tam mala multa tuas.

Ex

Ex Gisberto Longolio.

EIVSDEM.

Cerne ſub hoc gelido recubantia fragmine ſaxi
Oſſa, laboratum cerne viator opus.
Cæſaris hic Magni tegitur pars magna ſenatus
Quam iacet exiguo gloria tanta ſolo?
Qui prius ex merito portus vocitatus honorum
Quicquid & Auguſtis ſcribitur in titulis.
Doctus & infeſtos iterum componere Reges
Pacis & optatæ conciliator erat.
Ille inquam hoc tegitur tumulo Gatinarius Heros
Mercurij functus nomine & officio.

Ex quodam.

ANNÆ RVDINGERÆ.

Vna mihi vitam dedit, & vitam abſtulit hora;
Anna Rudingero nata parente fui.

MARIÆ PFINTZINGÆ.

Ipſa loquitur.

Et cinis ante fui, redigorque ſepulta viciſſim
In cinerem. hunc cinerem ſed noua vita manet:
Nam velut artifices (licet hinc exempla petantur)
E cinere effingunt lucida vitra manus.
Sic olim mandante Deo cinis iſte nitentem
Induet angelici corporis effigiem.
Tunc ego te rurſum, dilecte marite, videbo,
Chriſtophore, & ſocij pignora cara tori.

Digitized by Google

Interea noſtri memorem pius exige vitam,
Et pater officium iam quoque matris age.

HOMINIS LEPROSI.

Venturæ eſt morbus ſpecimen miſerabile mortis:
Quin morbum mortis dicere partem aliquam.
Iure queas: imo eſt mortis pars maxima morbus:
Hæc, breuis: hic, longo tempore nos cruciat.
Aſſiduis igitur vexati corpora morbis,
Haud viuunt, lenta morte ſed, heu, pereunt.
Talem ego tranſegi vitam, dum vita manebat:
Afflicto ſed mors verius illa fuit.
Hac miſera tandem ac diuturna morte ſolutus,
In cælo vita iam meliore fruor.

Ex Iaſpare Lanthonio.

IASPARIS.

Quæris in hacce breui iaceam quis conditus vrna?
Suſpice, conſpicuum picta tabella dabit.
Qualis eram viuus, talem me reddit imago,
Artificis ſic eſt ingenioſa manus.
Vt mortalis eram, ceſſi mortalibus auris,
Præſcripta eſt vitæ linea cuiq; ſuæ.
Heu fugit in præceps nunquam reuocabilis ætas,
Interea, vt ſatagas viuere, diſce mori.
Arcta via eſt vitæ, ſed mortis lata: duarum
Altera calcanda eſt, tertia nulla patet.
Quid cunctaris adhuc? anguſtam Chriſtus iniuit:
Felix cui ſemper viuere, Chriſtus erit.

Effigiem

Effigiem minùs agnoſcis, nomenque requiris?
Iaſparis haud quaquam nomen inane fero.
Jaſpar enim iam partem habeo: Pars optima Chriſtus,
Pars mea perpetuò, ſors mea Chriſtus erit.

EIVSDEM.

Vir grauis, hac velutì viuum quem reddit imago,
Propria concelebrant nomina quemque ſatis.
Corpus humo linquens, cœlo mentemque reſignans,
Sicq́ Deo moriens iſta loquutus ait.
Mors eſt natura: mortalem tempore naſci
Vt liquet, & par eſt tempore quemque mori.
Cornua qui tollis, ſis hoc paradigmate doctus,
Vnde ſatus, quid ſis, quò moribundus eas.

Ex Cypriano Vomelio.

D. IODOCI BVCHEMERI MEDICI.

Quid fuit vt præter naturam Parcæ ſecaret
Iodoci Medici fila ſuprema ſoror?
Nempe quod attentans illum concidere morbis
Eluſas vires ſenſerat vſque ſuas.
Ergo vbi de curru deſcendere fortè videret,
Adſuit inſidians præcipitemq́ dedit.
Quo lapſu iacuit corpus ſine viribus vllis,
Nec mora mens cœli culmen & aſtra petit.
Nam Medicina animæ probitas, pietasq́ fideſque
Præſtiterant, illi lene ſalutis iter.

Ex Pandulpho Ghirlanda.

ARANI CIBO.

Ortum ſi ſpectes. ortu eſt inſignis Aranus,
Graiorum antiquo ſemine cretus auis.
Si patriam, Genua eſt, qua non mage nobilis vlla,
Si geſta illius, qua patet orbis, habes.
Si prolem, ille gradum ad ſummum eſt euecta, decusq́;
Curarum conſors, conſilijq́; Dei.
Et maior totum ſi ſpectes, denique laude
Muſa quid obtrudis laude minora? tace.

Ex Ioanne Bochio.

CHRISTOPHORI PLANTINI.

Hoſpes, Idumaeam tumulo frondeſcere palmam
Cernis, honoratis ſerta parata comis.
Adſpicis aduerſa reliquum quòd compleat orbem
Parte, Venafranis edita bacca iugis.
Non alia decuit Plantinum fronde corona,
Si ſatis ad laudes vlla corona ſuas.
Seu labor hoc meruit, deſudataq́; palaeſtra,
Editaq́; innumeris ſcripta voluminibus,
Seu Pandionia cui maxima cura Minerua,
Palladis ornatum fructibus eſſe decet.
Vtq́; reluctatur, depreſſaq́; brachia tollit
Palma, nec aduerſo pondere nutat onus.
Sic moles operum contrà ſtetit. Inde, viator,
Plantino duplici fronde corona viret.

EIVS-

EIVSDEM.

Saluete, ô, cineres, lacrymis madefacta ſororum
Vrna nouem, ſalue, triſte miniſterium.
Sed dabitis, Muſæ, tumulo producat vt iſta
Plantam rore ſacro gleba rigata nouam.
Veſter vt officium veſtrum poſt funera cultor
Sentiat, & meritus buſta ſequatur honos.
Carmen & in viuo ſupremum inſcribite ſaxo,
Plantinum hoc donent munere Pierides.
Hoc iacet in tumulo Muſarum cura, Viator,
Certa ſub incerto nomine ſigna vides.
Sed tua mens totum meditando perambulet orbem,
Quærat & Aonij cura, quis ille? chori.
Inuenies noſtri cultorem numinis vnum,
Quem colimus ſimili nos pietate virum.
Ille eſt, ille gregis noſtri decus, alter Apollo,
Nomine Plantinum Chriſtophorumq́ vocant.

Ex Michaele Aitſingero.

EIVSDEM.

Marmoribus parcant nati, properansq́ viator
Ne petat, oſſa quibus delituêre locis.
Plura tribus linguis mihi ſtant monimenta per orbem;
Nulla caret tumulo Bibliotheca meo.
Hac mihi certa manent; & poſtera fama leuatur,
Sic viuat, memores quiſquis amat titulos.

Ex Michaële Vander-Haghen.

EIVSDEM.

Ergóne Chriſtophore hoc tumulo Plantine quieſcis?
Non labor at conſtans hîc iacet ille tuus:
Nil miſerans Lacheſis ſenſim caput omne profanat.
Ac primum eximios pignorat illa viros.
Regius inuita tamen Architypographus ipſa
Viues. nam cælo te ſacra Muſa beat.
Te facit æternum Conſtantia Iuncta Labori,
Exuuias tantum magni habet illa viri.

Ex quodam.

L. P. C.

Conſilijs Calchas, animo Hector, robore Achilles,
Eloquio Neſtor, iacet heic Borbonius heros.

SOLIMANNI TVRC. IMP.

Terror Germanis, Italis tremor, horror Iberis,
Ingenteis fregi rex orientis opes.
Mater erat Bellona, pater Mars Thracius: hinc,
Arma puer, iuuenis, virque ſenexque tuli.
Viuenti pelagus fuerat mihi non ſatis amplum,
Defunctus modicis ad Styga claudor aquis.

Ex Libro III. Anthologiæ eodem interprete.

AIACII.

Heic Telamoniadæ eſt tumulus, quē Parca peremit
Tam gladio illius, quàm ſimul vſu manu.

Vn-

Digitized by Google

Vndique nam quærens hominem non Atropos vllum
Repperit, Ajacem qui daret enſe neci.

NAVFRAGI.

Deſine vel remos nauis vel pingere ſemper
Roſtra, ſuper cineris frigida buſta mei.
Naufragi hic tumulus. damni quod fecit in vndis,
Illum qui ſub humo eſt cur meminiſſe iubes?

ANTHEÆ.

Anthea naufragio facto quem nocte natantem
Penei appulerat parua tabella vadis.
Proſiliens è vepre lupus, nil tale putantem
Enecat. ô terra ſæua procella magis.

NAVFRAGI.

Naufrage ſalue; & vbi Stygium traieceris amnem,
Ne pelagi fluctus, ſed reprehende Notos.
Iſti te merſere; freti ſed mitior vnda
Detulit in terras ad monumenta patrum.

EVMARIS.

Sæua Theti hinc cubitos à medis ceſſeris octo;
Dein ſtrepe, dein reboa, dein freme, quanta vales.
Eumaris euerſo tumulo, nihil vtile ſanè.
Inuenies, cinerem præter & oſſa, Theti.

ARCHILOCHI.

Heic iacet Archilochus iuxta mare: primus amaras
Tinxit echidnæo felle Heliconiadas.
Monte cruentato miti. luit acta Lycambes,
Natarum deflens funera fune trium.

Inſidunt veſpæ tumulo; ne forſitan iſtas
Irrites, tacita calce viator abi.

Ex Ptolomeo Gallio.

ACTII.

Vna hic podagra victus in pace occidit,
Qui victor omnium Actius bello fuit.

Ex Incerto Auctore.

FRANC. FERD.

Quid ſceptra ad tumulum, vincti quid compede Reges?
Quídue tot inuicta ſigna relata manu?
Quid galea, quid ſcuta nitent, quid gæſa, quid enſes?
Quid viret æternis laurus opaca comis?
Num Mars, num Daualus tumulo iacet? hic ſitus hic eſt
Heu Daualus, quin Mars cum Daualo ipſe iacet.

Ex Placidio Placentino.

MAXIMILIANI SFORZIÆ.

Hoſtibus expulſis regno præfectus auito,
Geſtabat princeps aurea ſceptra manu.
Nec quæ ſceptrigerum deceant coluiſſe, fatentur
Inculti mores, ingeniumq́; rude.
Attamen hic fato fretus, felicibus armis
Nonnunquam victor mira Trophæa tulit.
Idq́; breui gaudens inuitus regna reliquit,
Hoſtiliq́; miſer concidit hoſpes humo.

Non

Non huic inſignes titulos celeberrima virtus:
Sors dederat ludens, vis inimica rapit.

Ex Ioa. Iouiano Pontano.

ALPHONSI DAVALI, MARCHIONIS PISCARIÆ.

Arma manu tibi capta, & victo ex hoſte trophæa
Hæc tibi marmorea erunt, hæc tibi erunt tituli.
Hoc tibi Mars ſtatuit. ſtatuit Bellona ſepulchrum
O Dauale, hæc cineri debita buſta tuo.
His Alfonſe iaces ornatus & obrutus armis.
Arma tibi tumuli: tela tibi tituli.

IVLII PARMERII, EQVITVM PRÆFECTI.

Da tuba terribilem ſonitum, tubicenq́ canoro
Aere tona: hos tumulos clangor & arma decent.
Iulius hic ſitus eſt. ſtrepitus iuuat, & iuuat enſis,
Clauaq́: Parmerium bellica parma iuuat.
Gaudet & his heros concentibus: en canit vmbra
Ad numeros: placidos ducit & ipſa choros.
Nunc rurſum tuba, nunc tubicen fera murmura rurſum
Ingemina, vt cantu marmora pulſa ſonent.
Hic honor ad tumulos, magnorũ & ſaxa virorum
Debetur, Martis ſic ſtata caſtra iubent.
Pro patria hic cecidit: manes gaudete ſub vrna,
Gaude & Iuleis vmbra ſe ex tumulis.
Pro patria occubuit pugnans, miriſq́ cruento
Dum ſtetit hoſtiles repulit enſe manus.
Nos plauſum ſimul ore damus, ſimul ære canoro,
Parmerio: hæc patrius munera poſcit amor.

HYDRVNTINORVM CIVIVM. COLLOQVVNTVR
Viator, Genius, & Sacerdos.

VI. *In frõte eſt tumuli ſcriptũ, Sacer eſt locus: intus*
Tibia funereos deflet eburna modos.
GE. *Ore fauete omnes: manes ſua funera deflent,*
Infleti ob patriam qui cecidere ſuam.
VI. *Ingratos patriæ mores: ſparſere cruorem*
Pro patria: patrius cur malè gratus amor?
GE. *Oſſa ſolo quæ ſparſa iacẽt nũc colligit Hydrum,*
Colligit & rigidis viſcera paſſa rubis.
Parcite iam manes planctu, miſerandaq; ceſſent
Murmura: nam tumulis rite paratur honor.
Dic age, dic bona verba ſenex, iam conde ſepulchro
Viſcera, & in tumulis oſſa repone ſacris.
SA. *Oſſa ſubite pios loculos, & inite ſepulchrum,*
Viſcera ſacratas rite ſubite domos.
Pro patria occubuiſtis adacto in pectora ferro.
Vos patria ipſa ſuis proſequitur ſtudijs.
Ite piæ ad ſuperos animæ poſtquam oſſa quierant.
Oſſa quieta manent, ite piæ ad ſuperos.
Vobis parta quies cœlo: noua patria cœlum eſt.
Ite piæ ad ſuperos, en agite ite animæ.
Hoc poſita eſt tumulo pubes Hydruntia: cœlum
Eſt data cui proprijs patria pro meritis.

MYRTILÆ PVELLÆ. AMATOR AD
ſepulchrum queritur.

Hic ſoli mihi flere licet: tu laurus & vnà
Myrtus ades, paucis & lapis iſte notis.
Parue lapis, quem flore nouo, quem thure Sabæo,
Et veneror multa tum prece, tum lacryma:

Tu

Digitized by Google

Tu mea, tu miſeri tumulo male contegis iſto
Gaudia, & exultas ſæue dolore meo.
Redde meos mihi, redde meos, redde improbe amores.
Quî iuuat è lacrymis immaduiſſe meis?
Immadeas, maduiſſe iuuet, ſi non mea flendo
Lumina ſiccatas deficiunt lacrymas.
Sed lacrymas tibi habe, nec enim queror, accipe odores,
Accipe cum fletu munera miſta ſuo.
Vnguenta, atq; roſam, & coſtum properatæ puellæ,
Et violam, & cunctas ſpargite veris opes:
Spargite opes Arabum, lacrymas ego, tu lapis illas
Ebibe, & in rorem lumina abite nouum.
Rore nouo madeat tellus, quæ contegit oſſa,
Oſſa pios manes, numen & oſſa meum.
At tu perpetua laurus quæ fronde vireſcis,
Tu myrtus, de qua Myrtila nomen habet,
Fundite odoratos flores, ſyluamq; perennem
Ad tumulum, lacrymis creſcite & vſq; meis,
Creſcite: iam in latices, liquidum iam ſoluor in amnem,
Iam fluo, ſed fluidum me tamen vrit amor.

VENERILLÆ PVELLÆ A PONTANO adamatæ. Ipſa loquitur.

Hos tumulos ne temne precor, ne temne viator,
Sic tua contingant gaudia, ſi quid amas.
Da requiem & cineri: virgo iacet: huic ſua quõdam
Regna ferus ceſſit matre volente puer.

Spirabat

Spirabat Veneres oculis, afflabat amores
Ore, ſinu Charites, blanditiaſq́ genis.
Contulerat ſtudium formæ nihil, & tamen illi
Sæpe comam finxit, pinxit & ora Venus.
Conſuluit ſpeculum nunquam, Cytherea vegarat,
Ne flammam è facie duceret ipſa ſua.
Riſiſſet: blandi paſſim comitantur honores,
Ridebat fuſo gratia & ipſa ſinu.
Hanc iuuenes arſere, ſenes cupiere, puellæ
Optauere marem: qui videt ille perit.
Perſephone inuidit, vellitq; a vertice crinem.
Illa cadit: cecidit forma decórq; ſimul.
Ipſe amor, ipſa Venus miſero incubuere pharetro.
Planxerunt Charites pectora nuda manu.
Vt ſpolia, effigiemq; videt Plutonia coniunx,
Pœnitet, & ſpecie vincitur inuidia.
Fannia dicta fuit vati, Venerilla puellis.
Quiſquis amas, tumulo ſerta roſamq; dato.

MVNDITIANÆ PVELLÆ.

Munditiana tibi funus peperere Hymenæi.
Ipſe Hymen luctus, tædaq; & ipſe fuit.
Te Maiæ primum nuptam videre Calendæ,
Te poſtrema dies heu malè condit humi.
Menſe malas olim Maio nupſiſſe puellas
Fama eſt, & Maias omen habere faces.
Munditiana tibi eſt Hymenq; & munera Maius,
Et Maius violas det tibi, detq; roſas.

FRANCISCI

FRANCISCI ÆLII. VIATOR ET GENIVS colloquuntur.

Quis iacet hoc tumulo? Nullus iacet: hũc ſibi viuus
Ælius, hanc ſtatuit poſt ſua fata domum.
Cur interq́; herbas, interq́; virentia culta,
Qua nitet aurata Citria ſylua coma?
Hanc illi ſyluam Muſæ, hos ſtatuere receſſus,
Quò poſt vmbra ſuo gaudeat in thalamo.
Quid quòd & Aſſyrij ſpirant de marmore odores?
Quid quòd & Aſſyrio nardus honore fragrat?
Illos Aſſyrijs Charites de collibus, hanc &
Detulit Aſſyria Gratia ab vſq́; plaga.
Hoc illi meritum Muſæ poſt fata rependunt.
O ſcriptor Latia nobilitate lyra.

MARVLLI POETÆ. PONTANVS IPSE LOQVITVR.

Hoc vacuum tibi Pierides ſtatuere ſepulchrum
Et Graia & Latia clare Marulle lyra.
Ipſe etenim Aonia in ſylua, atq́; Heliconis in antris
Lætus agens, illic ocia grata teris.
Illic formoſæ ludunt ad plectra puellæ,
Et tecum ad choreas carmina lecta canunt.
Et tibi reſponſant ſyluæ, Peneiaq́; antra,
Plaudit & Ogygio roſcida ripa lacu.
Nil præter nomen tumulo: per opaca vagaris
Culta, per Elyſium docte Marulle nemus.
Hinc tibi ſe ad cantum adiungit formoſa Corinna,
Cantat & ad calamos Delia culta tuos:
Illinc compoſitos exercet Cynthia ſaltus,
Exercet raros Lesbia blanda choros.

Nec

Nec Parca eripuit, Muſæ rapuere Marullum,
Arnidi ne fieret grata rapina deæ.
Sis felix igitur Muſis comes, & tua Muſæ
Ambroſio foueant membra adamata ſinu.

IVLII POMPONII, VIRI LITERATISSIMI.

Pomponi tibi pro tumulo ſit laurea ſylua.
Oſſa maris rores, myrteaq; vmbra tegant.
Teq; tegant, artuſq; tuos violæq;, roſæq;.
Ver habet, Zephyros ſpiret & ipſe cinis.
Stillet & ipſe cinis, quas & Parnaſus, & antra
Theſpia, & ipſa ſuas Aſcra miniſtrat aquas.

LAVRINÆ PVELLÆ. IPSA E TVMVLO loquitur: Viator reſpondet.

Hæc laurus mihi dat titulos, famamq; ſepultæ,
Quæ quondam viuæ nomina clara dedit.
Sub lauru Laurina tegor, mea veſtit & oſſa
Laurus, & ipſa meo veſcitur è cinere.
Per me igitur viuit laurus, Laurinaq; viuo
In lauru, & vitæ mutua cura ſumus.
Ipſa eadem lauro materq; & filia: laurus
Ipſa mihi eſt titulus, ipſa quoq; eſt tumulus.
Viuite frondenti pariter ſub cortice iuncta,
Ipſaq; ſis lauro filia ſiſq; parens.

FVSCÆ, MATRONÆ. LAVDATVR A CASTITATE.

Centum Fuſca procos habuit, nec caſta cubile
Polluit, aut ſancti iura verenda tori.
Centum Fuſca procos riſit, coluitq; maritum.
O raram in longa poſteritate fidem:

Hoc

Digitized by Google

Hoc virtutis opus, dura inter & aſpera ſeſe
Erigere, & forteis exeruiſſe manus.
Viuit Fuſca igitur celebris poſt fata, fidemq́ʒ
Teſtantur nullo marmora victa ſitu.

FORTVNATI. IPSE IN TVMVLO LOQVITVR.

Non ampla mihi diuitiæ, non regna fuere,
Sed modicus cenſus, ſed ſine labe toga.
Nec mihi regales epulæ, ſed victus honeſtus,
Menſaq́ʒ communis, reſq́ʒ modeſta domi.
Cultus ager, ſine lite domus, ſine ſorde ſupellex
Parca quidem coniunx, ſed ſine prole fuit.
Hinc fortunato nomen fecere, quòd eſſem
Contentus modicis, ſimplicibuſq́ʒ bonis.
Sorte ſua lætus quiſquis fuit, ille beati
Fert nomen: felix, nomen inane puto.

PERTINELLI MVSICI INSIGNIS.

Plectra iacent ſine honore, lyra ſine honore ſepulta,
Et cithara, & cantus, & ſine honore tuba,
Sibilaq́ʒ arboribus deſunt, & murmura riuis
Deſtituit tacitas ipſe ſuſurrus apes.
Sola auium veteres ſeruat Philomela querelas,
Sola & hirundo nouos ſuſcitat ore modos.
Hæ Perinelle obitum luctu teſtantur, at illa
Sordent, & nimio muta dolore tacent.
Sume lyrã in tumulo Perinelle, & plectra moueto,
Iam lyra, iam cithara, iam tuba & ipſa canet.
Sibilaq́ʒ arboribus ſtrepitent, & murmura riuis,
Iuuerit atqʒ alacres ipſe ſuſurrus apes.

Quæ

Quo tumulo Perinelle iaces, tecum iacet omnis
Et ſonus, & cantus: auraq́ꝫ, voxq́ꝫ ſilet.

GREGORII TYPHER NATIS. PONTANVS tumulum ſalutat.

Gregorio ſit terra leuis, ver aſſit & vrna.
Terra ferat flores, vrna liquore fluat.
Plaudat & huic Latium tumulo, plaudatq́ꝫ iuuentus
Itala, Gregorio & Vmbria plaude tuo.

AVRELII INFANTVLI. MATER AD SEPVLchrum queritur.

Has tibi pro mammis lacrymas, proq́ꝫ vbere fletum
Nate cape: has lacrymas vbera noſtra puta.
Quiq́ꝫ tibi ad cunas cantus, quæ nænia quondam,
Hi tibi nunc queſtus, hic tibi ſit gemitus.
Has bibe nunc lacrymas, hæc hæc nunc vbera ſume:
Næniolæ & luſus, noſtra querela tibi eſt.
Quoſq́ꝫ dedi flores, & quas de flore corollas,
Hi tibi ſint crines, hæc tibi fuſa coma.
Aureli tibi ſit tellus leuis, ac breuis vrna
Afflet & vſq́ꝫ crocos, ſpiret & vſqꝫ roſas.

PHIELLÆ MATRONÆ PAVPERCVLÆ, tamen pudiciſſimæ.

Auratis digna es oculis formoſa Phiella.
Heu te condit humus, vilis & herba tegit.
Heu heu nec mater, nec de tua pignora deflent.
Nulla tibi eſt mater, pignora nulla tibi.

Non

Non frater, non cognato de ſanguine quiſquam,
Non pater ipſe, aut quæ lac tibi mamma dedit.
Vos fuſi deflete, coli deflete Phiellam,
Flete & eam lanæ, flete & eam calathi.
Flete & acus, & fila fleant, & lina Phiellam,
Telaq́ꝫ: vix tumulo caſta puella iaces.
Caſta puella lates tumulo vix: vix tibi ceſpes
Dat tumulum, vix te terra inarata tegit.
Quæ tamen herba tegit, nullos hæc ſentiat æſtus,
Frigora nulla: tuo floreat vſq; ſolo.

MASSILÆ VERNVLÆ. VRNA IPSA LOQVITVR.

Vrna loquor: cinis eſt infans: infantula mecũ eſt,
Vernula nata domi, nata gemella patri.
Hanc mater mihi cõmendat poſt funera, & inquit:
Ipſa tibi hanc peperi, nata futura tua eſt.
Hanc alui in tenebris: nutrix nox: vbera ſuxit
Noctis, & infanti lac fuit ipſe ſopor.
Nec fatur, verum ſomno teſtata perenni,
Quàm naſci, ſatius vos docet eſſe mori.
Hanc nullæ torquent curæ, non matris in ore eſt,
Non lana in digitis comminuenda datur.
Continuas ducit noctes: lux nulla, nec vlli
Sunt vitæ ſenſus: munera nulla premunt.
Dumq́ꝫ hæc ipſa loquor, ſecura infantula dormit.
Illam perpetuo ſomnus ab imbre rigat.
Nomen erat quod fecit herus Maſſila. Camœnæ
Ornarunt Domini pro pietate locum.
Hic dormit Maſſila: ſopor lac, vbera præbet
Nox ipſa, at cunas & tenebræ, & loculi.

Digitized by Google

ROSÆ PVELLÆ ANTE DIEM MORTVÆ.

Non nomen tibi, quin omen fecere parentes,
Dixerunt quum te bella puella Roſam.
Vtq́ rosa breuius nil eſt, æquè ve caducum,
Sic cito, ſic breuiter & tua forma perit.
Impleſti denos vix nam formoſa decembres,
Vere Roſa heu nata es, menſe decembre cadis.
Non æſtus, ſed te rapuerunt frigora brumæ:
Non æſtas, ſed te frigida ſoluit hyems.
Ergo non hyemi flores, non rapta per imbrem,
Frondeſcis, tumulo ſed malè Roſa roſa es.

PARTHENIÆ VIRGINIS, ET FACVLÆ VENERIS in eo ardentis. Viator & Genius colloquuntur.

Quis rogo, quis titulus? fax num tabeſcit in vrna?
Fax cuia eſt? Veneris. Vrnula? Parthenies.
Parthenie faculam Veneri dum ſurripit, vrna
Abdit: & hanc, inquit, ignibus vre tuis.
Tabuit ipſa ſuis fax ignibus intus abeſa.
Hinc tumulus titulum virginitatis habet.
Parthenie iacet hic: Veneris fax hic quoq́ tabet.
Parthenie tituli ius habet & tumuli.

ROSCIÆ PVELLÆ. IPSA E TVMVLO LOQVITVR.

Ros mihi dat titulum, nomenq́ eſt Roſcia noſtrum,
Ros breuis eſt, breuis heu ſic mihi vita fuit.
Rore madet tumulus, ſtillant & marmora rorem,
Roſcia ſum, me ros, roſcida & vnda rigat.

Digitized by Google

Sed nec apes tumulo, verum inſedere cicadæ,
Stridulaq́ ad cineres hei mihi turba crepat.
Bruma mihi requies, æſtas eſt pœna ſepultæ,
Bruma quies, æſtus eſt mihi ſupplicium.

STELLÆ FERRARIENSIS. PONTANVS ipſe loquitur.

Sit vati fas Pierides, quæ lucida fulget
Stella polo, hanc proprio condere ſub tumulo.
Stella tibi tumulus cœlum eſt: hæc te tegit vrna.
Teq́ per & tumulus, te per & vrna nitet.
Stella nites vrna, radios tibi & vrna miniſtrat,
Præbet & hos tumulus, & tumulo ipſa nites.
At nec Stella iacet tumulo, ſed ſplendet in vrna,
Splendet & in tumulo, nam polus eſt tumulus.

CANDIDÆ VIRGINIS. IPSA LOQVITVR.

Nec me marmor habet, nec me tegit vrna ſepultam,
In niueas abij candida verſa roſas.
Forte interq́ roſas, interq́ liguſtra quieram,
Aura fouet flatu, mater at ipſa ſinu.
Pallida quum cœlo nubes delapſa repente
Me rapit, inq́ auras diſſipor ipſa leues.
Dum natam mater gremio, dum quærit in vlnis,
Pro nata niueas repperit ecce roſas.
Ne mihi, ne lacrymas quiſquam, ne munera donet
Ad tumulos: horti ſunt mihi nam tumuli.
O felix cui vere roſæ, atque æſtate ſepulchrum
Sunt auræ: hinc flores fundis, & hinc Zephyros.

VIRIDELLÆ PVELLÆ. IPSA MET dolens loquitur.

In lapide eſt titulus Viridella, ſed ipſa ſepulchro
Deuirui: heu tumulus nomina falſa gerit.
Tabuit in cineres Viridella, colorq́; decorq́;
Nullus adeſt: heu quid nomina vana iuuant?
Quin potius Cinerilla legar, Cinerilla ſepulchro
Inſcribar, perijt nam viror atque vigor.
Nec titulo eſt Viridella, nec eſt Viridella ſepulchro
Nomen, forma, vigor, denique nil ſupereſt.

SYLVÆ PVELLÆ, RVINA RIPÆ OPPRESSÆ.

Me tellus grauat ingenti diuulſa ruina,
Pro tumulo mons eſt, quàm grauis heu tumulus?
Incubuit tumulo rupes: hac ipſa ſepulchrum
Hauſta facit, miſeros heu mihi quàm tumulos?
Increuit tumulo frondenti vertice ſylua,
Sylua mihi eſt tumulus: hei mihi qui tumulus?
Qui mihi ſit titulus, qua nomina ſylua docebit:
Sylua mihi titulus, Syluaq́; nomen erat.

PRVINÆ PVELLÆ. IPSA LOQVITVR.

Nec mihi triſtis hyems nocuit, nec ſæuior æſtas,
Non terra, aut tumidi vis inimica maris.
Tabida vis rapuit, rapuit violenta febris.
Delicui, vt rapido ſole pruina liquet.
Heu nomen fatale, perinde vt ſole pruina,
Sic ego pallenti tabe liquens perij.

SVLPI-

SVLPITIANÆ PVELLÆ. VIATOR ET Vmbra colloquuntur.

Dicite cuſtodes vmbræ, quæ tanta ſepulchri
Cura eſt? ſollicitas cur've ſmaragdus habet.
Parce hoſpes vocitare vmbras. Amathuſides ipſæ
Dicimur, & Veneri turba dicata ſumus.
Hic Nymphis defleta diu, plorata Camœnis,
Clamata & Veneri Sulpitiana iacet.
Defleruni Nymphæ formam, geſtusq́; Camœnæ
Plorarunt teneros, compoſitumq́; decus.
Clamauit Cytherea oculos, oculisq́; pudorem
Suffuſum, & veneres per labra, perq́; genas.
In frondem Nymphæ formam, in floremq́; Camœnæ
Rarum verterunt, & ſine labe decus.
Incluſit Cytherea oculos, ſepſitq́; ſmaragdo,
Cumq́; his & veneres, deliciaſq́; ſuas.
Mox ſtatuit nos cuſtodes: hinc cura ſepulchri
Tanta eſt, ſollicitas inde ſmaragdus habet.
Ferte pia dona hæc Amathuſides, hæcq́; ſmaragdo
Serta date: æternos ſpiret & vrna crocos.

DRYASTIDIS NYMPHÆ QVERELA A ruſticis cæſæ. Viator loquitur.

Quænam illa eſt igni è medio flammisq́; querela?
Qui gemitus? miſeræ virginis an ne ſonus.
Virginis ah miſeræ vox illa eſt: ſit tibi virgo
Sit requies, gemitus cauſa nec vlla tui.
Dic age quænam ipſa es, tantæ quæ cauſa querelæ?
Cur tantus medio ſurgit ab igne dolor?

Ruſtica ſum nemoris generoſi Nympha Dryaſtis,
Felix glandæ, ferax vmbræ, & opaca comis.
Inter Hamadryadas regnabam prima ſorores,
Primus honor menſæ, gloriæ prima chori.
Inuidiæ fuimus: Fauni mea regna bicornes
Inuadunt, Fauni prodigioſa cohors.
Agreſtumq́ manus armant: mea cæditur ilex,
Atq́ acer, atq́ abies, deniq́ cador ego.
Immittuntq́ ignes: vror venerabile numen.
Dum loquor, heu miſeræ viſcera aduſta crepant.
Et ferro mecum, ſæuis mecum ignibus actum eſt.
Hinc lacrymæ & gemitus, inde querela venit.
Qui Crœſi extinxit flammas violentior imber,
Ille idem extinguat mœſta Dryaſti tuas.
Et tibi ſuccurrant Hyades pluuialibus aſtris,
Nimboſuſq́ ſuas funditet Auſter aquas.

IESELMINÆ PVELLÆ, IN FLOREM verſæ. Genius loquitur.

Parce hoſpes violis, manes nec læde ſepultos,
Si neſcis, flores hi quoque numen habent.
Qui violæ nunc ſunt, fuit olim culta puella,
Vota parum felix ſoluere quæ nequijt.
Vouerat amplexus primos, atque oſcula prima,
Et primos flores hæc Hymenæe tibi.
Non paſſa eſt Lacheſis: miſeri poſuere parentes
In tumulo, & mœſtis thura dedere focis.
Certarant quæq́ ora roſis, quæq́ oſcula gemmis,
Atque oculi, per quos bella parabat Amor.
Tabue-

Tabuerant (immane nefas) tenueſq; papillæ;
Scilicet optaſſet quas Cytherea ſibi.
Tum memor ipſe ſibi notos Hymenæus amores
Tranſtulit in florem corpora verſa nouum.
Pro cute ſubriguit cortex, proq; oſſibus hæſit
Stipes, & e fibris fibra renata ſua eſt.
Plurima quæ fuerat Nymphæ coma plurima mãſit,
Et denſum folijs præbet opaca nemus.
Sparſus & in toto fuerat qui corpore candor,
Nunc multo niuei floris honore nitet.
Manſit odor, manſitq; alio ſub corpore nomen.
Hoc voti precium dia puella tulit.
Ieſelmina fuit nomen: flos dictus ab illo eſt:
Quiſquis amas, tumulo parce, nemuſq; cole.

VIOLANTHIS PVELLÆ. VIATOR AC Genius colloquuntur.

Quænam hic virgo iacet? Cuius de funere mœrens
Fregit Amor pharetram, diſſecuitq; genas.
Quis comes in tumulo eſt? Luſus, venereſq;, iociq;,
Quis tam demiſſo qui madet ore? Decor.
Quod nomen? Violanthis. Origo nominis vnde eſt?
Surgebant violæ fixit vbi illa pedem.
Immanem Lacheſin: quod nunc rapis heu breuis eſt flos,
Quem neque ros poſthac, lympha nec vlla riget.

LEONARDÆ PONTANÆ, AVIÆ MATERNÆ. Viator, ac Genius colloquuntur.

Di manes ſaluete: an quas hic conditis vmbras?
Salue hoſpes: ſanctam condimus hic animam.

Quis titulus? Leonarda iacet Pontana ſepulchro,
Poſt centum ac denas conditur hîc ſegetes.
Cuſtodes quis vos ſtatuit? Probitasq; pudorq;,
Conſtituit tumulos an dea? Conſtituit.
Relligio tumulos ſtatuit: iuuere puellæ
Pierides, quoniam cura nepotis erat.
Tu requiem cineri optato, ſic fata quieſcant
Et tua. Vis ne aliud? Iamq; valete, abeo.

CÆCILIÆ AVIÆ PATERNÆ.
Pontanus loquitur.

Pax vmbræ, requieſq; vrna qua contegit vmbram,
Thura adolete, ſacri ſpargite fontis aquam.
Salue auia, æternumq; vale: cape grata nepotis
Munera, nec lacrymas ſperne, nec inferias.
Cecilia & tibi ſit tellus leuis, & fluat vrna
Ambroſia, ambroſius ſtillet & vſq; liquor.
Et tibi perpetuum ſpiret ver, ſeruet & vrnam
Quam tu ſeruaſti cum pietate fides.

TVRPILIÆ PVELLÆ.

Caſta fuit, formoſa fuit, comisq; puella,
Turpiliæ verum nomina iniqua tulit.
Moribus ornauit nomen, raroq; pudore,
Quum fuerit thalami candor honosq; tori.

CORVINÆ, MOROSÆ FOEMINAE.

Hic poſita eſt Coruina, ſuo attumulata marito,
In tumulo & Thalamo ligitioſa cohors.
An ne cohors, vbi vir iaceat cum coniuge ſolus?
Ille ſua conſors coniugis, illa ſui?

Dum

Digitized by Google

Dum clamat, dumq́ inclamant, dum ſtridet vterq́,
Hic boat, illa vlulat, fit tibi plena cohors.
Iam ſtrepitant: irata cohors iam currit ad arma,
Clamor ad aſtra volat, telaq́ trunca ſonant.
Non litem, ſed bella putes: iam fragmina tundunt
Marmora, iam tumulo ſaxa rotata crepant.
Heu clamat Cornina, gemit percuſſus Homaſter,
Paona de ſtygijs ite ciete vadis.
Sed nec Pæone opus: docti ſua vulnera curent.
Vos fomenta pijs fundite pro lacrymis.

CERBERI, HOMINIS FVRACISSIMI.

Cerberus hîc ſitus eſt; latrat ſed ad hoſtia nullus
Scilicet indicio ne ſit id ipſe timet.
Fur erat, & furtis vitam ducebat; at illum
Deuorat in tenebris improba turba canum.
Vmbra petit manes, quam Cerberus ore trifauci
Deuorat, haud ſtygias paſſus inire domos.
Furibus hac pœna eſt: furti reus hoſtia Ditis
Non intret, rabido præda ſit ille cani.

MIELLAE PVELLAE IN ADVLterio occiſæ.

Heu quid amor, malè caſtus amor, quid crimina poſſint,
Ipſa manu doceo cæſa Miella viri.
Hærebam miſera in gremio malè ſaucia amantis,
Et mea languentis preſſerat ora ſopor:
Irrumpit gladio coniunx: heu victa ſopore
Vix ſenſi armatas in mea fata manus.

Eiectam furtim, exequijs, buſtoq; carentem,
Triſtis in ignota condit hoſpes humo.
Tabueram, inteſtata diu nec crimina paſſus
Hymen, immundas excit in oſſa ſues.
Eruor infelix, populi nota, dedecus vrbis,
Meq; trahunt rabidæ per loca tetra feræ.
Quæq; Miella fui, nomen ſum nacta Suillæ,
Diſce puella tuo caſta manere toro.

HOMINIS MENDICI.

Nulla mihi viuo domus, at nunc certa ſepulto eſt,
Vitaq; paupertas, mors mihi diuitiæ.
Vita mihi exilium, requies at certa ſepulchrum:
Nudus eram viuus, mortuus ipſe tegor.

VIOLINÆ PVELLÆ. IPSA PVELLA LOQVITVR.

Prata mihi tumulum præbent, violæq; ſepulchrm
Fronde tegunt: mirum ſi Violina vocer?
Non mihi thura opus eſt, aut nardo, aut Arabe myrrha,
Myrrha mihi, & nardus, thuraq; ſunt violæ.

VRBANÆ PVELLÆ MALE SEPVLTÆ.
Ipſa queritur.

Rure quidem iaceo, quum ſit mihi nomen ab vrbe:
Nec titulus, nec ſunt nomina vera mihi.
Pœna mihi eſt tumulus: pœna eſt rurale ſepulchrũ,
Quæq; quies alijs, eſt mihi ſupplicium.
Pro viola porrum, pro thure, atq; Arabe coſto
Cepa datur, cepis obſita ſemper humus.

Meq;

Meq; ſues, meq; & verres, vexantq; capellæ,
Inquinat & tumulos ingluuioſus anas.
In primis me turbat anus, quæ carmine longò
Euocat & manes, euocat atq; erebum.
Vos aliò cineres, aliò traducite noſtros,
Quæq; Vrbana fui, ruſtica ne iaceam.

SCANDEREBÆI, HOMINIS BIBACISSIMI.

Funde vrnam ad tumulos, funde & vinalia teſta:
Ebrius hic nunquam, ſobrius hic neutiquam.
Ebrius hic ſemper, ſemper quoque ſobrius idem
Dic mihi quisnam hic ſit? Scanderebæus erat.

FELICIS, HOMINIS MERCATORIS.

Felix hic iaceo, malè felix, quem neque coniunx,
Nec natus ſepelit, nec ſoror, aut genitrix.
Non pater, aut frater: rapidæ excerpſere volucres:
Prædaq; ſum cupidis heu data vulturijs.
Dum varijs inhio lucris, fora multa frequento,
Et vitam, & partas eripit hoſtis opes.
Linquor præda auibus, nullum tegit oſſa ſepulchrũ:
Sola per ignotos vmbra vagatur agros.
Donec me tumulo paſtor donauit, & alno
Infelix ſcripſit hac requieſcit humo.
Felix quum fuerim, nunquam poſt fata quieui,
Infelix donec ſcriberer in tumulo.

PETRI COMPATRIS IVCVNDISSIMI POETÆ.
Ipſe & viator colloquuntur.

Dic tumulo pia verba: feres precium: iacet hic, qui
Nec ſenſit lites, iurgiáue vlla domi.

Ma

Macte vir ingenio: ſpiret ver, floreat vrna,
Dent pacem & cineri numina. Da precium.
Do precium: fuge vincla tori, fuge iura mariti,
Non tibi erunt lites, iurgiáue vlla domi.
Ducta eſt, coniugium ſubij: ſuccurre marito,
Ducta eſt Parthenope ſi tibi, viue Senis.
Macte iterum, tibi ver ſpiret, tibi floreat vrna,
Et paſcant manes Attica mella tuos.
Compater hanc legem ſtatuit, connubia vita:
Connubijs namq; eſt addita rixa comes.

BARCAE ANCILLAE.
Ipſa loquitur.

Pathma mihi in patria nomen tellure, Ioanna
Hic fuerat, Mauro Barca vocata ſeni.
Seruiui Mauro: ingenuam me patria vidit,
Hic domini laribus ius vel herile dedi.
Munditijs placui dominæ, fuſoq;, fideq;:
Demerui dominum ſedulitate mea.
Nec Muſis non chara fui: me carmine Muſæ
Donarunt, tumulo qui mihi venit honos.
Dulcis hero, dulciſq; & hera, Charitum quoque cura,
Et cura Aonidum ſcita Ioanna fui.
Ipſa manu dominæ pheretro compoſta, ſupremas
Excepi lacrymas, quas mihi fudit herus.
Quemq; ſinu tenerum foui, cui garrula luſi
Ad cunas, locat hac natus herilis humo.
Ille mihi inferias, ille & funebria ſoluit,
Digne parens nato, digne parente puer.

Terra

Digitized by Google

Terra mihi, ſit at aura leuis natoq́ patriq́,
Sis memor & Barca, ſis mea dulcis hera.

LVCILLI PONTANI: VIXIT DIES QVINQVAGINTA.
Præfica loquitur: puellæ reſpondent.

PR. *Infanti lacrymam ad tumulos floremq́ puellæ*
Spargite, nam & veſtro eſt dignus honore rogus.
PV. *En flores, nardum ad tumulos balanumq́ liquamus,*
Ipſæ etiam lacrymæ ſponte per ora fluunt.
PR. *Nil infans ore infanti: vix vagit: at ipſe*
Munera veſtra pijs ſedulæ obite modis.
PV. *Lucili tibi lux nomen dedit, & dedit ipſa*
Mater ſtella tibi, ſtellaq́ luxq́ ſimul.
Eripuit nox atra, nigræ eripuere tenebræ,
Vixiſti vix quot litera prima notat.
Hoſne dies? breue tamne tibi lux fulſit? & auræ
Maternum in nimbis ſic tenuere iubar?
Infelix fatum: puer heu malè felix: heu quòd
Nec puer es, nec lux, nec niſi inane quid es.
PR. *Sit vobis ver perpetuum, ac ſine nube puellæ,*
Lucili & cineri ſpiret inuſtus odor.

INFANTVLI VAGIENTIS. VIATOR ET
Genius colloquuntur.

Mira fides, tumulo vagit puer, ecqua ſub vrna
Vmbra gemit? miſeris en gemit vmbra modis.
Præſidet huic tumulo quis nam Geniúſve, decúſve?
Unde hæc tam querulo vox geminata ſono?

Hic

Hic infans iacet Vmbrenus, miſerabilis infans,
Viuit morte ſua, crimine matris obit.
Hæc vrſo aſſueſcens, vrſo fit mater: ibidem
Morte obita, mortem pœna ſecuta ſua eſt.
Vt puer in tumulo viuat, petat improba mater
Vt Styga, & hinc Stygias nocte reportet aquas.
Quis puerum in tumulo paſcat: vagitus hic inde eſt:
Pœna obitus matri: vita quidem puero.

VARIANÆ PVELLÆ. CARBO SOLVIT INFERIAS.

Hôs habet infelix tumulos Variana nec vlli
Iuncta toro, nulli iuncta puella viro.
Vt poſita eſt loculis, miſeri poſt funus amantes,
Munera cum lacrymis multa dedere ſuis.
Primus at è cunctis Carbo mœſtiſſimus illi
Conſtituitq́ aras, & ſtata ſacra facit.
Condidit & loculis manes, lauitq́ ſepulchrum
De lacrymis: lacrymæ triſtia buſta rigant.
Nona dies aderat: florent ad marmora thymbræ,
Thymbra tegit tumulos, marmora thymbra tegit.
Conueniunt & apes, & mella liquentia carpunt,
Dictaq́ Thymbrea eſt, quæ Variana fuit.
Hac tibi Carbo tuus Thymbrea: hinc mella ſepulcro
Lecta legunt & apes, hinc tibi & illa fluunt.

LVNÆ PVELLÆ. IPSA LOQVITVR.

Ne me, ne rogo terra tegat: ſinito aëra apertum,
Degrauet & cineres tegula nulla meos.
In lauri hic tantum titulus ſit cortice: Luna
Hinc abij ad ſuperos: non mihi terra placet.

Mani-

Manibus & Luna pateat cœlum, oſſaq́; & artus
Condas ſub tacito tu Charitae ſinu.

EPVLEÆ PVELLÆ NAVFRAGÆ. IPSA QVERITVR.

Hic Euplea vagor tumulo ſine: me maris vnda
Eijcit, & ſedes hei mihi terra negat.
Nunc miſera affligor ſcopulis, nunc obruor alga,
Nec recipit tellus, nec mare, nec ſcopuli.
Aëre iactamur, rapidis iactamur ab auris,
Nec mihi ſunt ſedes, nec loca certa mihi.
Nulla quies vmbræ miſeræ, nullusq; receptus,
Non nebulæ, non me nubila nigra tegunt.
Iactor in incertum, feſſis Euplea carinis
Exploſa, & nautis: hei mihi quid reliquum?
Sit modus ô Euplea: tuus te portus & ipſum
Accipiet littus, terraq́; amica tibi.
Et dabit inferias coniunx, cineremq́; piabit,
Et cineri & tumulo debita perſoluet.
Interea tibi dant lacrymas Euplea carinæ,
Littoraq́; ipſa ſuis mœſta ſonant numeris.
Flebileq́; ad tumulum vates canit, & tibi carmen
Dedicat, ô felix vmbra & amica vale.

PRÆ MATRONÆ. IPSA LOQVITVR.

Ne manes, ne terra tegat: ſinite vmbra vagetur.
Noſtra quidem certum non habet vmbra locum.
Non ſedes mihi certa: dies nocteſq́; vagamur,
Exilio requies nec datur vlla meo.
Ipſe error mihi pœna, viros quòd tempore in vno
Et colui vna duos, extuli & vna duos.

Digitized by Google

Quis titulus? Leonarda iacet Pontana ſepulchro,
Poſt centum ac denas conditur hîc ſegetes.
Cuſtodes quis vos ſtatuit? Probitasq́ pudorq́,
Conſtituit tumulos an dea? Conſtituit.
Relligio tumulos ſtatuit: iuuere puellæ
Pierides, quoniam cura nepotis erat.
Tu requiem cineri optato, ſic fata quieſcant
Et tua. Vis ne aliud? Iamq́ valete, abeo.

CÆCILIÆ AVIÆ PATERNÆ.
Pontanus loquitur.

Pax vmbræ, requieſq́ vrna quæ contegit vmbram,
Thura adolete, ſacri ſpargite fontis aquam.
Salue auia, æternumq́ vale: cape grata nepotis
Munera, nec lacrymas ſperne, nec inferias.
Cæcilia & tibi ſit tellus leuis, & fluat vrna
Ambroſia, ambroſius ſtillet & vſq́ liquor.
Et tibi perpetuum ſpiret ver, ſeruet & vrnam
Quam tu ſeruaſti cum pietate fides.

TVRPILIÆ PVELLÆ.

Caſta fuit, formoſa fuit, comisq́ puella,
Turpiliæ verum nomina iniqua tulit.
Moribus ornauit nomen, raroq́ pudore,
Quum fuerit thalami candor honosq́ tori.

CORVINÆ, MOROSÆ FOEMINAE.

Hic poſita eſt Coruina, ſuo attumulata marito,
In tumulo & Thalamo ligitioſa cohors.
An ne cohors, vbi vir iaceat cum coniuge ſolus?
Ille ſuæ conſors coniugis, illa ſui?

Dum

Digitized by Google

Dum clamat, dumq́ inclamant, dum ſtridet vterq;,
Hic boat, illa vlulat, fit tibi plena cohors.
Iam ſtrepitant: irata cohors iam currit ad arma,
Clamor ad aſtra volat, telaq́ trunca ſonant.
Non litem, ſed bella putes: iam fragmina tundunt
Marmora, iam tumulo ſaxa rotata crepant.
Heu clamat Cornina, gemit percuſſus Homaſter,
Pæona de ſtygijs ite ciete vadis.
Sed nec Pæone opus: docti ſua vulnera curent.
Vos fomenta pijs fundite pro lacrymis.

CERBERI, HOMINIS FVRACISSIMI.

Cerberus hîc ſitus eſt: latrat ſed ad hoſtia nullus
Scilicet indicio ne ſit id ipſe timet.
Fur erat, & furtis vitam ducebat; at illum
Deuorat in tenebris improba turba canum.
Vmbra petit manes, quam Cerberus ore trifauci
Deuorat, haud ſtygias paſſus inire domos.
Furibus hac pœna eſt: furti reus hoſtia Ditis
Non intret, rabido præda ſit ille cani.

MIELLAE PVELLAE IN ADVLterio occiſæ.

Heu quid amor, malè caſtus amor, quid crimina poſſint,
Ipſa manu doceo cæſa Miella viri.
Harebam miſera in gremio malè ſaucia amantis,
Et mea languentis preſſerat ora ſopor:
Irrumpit gladio coniunx: heu victa ſopore
Vix ſenſi armatas in mea fata manus.

Eiectam furtim, exequijs, buſtoq; carentem,
Triſtis in ignota condit hoſpes humo.
Tabueram, inteſtata diu nec crimina paſſus
Hymen, immundas excit in oſſa ſues.
Eruor infelix, populi nota, dedecus vrbis,
Meq; trahunt rabidæ per loca tetra feræ.
Quæq; Miella fui, nomen ſum nacta Suillæ,
Diſce puella tuo caſta manere toro.

HOMINIS MENDICI.

Nulla mihi viuo domus, at nunc certa ſepulto eſt,
Vitaq; paupertas, mors mihi diuitiæ.
Vita mihi exilium, requies at certa ſepulchrum:
Nudus eram viuus, mortuus ipſe tegor.

VIOLINÆ PVELLÆ. IPSA PVELLA LOQVITVR.

Prata mihi tumulum præbent, violæq; ſepulchrm
Fronde tegunt: mirum ſi Violina vocer?
Non mihi thura opus eſt, aut nardo, aut Arabe myrrha,
Myrrha mihi, & nardus, thuraq; ſunt violæ.

VRBANÆ PVELLÆ MALE SEPVLTÆ.
Ipſa queritur.

Rure quidem iaceo, quum ſit mihi nomen ab vrbe:
Nec titulus, nec ſunt nomina vera mihi.
Pœna mihi eſt tumulus: pœna eſt rurale ſepulchrũ,
Quæq; quies alijs, eſt mihi ſupplicium.
Pro viola porrum, pro thure, atq; Arabe coſto
Cepa datur, cepis obſita ſemper humus.

Meq;

Digitized by Google

Meq; ſues, meq; & verres, vexantq; capellæ,
Inquinat & tumulos ingluuioſus anas.
In primis me turbat anus, quæ carmine longò
Euocat & manes, euocat atq; erebum.
Vos aliò cineres, aliò traducite noſtros,
Quæq; Vrbana fui, ruſtica ne iaceam.

SCANDEREBÆI, HOMINIS BIBACISSIMI.

Funde vrnam ad tumulos, funde & vinalia teſta:
Ebrius hic nunquam, ſobrius hic neutiquam.
Ebrius hic ſemper, ſemper quoque ſobrius idem
Dic mihi quis nam hic ſit? Scanderebæus erat.

FELICIS, HOMINIS MERCATORIS.

Felix hic iaceò, malè felix, quem neque coniunx,
Nec natus ſepelit, nec ſoror, aut genitrix.
Non pater, aut frater: rapidæ excerpſere volucres:
Prædaq; ſum cupidis heu data vulturijs.
Dum varijs inhio lucris, fora multa frequento,
Et vitam, & partas eripit hoſtis opes.
Linquor præda auibus, nullum tegit oſſa ſepulchrũ:
Sola per ignotos vmbra vagatur agros.
Donec me tumulo paſtor donauit, & alno
Infelix ſcripſit hac requieſcit humo.
Felix quum fuerim, nunquam poſt fata quieui,
Infelix donec ſcriberer in tumulo.

PETRI ÇOMPATRIS IVCVNDISSIMI POETÆ.
Ipſe & viator colloquuntur.

Dic tumulo pia verba: feres precium: iacet hic qui
Nec ſenſit lites, iurgiáue vlla domi.

Digitized by Google

Macte vir ingenio : ſpiret ver, floreat vrnà,
Dent pacem & cineri numina. Da precium.
Do precium : fuge vincla tori, fuge iura mariti,
Non tibi erunt lites, iurgiáue vlla domi.
Ducta eſt, coniugium ſubij : ſuccurre marito,
Ducta eſt Parthenope ſi tibi, viue Senis.
Macte iterum, tibi ver ſpiret, tibi floreat vrna,
Et paſcant manes Attica mella tuos.
Compater hanc legem ſtatuit, connubia vita:
Connubijs namq; eſt addita rixa comes.

BARCAE ANCILLAE.
Ipſa loquitur.

Pathma mihi in patria nomen tellure, Joanna
Hìc fuerat, Mauro Barca vocata ſeni.
Seruiui Mauro : ingenuam me patria vidit,
Hìc domini laribus ius vel herile dedi.
Munditijs placui dominæ, fuſoq;, fideq; :
Demerui dominum ſedulitate mea.
Nec Muſis non chara fui: me carmine Muſæ
Donarunt, tumulo qui mihi venit honos.
Dulcis hero, dulciſq; & heræ, Charitum quoque cura,
Et cura Aonidum ſcita Ioanna fui.
Ipſa manu dominæ pheretro compoſta, ſupremas
Excepi lacrymas, quas mihi fudit herus.
Quemq; ſinu tenerum foui, cui garrula luſi
Ad cunas, locat hac natus herilis humo.
Ille mihi inferias, ille & funebria ſoluit,
Digne parens nato, digne parente puer.

Terra

Terra mihi, ſit at aura leuis natoq́ patriq́,
Sis memor & Barca, ſis mea dulcis hera.

LVCILLI PONTANI: VIXIT DIES QVINQVAGINTA.
Præfica loquitur: puellæ reſpondent.

PR. *Infanti lacrymam ad tumulos floremq́ puellæ*
Spargite, nam & veſtro eſt dignus honore rogus.
PV. *En flores, nardum ad tumulos balanumq́ liquamus,*
Ipſæ etiam lacrymæ ſponte per ora fluunt.
PR. *Nil infans ore infanti: vix vagit: at ipſe*
Munera veſtra pijs ſedulæ obite modis.
PV. *Lucili tibi lux nomen dedit, & dedit ipſa*
Mater ſtella tibi, ſtellaq́ luxq́ ſimul.
Eripuit nox atra, nigræ eripuere tenebræ,
Vixiſti vix quot litera prima notat.
Hoſne dies? breue tam ne tibi lux fulſit? & auræ
Maternum in nimbis ſic tenuere iubar?
Infelix fatum: puer heu malè felix: heu quòd
Nec puer es, nec lux, nec niſi inane quid es.
PR. *Sit vobis ver perpetuum, ac ſine nube puellæ,*
Lucili & cineri ſpiret inuſtus odor.

INFANTVLI VAGIENTIS. VIATOR ET
Genius colloquuntur.

Mira fides, tumulo vagit puer, ecqua ſub vrna
Vmbra gemit? miſeris en gemit vmbra modis.
Præſidet huic tumulo quis nam Geniúſve, decúſve?
Unde hæc tam querulo vox geminata ſono?

Hic

Hic infans iacet Vmbrenus, miſerabilis infans,
Viuit morte ſua, crimine matris obit.
Hæc vrſo aſſueſcens, vrſo fit mater: ibidem
Morte obita, mortem pœna ſecuta ſua eſt.
Vt puer in tumulo viuat, petat improba mater
Vt Styga, & hinc Stygias nocte reportet aquas.
Quis puerum in tumulo paſcat: vagitus hic inde eſt:
Pœna obitus matri: vita quidem puero.

VARIANÆ PVELLÆ. CARBO SOLVIT INFERIAS.

Hôs habet infelix tumulos Variana nec vlli
Iuncta toro, nulli iuncta puella viro.
Vt poſita eſt loculis, miſeri poſt funus amantes,
Munera cum lacrymis multa dedere ſuis.
Primus at è cunctis Carbo mœſtiſſimus illi
Conſtituitq́; aras, & ſtata ſacra facit.
Condidit & loculis manes, lauitq́; ſepulchrum
De lacrymis: lacrymæ triſtia buſta rigant.
Nona dies aderat: florent ad marmora thymbræ,
Thymbra tegit tumulos, marmora thymbræ tegit.
Conueniunt & apes, & mella liquentia carpunt,
Dictaq́; Thymbrea eſt, quæ Variana fuit.
Hæc tibi Carbo tuus Thymbrea. hinc mella ſepulcro
Lecta legunt & apes, hinc tibi & illa fluunt.

LVNÆ PVELLÆ. IPSA LOQVITVR.

Ne me, ne rogo terra tegat: ſinito aëra apertum,
Degrauet & cineres tegula nulla meos.
In lauri hic tantum titulus ſit cortice: Luna
Hinc abij ad ſuperos: non mihi terra placet.

Mani-

Digitized by Google

Manibus & Lunæ pateat cœlum, oſſaq́ꝫ & artus
Condas ſub tacito tu Charitæe ſinu.

EPVLEÆ PVELLÆ NAVFRAGÆ. IPSA QVERITVR.

Hic Euplea vagor tumulo ſine: me maris vnda
Eijcit, & ſedes hei mihi terra negat.
Nunc miſera affligor ſcopulis, nunc obruor alga,
Nec recipit tellus, nec mare, nec ſcopuli.
Aëre iactamur, rapidis iactamur ab auris,
Nec mihi ſunt ſedes, nec loca certa mihi.
Nulla quies vmbræ miſeræ, nullusq́ꝫ receptus,
Non nebulæ, non me nubila nigra tegunt.
Iactor in incertum, feſſis Euplea carinis
Exploſa, & nautis: hei mihi quid reliquum?
Sit modus ô Euplea: tuus te portus & ipſum
Accipiet littus, terraq́ꝫ amica tibi.
Et dabit inferias coniunx, cineremq́ꝫ piabit,
Et cineri & tumulo debita perſoluet.
Interea tibi dant lacrymas Eupleæ carinæ,
Littoraq́ꝫ ipſa ſuis mœſta ſonant numeris.
Flebileq́ꝫ ad tumulum vates canit, & tibi carmen
Dedicat, ô felix vmbra & amica vale.

PRÆ MATRONÆ. IPSA LOQVITVR.

Ne manes, ne terra tegat: ſinite vmbra vagetur.
Noſtra quidem certum non habet vmbra locum.
Non ſedes mihi certa: dies nocteſq́ꝫ vagamur,
Exilio requies nec datur vlla meo.
Ipſe error mihi pœna, viros quòd tempore in vno
Et colui vna duos, extuli & vna duos.

De me

De me igitur ſeruare fidem, ac retinere pudorem,
Atque vnum de me diſcite inire torum.
Nomen erat mihi Pura, heu quòd nec pura, nec inſons
Vixi: nunc vita crimina morte luo.

VERONILLAE PVELLAE. IPSA LOQVITVR.

Salua tibi ſit vt vrna precor, quæ ad flumina pergis,
Tu vero vt mihi ſit vrna precare leuis.
Siſte: mora eſt breuis: hoc lege. Veronilla quieſce,
Manibus & bene ſit, & bene ſit cineri.
Mutua ſed faciam: bene ſit tibi, ſit bene natis,
Sit quoque cum placido lis tibi nulla viro.

CASTAE, MATRONAE PARVM PVDICAE.

Caſta viros habuit ſeptem, quos extulit omnes,
Hoc ægre eſt, quòd non extulerit totidem.
In tumulo ſcribi hoc voluit, quòd nomine Caſta,
Nunquam caſta viri manſerit in thalamo.

MILVII, HOMINIS RVSTICANI.

Falco pater mihi, Coruus auus, materq; Columba,
Pica auia eſt: quid plus? Miluius ipſe vocor.
Ne me ſarcophago condas: ſit in arbore buſtum:
Nidus ſit tumulus, nidor & ipſe iuuat.

INFANTVLI INNOMINATI.

Naſcitur hic, obijtq; ſimul, ſimul ipſe ſepultus:
Vita obitusq; ſimul: nomen at vnde habeat?

FOCILLÆ

FOCILLÆ PVELLÆ.

Frigidulo iaceo in thalamo, licet ipſa Focilla:
Ligna nec extincto eſt qui ferat vlla foco.

HYÆ INERTISSIMI HOMINIS.

Nunquam vixit Hyas, ſed Hyas hoc cōditur antro,
Si vixit nunquam, mortuus eſt nec Hyas.

ERRIS NANI.

Et tumulus breuis eſt, titulus breuis, & breue nomen:
Et iacet hîc nanus: nanula teſta tegit.

ICHTHYPHAGI.

Pro tumulo ſcopulus: pars eſt mihi funeris alga:
In remo titulus: hîc riget ichthyphagus.

AVICVLÆ LIGVRIS. PONTAnus loquitur.

Pro cauea è vitro tumulum cape, teq́; ſepulchro
Hoc tege, perſpicua conſpicienda domo.
Hoc ales mea te tege: ſic mihi mortua viues
O Liguri: hic tumulus ſit tibi pro cauea.
Pendeat è lauro tumulus, quem proxima myrtus
Veſtiat, intactis ſemper opaca comis.
Dum vitro ſpectanda nites, & viua putaris,
Certatim volucres ad tua buſta volant:
Et tibi nunc plaudunt pennis, nunc voce liquenti
Cantabunt blando carmina blanda ſono.

Hoc tibi funus erit: cineri ſua dona volucres
Iſta ferent: Liguris ſemper amata vale.

VOCIS AMATORIAE. VOX IPSA
& Viator colloquuntur.

Claudite me in tumulo. Quænam es? Vox. Cuia es? Amantis.
Quid clamas, heu heu? dic age cur geminas?
Bis quoniam perijt mihi Luna. Et quænam ea Luna eſt?
Vna quidem Phœbi eſt, vna ſoror Charitum.
Quónam abijt, perijtq́; ſimul? quid vtraque grauaris?
Vtraque nam perijt: illaq́; & illa grauat.
Quæ Phœbi, ad ſuperos abijt: Chariteia ad amnes
Heſperiæ: hæc atque hæc hei mihi bis perijt.
Vtraque num eſt eadem? Vna eſt, & ſimul vtraque & ambæ,
Vná ne quum perijt, num periere duæ?
Quin eadem Luna eſt, eadem ſimul vtraque & ambæ,
Vnaq́; bis perijt, vtraque quum perijt.
Cur nec amãs petit & cœlum, & petit æquor? It ipſe
Ad Styga quæſitum: perdita Styx recipit.
Placabit manes cantu, victorq́; redibit,
Lunaq́; erit terris reddita, Luna mari.
Cur tumulo cupis ipſa tegi? Ne ſontiar: ipſa
Ne fuga ſit cœlo cognita, né ve mari.
Ne ſe æther prædæ accingat, neu pontus ad arma,
Lunaq́; ſit pelago præda, ſit ipſa polo.

Ne

Digitized by Google

Ne doleas mea vox: taceas: tibi conſule, noſtro &
Conde ſinu: hoc pectus vrna erit, hoc tumulus.

INFANTVLI BIS MORTVI, ET nunquam æditi.

Mortuus ipſe bis, at numquam æditus inferor vrna,
Nam ſemel extincta matre quidem morior.
Mox vtero matris cæſo diuellior, & infans
Rurſum obeo: infelix nomine quòd careo.

HARMOSYNES PVELLÆ NEAPOLITANÆ.

Harmoſyne iacet hîc: fractos quos aſpicis arcus,
Et ſparſos crines, atque ſine igne faces.
Arcus fregit Amor, Charites ſparſere capillos,
Extinxitq́ ſuas ipſa Erycina faces.
Quæ tumulo increuit laurus, myrtiq́, roſæq́,
Pieridum è lacrymis noueris eſſe ſatas.
Harmoſyne extincta eſt, ſenſusq́ extinctus amandi,
Nemo amat, & numen deſijt eſſe Venus.
Infelix quid agas vates? i deſere cœtum,
Et pete inhumanis luſtra habitata feris.
Frange lyram, contemne deos, lucemq́ peroſus
Noctem ama, & a ſomnis gaudia poſce nigris.

ANGELINÆ PVELLÆ SENENSIS. PONTANVS queritur, alloquens amatores.

Ne cœlo Idalium ſydus, ne quærite amantes,
Occidit: ipſa latet victa dolore Venus.

Lugent te Angelina deæ: flet Gratia, Amorq́;
Deſeruit triſtes triſtis & ipſe Senas.
Extinxitq́; faces puer, excuſſitq́; pharetram,
Et decor informes traxit in ore notas.
Munditiæ cultusq́; nigra ſub veſte pheretro
Intulerant: ducit vulnera acerba pudor.
Vt poſita eſt tumulo, Caiæ planxere puellæ:
Abrupit flauas Blandia Nympha comas.
Has inter Iunipera graui ſuperata dolore
Mœſta ſilet: lacrymæ pulchra per ora fluunt.
Ipſa lauat corpus lacrymis, vngitq́; liquore,
Quem niger è lento palmite fundit Arabs.
Ipſa vale extremum peragit dum, voce retenta
Concidit, & viſa eſt tunc quoq́; velle mori.
Di factum aſpexere, breui nam tempore ſurgit
Iunipera è lacrymis iuniper orta tuis.
Manſit Arabs odor in ligno: de cortice amaras
Quæ referat lacrymas, nunc quoque gutta cadit.
Qui ſparſi crines tumulo iacuere ſepulte,
Nunc veſtit ramos horrida fronde coma.
Dis pietas Iunipera tua eſt accepta, ſorori
Contingit per te namque perennis honos.

IOANNIS IOVIANI PONTANI.

Dic age quid tumulos ſeruas dea? Noſtra tuemur
Iura. Deos cinerum num quoque cura tenet?
Hæc mihi prima quidē cura eſt. Quid concutis alas
Vsq́;? Fugo tenebras quo vigeant tumuli.
Quid ſibi quæ collo pendet tuba? Nomen amico
Dat cineri: ad tumulos hæc ego geſta cano.

Dic

Dic agedum manes cuius hi? Vatis: at vrnam
Officio poſuit docta Minerua ſuo.
Hos tumulos Iouianus habet: quæ ſerta vireſcunt
Lecta ſuis manibus diſpoſuere deæ.
Sed manes ne quære die: per amœna vagantur
Prata, ſonat rigua ſicubi murmur aqua.
Nymphæ aſſunt, & adeſt dulcis Charis: aurea canta
Fila mouent: leni concinit aura ſono.
Nocte illum complexa fouet nitidiſſima coniunx,
Feruet, & à nulla parte refrixit amor.
Hac illi comes in tenebris: quas vincit amoris
Lucida fax: gemina luce coruſcat amor.

Ex Gaucone Gaukema.

SVFFRIDI PETRI.

Suffridus iacet hoc vili ſub marmore Petrus:
Æternum decus vrbs ô Leonarda tuum?
Ille ſuis viuens te vexit ad æthera ſcriptis
Friſia: debueras ponere tu lapidem.
Nō factum. Ergo, ne vſq; viri oſſa inhonora laterēt,
Gaukema pro meritis præſtitit officium.

Ex Adriano Scriecquiuo.

I. LIPSI.

Moribus antiquus, ſcriptis nouus, ardor & ignis
Lipſius ingenio, lumine ſtella fuit.
Iſca ortum, Europa inſuetum eſt mirata decorem,
Occubitum vidit Belgica, & inde gemens.

Sidera, ait, redeunt, non Lipſius. Alter at inquam
Si veniat, Phœbo clarior vnus erit.

Ex Franciſco Svveertio F.

FRANCISCÆ SVVEERTIÆ, EX SVSANNA van Erpe filiolæ, dulciſſ.

Franciſca hîc iaceo Franciſci filia SvveertI,
Paruula, mî donec vita manebat, eram.
Paruula eram, in vita ancipites cùm naſcerer auras;
Paruula, cùm raperet ſpem via mortis, eram.
At nunc cælicolûm magna adſociata cateruæ,
Poſtquàm depoſui debile carnis onus;
Magna feror, capiti membrum inſita nobile Chriſto;
Magna ſub electis angelicíſque choris.
O anima! ô valde magna! ô bene paruula quondam!
Paruuli humi; cæli magna recepta ſinu.

IOANNIS BERSENÆ.

A pueri rediens defuncti funere obiuit
Berſena, materies funeris (ecce) noui.
An quia flori aui canos ſociare recenti
Mors voluit, puero iure citante ſenem.
Rectè equidem. teneræ ætati hinc comes ire ſenectus
Prompta fuit, monſtrans bulla quòd omnis homo.

ABRA-

ABRAHAMI ORTELII.

Funus vt Ortelij vidit, caſumq́ Theatri
Scalda, gemens ſalſas diffluit in lacrymas.
In lacrymas abeunt oculi: cur lumina ſeruet
Scalda? perit, Scaldam qui dat vbiq́ legi.
Nil eſt quod videat nunc amplius; occidit illi
Sol ſuus, & lucem qui dedit, vmbra iacet.

IVSTI LIPSI.

Scilicet vna dies crudelibus inſita fatis
Abſtulit heu! nobis morte nefanda virum.
Egregiam verò laudem ſcelerata tuliſti,
Dum tenues artus, laſſaq́ membra necas.
Huic ſaltem poteras, ô effrenata voluptas,
Parcere, non deerant corpora digna mori.
Excidit ingenium, medijs quod fulget in aſtris,
Muſarum tenebras detenebrare potens.
Romani periêre ſales, periêre lepores,
Et periêre omnes deliciæ & Veneres.
Belgica lugubri nunc tota dolore fatiſcit,
Triſtitiæ obducit pectora mœſta ſitus.
Salue Muſarum ſublimis gloria, Salue
Mundi miraclum, molliter oſſa cubent.

Ex Maxemyliano Vignacurtio.

PIIS ALBERTINÆ SPINVLÆ MANIBVS.

Albertina nitens forma, vt Latonia Phœbe,
Virgineos viſa eſt condecorare choros.

Gratia theſauro formam locuplete beauit ;
Viſa ſit æquales vt ſuperare ſuas.
Hanc Deus oſtendit terris , mox traxit in æthram ;
Vt niteat ſuperis intemerata polis.

Ex Antonio Sandero.

ALBERTINÆ RAPTVS.

Viderat in terris cœlo quod dignius eſſet
Iupiter , & tantas cur ait addo moras ?
Illico ad Albertam Iunonem & Pallada mittit ,
Quas leuis è ſupera ſede ſecuta Venus.
Sed ne terrenus fœdaret numina tactus ,
Et malè cæleſtes terra videret opes .
Alberta Cytherea oculos , Tritonia mentem
Occupat, & niueos aurea Iuno ſinus .
Dumq́ iubente petunt patriam Ioue , debuit eheu
Iuncta ſodalitio Spinulis ire ſuo .
O tacitas Diuum fraudes ? ô ſubdola facta !
An meliore queat Spinulis arte rapi ?

Ex Aurelio Alciato qui in laudes meorum cœnotap. compoſuit.

CAMILLÆ CANONHERIÆ matris meæ.

Integritas, pietasq́ ſimul, moreſque decori
Hoc vno in tumulo cum probitate iacent .

EIVS-

EIVSDEM.

Inſignis fratre, & nato, pariterq́; marito,
Virtute at propria fœmina clara magis.
Obruit hæc veterum laudes, præconia ſoli
Debentur meritò, quot habuere aliæ.

FLORETTÆ CONTARDÆ AVIÆ MATERNÆ.

Hæc florens habuit nomen, ſed floruit omni
Virtutum illuſtris fœmina flore ſimul.
Syderibus radiata caput nunc floret Olympo,
Florebit toto nomen in orbe diu!

IOAN. AVGVSTINI CONTARDI
Medici Aui materni.

Qui nouus in terris Poladirius arte medendi
Sæpe Atropon vetuit rumpere fila hominum.
Qui potuit febres, morbosq́; potentibus herbis
Pellere, quo ſtabat ſoſpite in vrbe ſalus.
Hac requieſcit humo Contardus corpore tandem,
Æternum viuens ſpiritus aſtra ſubit.

HIERONYMI CANONHERII MEDICI PATRIS.

Dignus Apollineum fama præcedere natum,
Qui multis multos donauit ſæpius annos.
Quem Parcæ ſtupuere virũ, & timuere morantem
Fata hominũ attonitæ, ſacrata hac clauditur vrna.
Hunc Iouis & fratris non exorabile numen
(Ne mortale genus ſeſe immortale putaret)
Eripuit ſubitò terris, & reddidit aſtris.

Digitized by Google

CÆSARIS CONTARDI EPISC. NEB. auunculi.

Iuris ſummus honos & ſeruantiſſimus æqui
Contardus Cæſar clauditur hoc tumulo.
At manet, æternumq́; æuo redeunte manebit
Gloria, nec tanto nomine fama iacet.

PANTALEONIS SPINVLÆ.

Viribus, vtq́; animis magno non impar Achilli,
Sic ſimili genere mortis & occubuit.

LVDOVICI MAXIMI.

Romanos animos Romanaq́; facta parantem
Æquare, heu ſubito pallida mors rapuit.
Ecquis erit tandem, qui non mortalia temnat,
Cùm ſimili virtus maxima ſorte cadat?

Ex Petro Andrea Canonherio.

SCELESTI.

Quem tegit hic tumulus ſæuus quondam abſtulit ignis;
Aſt modo quem cruciat ſæuior ignis habet.

TVRCÆ.

Fallere; non perij; procul hinc; procul hoſpes abito;
Tam fera non potuit corporis vmbra mori.

POTO-

POTORIS MERI.

Mantua cui vitam, hæc tumulum dedit hoſpita tellus:
Si quæris; propriam vina tulere necem.

PETRI ANCENI.

Hic iaceo infleta leuiter tellure ſepultus,
Cui, prius officium qui dedit, ille necem.
Quiſquis pertranſis lacrymis dignare ſepulcrum
Spargere, & iniecto puluere triſtis abi.

IACOBI VERZELII.

Nomina ne quæras, namque hic ſtat inane ſepulcrum,
Londinum tendas; hic mea fata tuli.

CANIS.

Latro quidem, verùm non mordeo, namque latratus
Sat mihi, ſi vacuas inferni terreat vmbras.

ANNIBALIS MAVRI.

Hic rigidum vulnus, colaphum dedit iſte, venenum
Ille; ſed occubui non niſi ſorte mea.

SILESII.

Si petis: hac fragili Sileſius occubat vrna
Doctus, & ex ſcriptis notior ipſe ſuis.

Digitized by Google

INCERTI.

Hic quiſnam iaceat noli rogitare viator,
Vmbra vetat, tantùm dicito triſte vale.

ARISTONIS.

Externo fuerat occiſus Ariſtonius orbe,
Hoc tranſlata cubant molliter oſſa ſolo.

HOMINIS DIVITIS ET SVPERBI.

Qui tumido nuper gaudebat nomine Pylon,
Puluis & vmbra iacet, nomen inane manet.

DVORVM HOSTIVM EODEM SEPVLCRO poſitorum.

Quorum tecta iacent deformi hoc oſſa ſepulcro,
Hoſtis vterque fuit, rixa manſere ſepultis:
Amborum vermes & nunc noua prælia tentant,
Bellanteſq; putri pœnas de corpore ſumunt.

HOMINIS FELICIS.

Me natura pium, ſors reddidit alma beatum,
Et felix obij, radijs fruiturus Olympi.

PHYLLIDIS.

Dum carpit violas, & candida lilia Phyllis,
Quæ frondes inter texebat aranea telam,
Confeſtim niueos digitos calcata momordit;
Ore manum lambens, penetrauit ad intima virus,

Exani-

Exanimisq́; vagas diſceſſit vita per auras.
In roſeo comites functam poſuere ſepulcro.
Siſte, rogo, & greſſum facilis ſuſpende viator;
Cætera ſi putent, olet hoc pia munera buſtum.

PHYLLIDIS ADONIS LINI & Naidis.

Phyllis iniqua Linum, necat improba Nais Adonin,
At iunctos pariter futilis vrna tegit.

TRIVM GERMANORVM.

Et Ghenus, & Trillus, Ninusq́; hac conditur vrna:
Hic fune, hic gladio, fluctibus hic periit.

PETRI ET PAVLI.

Petrus & Paulus vitam finiuit in vndis,
Hic nauis, hic nauti dum pius addit opem.

CHRISTOPHORI MARLEI.

Qui patris, & ciuis, & amici munus obiuit,
Hic iacet in vili contumulatus humo.

FELICIS.

Hoſpes ſi falſos mundus tibi vendit honores,
Felicem tribuit leuis hæc mihi tumba quietem.

PATRIS MATRIS FRATRIS MARITI.

Filius hoc patri, matriq́; & ſponſa marito,
Atque ſoror fratri ſtruxerunt flebile buſtum.

PETRI

Digitized by Google

PETRI ANDREÆ CANONHERII
quod ipſe ſibi compoſuit.

Hac Petrus iacet Andreas Canonherius vrna,
Nil penitus tecum, ſtulte viator abi.

CASTÆ.

Intus Caſta cubat, procul hinc abſcedite amantes;
Nil veſtrum, hac etſi condita ſede Venus.

PHYLLIDIS.

Phyllidis hac parua ſeruatur funus in vrna,
Ter thalamos luxit, ter viduata viro.

BARTHOLOMÆI MAVDI.

Vrna tenet cineres, geniti rem, ſpiritus aſtra,
Fama viris viguit, mi datur alma quies.

HOMINIS NEQVAM.

Ex hoc noſtra potes cognoſcere fata viator,
Iam modo ſum puluis, qui nihil ante fui.

POTATORIS.

Miraris cur ſim vicinis conditus vndis,
Vt liquidum pleno gutture flumen eat.

AVARI.

Paſcere nolebat miſeros: iam corpore vermes
In media paſcit contumulatus humo.

TVRCÆ.

Digitized by Google

TVRCÆ.

Mortuus externa iacet hîc vagus incola terra,
Dic pia ſuſpenſo pondere condat humus.
Parce precor cineres pedibus turbare ſepultos,
Vmbra vetat, cœptum perge viator iter.

INVIDI.

Huc quiſquis tranſit, bibulam non lacte fauillam
Spargat, at immites in funere fundat odores.
Quaſque habuit Medea comas ſub nocte reciſas,
Et de vipereo collectos angue cruores,
Et decantatis exciſas falcibus herbas;
Nam iacet hîc nigros qui roſit liuidus vngues,
Inuiſusq́ dijs, & ſacris inuidus aris.

PARATI.

Iſta quidem ſedes claudit leuis oſſa Parati,
Sed ſtygijs animus conditur in tenebris.

ANDREÆ CARDINALIS
Bontempi.

Tu quicunque Recanetum peregrinus ad vrbem
Veniſti, lacrymans hoc ter venerare ſepulcrum;
Purpurei Patris BONTEMPI *hîc oſſa quieſcunt,*
Nulli virtute, & nulli pietate ſecundi.
Si neſcis obijt Latij ſacriq́ ſenatus,
Terrarumq́ decus, nec non laus vrbis, & orbis.

Serius

Serius aſt illi fatalia ſtamina nentes
Si protraxiſſent vitam, retróve ſorores
Fila reuoluiſſent, triplicem geſtare coronam
Vertice vidiſſes ſacro, ſanctoq́; ſuperbos
Oſcula ferre pedi ſubmiſſo poplite Reges.
Ætas id ſemper longæua fatebitur; ergo
Virtutem luge, lacrymíſque adſperge ſepulcrum.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX VRBIVM CIVITATVM ET PROVINCIARVM

EX QVIBVS Epitaphia excerpta ſunt.

A

ALexandria. 72
Alba Pompeia. 71
Ambianũ 116
Ancona. 54
Anglica. 135
Antuerp. 124
Andegauenſia. 113
Atella. 52.

B

Belgica. 114
Bellouacum. 117
Bergomum. 66
Bononia. 14
Brixia. 65
Burg. 121
Brugenſia. 129.

C

Ceſena. 78
Cherium. 70
Colonienſia. 83
Complutum. 121.

D

Dorthona. 73
Duacenſia. 130
Dionyſiana. 115

F

Fanum Fortunæ. 55
Fauentia. 78
Ferraria. 12
Florentia. 18

G

Gandenſia. 127
Gallica. 106
Germanica. 84
Genua. 72.

H

Hiſpanica. 121
Heluetica. 133

I

Immola. 77.

L

Luca. 20

Leodienſia. 131
Louanienſia. 125
Laus Pompeia. 66.

M

Mantua. 62
Mediolanum. 68
Mons regalis. 71
Montillæ. 121
Mutina. 77.

N

Neapolis. 45
Nanceum. 120.

O

Oliſyppo. 45.

P

Patauium. 2
Parma. 75
Peruſia. 53
Piſaurum. 55
Placentia. 74
Polonica. 131

R

Rauenna. 57
Regium Lepidi. 76
Rhemenſia. 118
Roma. 23.

S

Sauona. 71
Senæ. 22
Spoletum. 22.

T

Taurinum. 70
Ticinum. 66
Tolentinum. 57
Traiectenſia. 126
Tridentum. 1
Tornacenſia. 130.

V

Venetiæ. 58
Verona. 69
Viterbium. 25
Vincentia. 61
Viennenſia. 79
Vrbinum. 56
Vltriactenſia. 131.

Syllabus Poëtarum.

A

AVſonius. 364
Adrianus Marius. 239
Antonius Codrus. 314
Andreas Dactius. 364
Achilles Bochius. 311
Antonius Vacca. 294
Antonius Houæus. 444
Antonius Gouueanus. 440
Antonius Campanus. 313
Antonius Panhormita. 444
Aloyſius Grottus. 277
Andreas Naugerus. 279
Angelus Politianus. 281
Antonius Tebaldeus. 293
Andreas Alciatus. 290
Auguſtinus Beatianus. 303
Adamus Theodorus. 321

Aga-

Digitized by Google

Agathias Scholaſticus. 391
Adrianus Scorelius. 465
Antiphilus. 392
Alcæus. 395
Ammianus. 393
Apollonides. 395
Anyta. 396
Antipater. 399
Antipater Theſſalonicẽſis. 419
Antonius Viſdominus. 228
Andreas Fruſius. 144
Aſclepiadius. 144. 152. 154
Aſmeus. 150
Aurelius Alciatus. 516
Antonius Sanderus. 536
Adrianus Scriecquiuus. 533

B

Baſilius Zanchius. 297
Bernardus Baldinus. 303
Balt. Caſt. 314
Bion Smyrnæus. 387
Benedictus Theocrenus 437
Baſilius. 150.

C

Claudianus. 460
Challimachus Cyreneus. 380
Cælius Calcagninus. 311
Cynthius Giraldus. 319
Cõradus Rittershutius. 349
Conradus Dinneus. 326
Claudius Roſeletus. 267
Claudius Roilletus. 267
Chriſtophorus Aulæus. 335
Cæſar Duchius. 150
C. Vrſinus Velius. 460
Claudius Verderius. 451
Cornelius Graphæus. 451
Chreſtedorus. 393
Cõradus Lycoſthenes. 494
Cyprianus Vomelius. 495.

D

Diotimus. 211
Diodorus. 398
Diomedes Sala. 194
Domicius Palladius. 230
Dom. Baudius. 239
Daniel Augentius. 248
Daniel Heinſius. 354
Dardanus Parmenſis. 493.

E

Euphorbus. 151
Euſebius. 157
Erycius. 418
Epigram. & poemat. vet. 114. 145. &c.
Euſthenius. 147.

F

Franciſcus Remondus. 266
Franciſcus Panigarola. 280
Fauſtus Sabeus. 283
Fridericus Taubmannus. 222

Fauſtus Andrelinus. 448
Franciſcus Svveertius F. 534
Franciſcus Stoa. 193
Franchinus Coſentinus. 485
Franciſcus Anto. Rinerius. 191
Franciſcus Sciltius. 201.

G.

Græci. 366
Græci varijs auct. interpretibus. 422
Gaſpar Schetus Coruinus. 199
Gaſpar Bruſchius. 157
Gerartus Falkenburgius. 438
Germanus Brixius. 266
Gilbertus Cognatus. 266
Gulielmus Modicius. 176
Guido Poſthumus. 182
Gregorius Tifernus. 276
Georgius Anſelmus. 301
Gaſpar Vrſuinus. 320
Gabriel Rollanhagius. 310
Germanicus. 395
Gilbertus Longolius.
Gemma Phryſius.
Gauco Gaukema. 533.

H.

Hieronymus Arconatus 334
Hieronymus Vulpius. 256
Hieronymus Faletus. 168
Hieronymus Amaltheus. 298
Hieronymus Angerianus. 298
Hieronymus Balbus. 303
Hieronymus Fracaſtorius. 317
Hubertus Suſſanæus. 444
Hippolytus Capilupus. 352
Hercules Stroza. 292
Hermolaus Barbarus. 382
Hilaſius. 156

I

Ioan. Boiſius. 500
Ioannes Giraldus. 454
Iuſtus Lipſius 359
Iulius Capilupus. 443
Incertus Auctor. 442
Iulius Camillus. 442
Incertus Auctor. 262
Ioachimus Bellaius. 163
Ianus Gruterus. 162
Incertus Auctor. 1 3
Ioan. Ant. Taygetus. 196
Iulianus Aurelius. 220
Ioannes Secundus. 430
Ioannes Auratus. 261
Ioannes Paſſeratius. 261
Iacobus Rogerius. 266
Ioannes Vevræus. 292
Ioan. Thomas Muſconius. 274
Ioan. Parkhurſtus. 464
Ioan. Plazzonus. 286

Ianus

Ianus Lernutius. 449
Ioan. Franc. Quit. 282
Iacobus Leſſabæus. 450
Iacobus Sannazzarius. 288
Ioan. Vitalis. 295
Ioan. Vulteius. 460
Ignatius Albanus. 298
Ioan. Barbocallus. 392
Iulius Gonzaga. 494
ulianus. 196
Incertus autor.
Iaſpar Lanthonius.
Ioannes. Iac. Boiſſartus. 462
Ioa. Franc. Apoſtolius. 301
Ioa. Franc. Ripenſis. 463
Ianus Cæſarcus. 301
Ioa. Franc. Camœnus. 312
Ioa. Cotta. 315
Iulius Crottus. 315
Ioa. Ant. Flaminius. 316
Ioa. Fabritius. 327
Ianus Gulielmus. 328
Ioa. Albinus. 333
Ioa. Pincerius. 445
Iuſtus Ryckius. 356
Ioachimus Bellaius. 373
Ianus Pannonius. 471
I. Cæſar Scaliger. 468
Incertus. 487
Incertus. 487
Incertus. 487
Ioa. Latomus. 488
Ioa. Bartholomæus. 492
Incertus. 491
I. Ioui: Pontanus. 505.
Ioan. Bochius.

L

Ludouicus Alealmus. 260
Ludouicus Balſacus.
Lucius Ducatius. 267
Leodegarius a Quercu. 265
Lælius Capilup. 313
Ludouicus Fenarolus. 316
Lilius Greg. Giraldus. 427
Lucilus. 393

M

Maioranus Salentinus. 429
M. Ant. Flaminius. 465
Moſcus Syracuſius. 382
Maxęmylianus Vrẽtius 446
M. Ant. Caſonoua. 114
Mich. Tarc Marullus. 232
Mich. Hoſpitalius. 249
Marcus Iunior. 392
M. Ant. Coccius Sab. 487
Maximianus. 187
Maxæmylianus Vignacurſius
Melinus Sangelatius. 250
M. Monerius. 250
M. Ant. Muretus. 254
Marius Molza. 274
Mathæus Zuberus. 325
Mnaſalius. 417
Meleager. 297
M. Ant. Magnus. 446
Mich. Aithingerus.
Mich. Vand-Haghen.

N

Nicolaus Siccius. 191

Nicolaus Borbonius. 265
Nicolaus Archius. 302
Noſſis. 396.

O

Ouidius. 223.

P

Pompeianus. 149
Pentadius 157
Petrus Bembus. 304
Petrus Bizzarrus. 360
Petrus Pantinus. 471
Petrus Vulcanus. 80
Pontus Tyardus. 271
Pierius Valerianus. 295
Pamphilius Saxus. 291
Philippus Auenellius. 448
Petrus Myrteus. 278
Petrus Fuluius. 247
Petrus Angelius. 299
P. Veguius. 457
Petrus Curtius. 316
Philippus Beroaldus. 310
Petrus Lindebergius. 330
P. Lotichius. 332
Paulus. 398
Poſſidippus. 399
Piſander. 396
Propertius. 481
Proſper Spiriteus. 492
Platina. 493
Pandulphus Ghirlanda.
Ptolomeus Gallius. 504
Placidius Placentinus. 504
P. Andreas Canonherius. 538

Q

Quidam. 433
Quidam. 449
Quidam. 351
Quidam. 350
Quidam. 348
Quidam. 185
Quidam. 280
Quidam. 225
Quidam. 269
Quidam. 269
Quidam. 269
Quidam. 271
Quidam. 318
Quidam. 319
Quidam. 320
Quidam. 322
Quidam. 323
Quidam. 325
Quidam. 326
Quidam. 326
Quidam. 328
Quidam. 336
Quidam. 338
Quidam. 339
Quidam. 340
Quidam. 346
Quidam. 347
Quintius Æmilianus. 323
Quidam. 487
Quidam. 486
Quidam. 488
Quidam. 495
Quidam. 481
Quidam. 483
Quidam. 484
Quidam. 485
Quidam. 486
Quidam. 487.

Raui-

Digitized by Google

INDEX.

R

Rauiſius Textor. 441
Rolandus Betolaudus. 266
Raphael Placentinus. 280.

S

Simon Vallambertus. 271
Salamon Frencelius. 327
Scæuola Sammarthanus. 268
Sebaſtianus Trombeta. 254
Stephanus Forcatulus. 361
Sebaſtianus Roillardus. 267
Stephanus Paſchaſius. 255.

T

Thryphon Bentius. 310
Thomas Morus. 365
Thomas Seghetus. 472
Titus Veſp. Stroza. 331
Thallius. 396
Teææus. 397
Thomas Lineus. 182
Tibullus. 481.

V.

Valens Acidalus. 332
Valerius Martialis. 236
Vincentius Siculus. 443
Vitalis 150
Vomanus. 150.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google